

45

7564 Z

ANALECTA RECENTIORA
AD
HISTORIAM RENASCENTIUM
IN HUNGARIA LITTERARUM
SPECTANTIA

IUSSU ACADEMIAE SCIENTIARUM HUNGARICAE

EX VARIIS FONTIBUS HAUSTA

CUM COMMENTARIIS EDIDIT

STEPHANUS HEGEDÜS



BUDAPESTINI,
TYPIS VICTORIS HORNYÁNSZKY
1906.

PRAEFATIO.

Analecta recentiora partim ad litteras nascentes Hungariae, partim ad relationes litterarias Hungarorum cum externis pertinentia edituri materiam copiosam collegimus, ad illustrandam culturam Latinam Hungariae utilissimam. Maiores nostri haud minimam reportaverunt laudem, quum ingenio saeculi perflati cum viris illustrissimis populorum Occidentis relationes intimas necterent. Sermo Latinus vincula fraternitatis carissimo populos coniunxit. Monumenta antiquitatis non solum reteguntur, sed etiam in memoria reviviscunt et flamine vitae inspirant mentes Musaeque revocatae ad carmina scribenda inflammant animos. Res praesentes in formis antiquis vivunt, imaginem saeculi praebent. Quidquid evenit, quidquid spem, quidquid taedium vel dolorem injectis animis: in sono et ritmo poëseos classicae resonant. Versus elegiaci, eclogae et carmina epica heroico versu composita erant genera poëseos frequentissima huius aetatis. Sermo solutus formam epistolae induit, colorem rhetoricum prae se ferens genusque laudatiivum colens.

Dilectissima forma huius generis erat laudatio funebris. Hic habes Benevole Lector orationem funebrem in Regem Matthiam, usque ad hoc tempus ineditam ex codice Vaticano n. 2939., poetae qui inter praeclarissimos suae aetatis fuit, Aelii Lampridii Cervini, cuius et alia opera, ad personas vel ad res Hungaricas pertinentia descripta ex codicibus Vaticanis, his Analectis inserui.

Inde a saeculo XIV-o, usque ad XVI-um extiterunt singulae partes huius collectionis. Petrachae et Boccatii eclogae necem cruentissimam Andreae, ducis, fratris Ludovici Magni allegorice perhibent. Propositum falso Petrachae attributum, sed tamen vere coram Rege Ludovico factum, edendum esse putavi. Hoc enim mihi firmissime persuasum est: monumenta et minoris pretii perscrutanda, colligenda in unum corpus

ratione et methodo artis redigenda esse, si genium litterarum temporum quibus studium latine scribendi praevaluerat cognoscere volumus. Certe scimus a nobis non monumenta historiae, sed litterarum vestigia investigari. Sed ingenium temporum intelligi praecipue per haec monumenta potest. Varias res, varia argumenta, varium colorem et quam maxime varium pretium praebent haec Analecta. Argumentis praemissis, annotationibus continuis instructis illustrantes textum rationem reddimus, cur singula huic corpori inseruerimus. Gratias agimus quam maximas viro doctissimo Victori Récey, cui debemus tres partes collectionis; dissertationem Antonii Gazii, carmina Logi et epistolam Maximiliani Transylvani, quarum primam et secundam ille in sectione I-ma Academiae scientiarum Hungaricae praemissa dissertatione illustravit. Simili modo gratias debemus Reverendo Eleméro Balogh, pastori Pisoniensi; qui nobis epistolam Philippi Beroaldi edendam tradidit. Carmen Schesaei „De capto Zigetho“, nec non carmina elegiaca laudem Nicolai Zrinii celebrantia ex impressis, quae nunc temporis difficile accedi possunt, ob argumentum e ratione litteraria gravissimum assumpsimus.

Opus coronaturi adiecimus carmina Nicolai Olah, archiepiscopi Strigoniensis celeberrimi Maecenatis litterarum, quae in codice Bibliothecae Regiae Universitatis Budapestinensis, H. 46. signato inveniuntur. Hic codex speculum praebet Sodalitatis Litterariae, quam ingenium viri excelsi animi sibi adiunxit. Hunc codicem suo loco descriptum et illustratum invenient, qui his Analectis legendis otium et operam consecrare velint.

Inter arma haud silebant Musae, inter bella neglecta non sunt studia artium, animi nobilissimi ardore nobilissimo arserunt. Haec Analecta monumenta pretiosa sunt naturae et indolis excelsae ingenii nostrae gentis heroicis certaminibus occupatissimae. Amor patriae praefulget ingenio Hungaro, amore patriae inspirant Musae animos Hungaros. Amori patriae sit sacrum hoc opus.

Stephanus Hegediüs.

I.

Bevezetés.

Maga az a tény, hogy e *Propositum*, melyet a baseli kiadás szerint közlök, melynek teljes czime a jegyzetben olvasható, nemcsak a velencei szent Márk-könyvtár egyik codexében (X. cod. 236. saec. XIV.) fordul elő Petrarca egyéb művei közt, hanem a párisi Bibliothéque Nationale egyik codexében is (Nouv. acqu. lat. 1152. p. 32. v., 34. r.) megtalálta Baumgarten Ferencz (Forrástanulmányok Nagy Lajos és Velence viszonya történetéhez Budapest 1902. különlenyomat a „Századok” 1902. évf. 64. l.), mint Petrarcaétól eredőt, holott ép az a kiadás, mely szerint e *Propositum* itt újból megjelen, az „Opera Notha” sorába helyezi II, 1129. lapon: eléggé indokoltta teszi az *Analecta* közé fölvételét. E *Propositum*-ot Venczel Gusztáv: *Magyarország Dante, Petrarca és Boccaccio felfogása és munkái* szerint cz. értekezésében (Kath. Szemle 1888. 380—402.), Pór Antal Nagy Lajos 1326—1382. II. kötet. Budapest, 1892., a 300. lapon olvasható jegyzetben hitelesnek tartják.

Hitelességét kétségbe vonják Fracassetti, Valentinelli és Hortis. Ezekhez csatlakozik egészen új érveléssel és főként Venczel érveinek megczáfolásával Baumgarten, ki azt is bebizonyítja, hitem szerint kétségtelen bizonyossággal, hogy e *Propositum* szerzője, sőt előadója is Benintendi de Ravagnani velencei kancellár. Baumgarten párhuzamba állítja

a beszéd egy passusát a velencei tanács követi utasításának megfelelő helyével, mely tényleg a Benintendi megbízatását kétségtelenné teszi, ámde ugyancsak e beszédnek idézi következő helyét: miserunt inclytus Dux et commune Venetiarum istos duos nobilissimos cives suos, dominum *Andream Contarenum* procuratorem Sancti Marci et dominum *Michaelem Falebro* in quibus et mihi licet indigno commiserunt, mint a mely szembeszökő világossággal bizonyítaná, hogy a beszédet velencei küldött mondotta, nem épen bizonyít, mert a *cives suos*-szal szemban állíthatta magát Petrarca, míg Benintendi ajkán e szembeállítás különös. De itt az ellentét a „*nobilissimos*” és az „*et mihi licet indigno*” közt van. Baumgarten ép a beszédben foglalt chronologiai adat szerint (in tali die, qualis fuit feria sexta nuper praeterita, *ipse ostendit stellam et lumen suum Regibus Orientalibus venientibus adorare filium suum.*) kimutatja, hogy azt 1357. január 9-ike és 16-ika közt mondhatta el a szónok. Petrarca, mint Velence ellenfeleinek ügyvivője szerepelt Velenczében. Hogy képzelhető, hogy a Nagy Lajos és Velence közti békealkudozás fontos kérdésében őt bízták volna meg a beszéd tartásával? E beszédben előfordul egy hely, mely az egyház ellenségeire, a patarenusokra vonatkozik, kik ellen keresztes háború indítására akarta Nagy Lajost megnyerni a pápa a patti püspök, Pierre Thomas útján. A pápának ép azért állt érdekében, hogy Nagy Lajos Velenczével békét kössön, hogy erejét a patarenusok, meg a bosznia és szerb vajdák ellen fordíthassa. A stíbeli sajátosságok sem Petrarca ellen, de mellette sem szólnak. Inkább a hivatalos formák hideg, mint Petrarca szellemes fordulatokban sohasem hiányos stílusa érzik e beszéden. Ennyi legyen elég annak igazolására, hogy e *Propositum*-ot az *Analecta* közé fölvettem. Megjegyzem, hogy dr. Récsény Viktor: *Ősnyomtatványok és régi magyar könyvek a pannonhalmi könyvtárban* ez. művében (1904) leír egy: *Librorum Francisci Petrarhe impressorum Annotatio* kezdetű

incunabulumot, melynek egyik részében *Propositum factum coram rege Ungariae* is egész terjedelmében olvasható.

Mínthogy a Baumgarten egybevetése alapján mondható, hogy a velencei és párisi codexek szövege megegyezik a baseli kiadásával,¹ azt hiszem e szöveg megbízható.

¹ FRANCISCI PETRARCHAE FLORENTINI, PHILOSOPHI, ORATORIS, ET POETAE CLARISSIMI, REFLORESCENTIS LITERATURAE, LATINAEQVE LINGVAE, ALIQUOT SECVLIS HORRENDA BARBARIE IN-

quinatae, ac penè sepultae, assertoris et instauratoris, OPERA quae extant omnia. In quibus praeter Theologica, Naturalis, Moralisque Philosophiae praecepta, liberalium quoque artium Encyclopediam, Historiarum, thesaurum, et Poësis divinam quandam vim, pari cum sermonis maiestate, coniuncta invenies.

ADIECIMVS EIVSDEM AVTHORIS, QVAE
HETRVSCO SERMONE SCRIPSIT CARMINA SIVE

Rhythmos, in quibus Graecorum gloriam, Latinorum copiam, viris hac aetate doctissimis aequasse, imo suavitate et elegantia superasse multum, visus est. Haec quidem omnia nunc iterum summa diligentia a variis mendis, quibus scatebant, repurgata, atque innumerabilibus in locis, genuinae integritati restituta, et in Tomos quatuor distincta. Quae vero unoquoque Tomo continentur, versa pagina Lectori exhibebit.

INSIGNIORVM ATQVE DOCTISSIMORVM IN RE LITERARIA VIRORVM, DE HOC AVTHORE testimonia in Praefatione habes.

BASILEAE
PER SEBASTIANVM HENRIC PETRI
ANNO A VIRGINEO PARTV
MDXXCI. MENSE MARTIO.

Inter Notha reperitur (p. 1129.)

PROPOSITVM QVOD-
DAM FACTVM CORAM RE-
GE HVNGARIAE.

Serenissime Rex. et mitissime Princeps. quanta de virtutibus. et probitatibus vestris divulgata sint. et divulgentur per orbem. ego non possem mente concipere. nescirem lingua depromere. nec explicare sermone. Multa enim et tam magna sunt. ita ut in omni terra exiverit sonus eorum. nec mirum etiam. cum dotaverit vos Deus illis quatuor cardinalibus dotibus. quae habent hominem supra humana erigere. parem angelis. et proximum Deo facere. Prudentia videlecit. Iustitia. Fortitudine. et Temperantia. Est enim Prudentia secundum. quod diffiniunt morales Philosophi. divinarum et humanarum rerum notitia. iusti atque iniusti scientia. Quantum autem serenissime Princeps. in ista virtute praecellatis. ex hoc patet. quod vos divina colendo. et humana perspicaciter indagando. cum tanta maturitate et providentia resistitis. regitisque regnum vestrum. quod ipsum et nomen nationis Hungaricae vestro foelici tempore gloriosum et famosissimum reddidistis. unde merito potest in vos applicare verbum illud. quod dixit regina Saba. cum vidisset sapientiam Salomonis: Beati sunt viri tui. beati servi tui. qui coram te stant. Barones vestri serenissime Rex. regnicolae vestri. subditi vestri. beatissimi dici possunt. et in sapientia tanti principis merito gloriari. nam secundum Platonis sententiam. tunc regna. tunc civitates. tunc Respub. beatissimae dici possunt. cum eas sapientes regunt. vel earum rerum rectores contigit studuisse. De iustitia vero vestra inelyte rex quid dicam? Est enim

iustitia constans et perpetua voluntas, ius suum cuique tribuens. Vos autem in ista constanti et perpetua voluntate, cuiuslibet quod est suum, sic iugiter et laudabiliter insudatis tribuere, quod apud vos nulla est exceptio personarum. Vos non distinguitis potentem ab impotente, non divitem ab egeno, non foelicem a misero, sed omnes apud vos in sua iustitia sunt aequales, propter quod verificatum est in vobis illud Propheticum: Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus tuos oleo laetitiae, prae consortibus tuis. Unxit vos Deus oleo laetitiae prae cunctis regibus mundi, omnem a vobis iniquitatem et malignitatem amovit, et merito: nam in codice Iustiniani de summa trinitate et fide catholica scriptum est: Cum rex iustus sederit super sedem, non adversabitur quicumque sibi malignum. De fortitudine autem et magnanimitate vestra multa dici possent, est enim fortitudo considerata periculorum susceptio, et laborum diuturna perpessio, sed quis Rex in mundo maiora pericula, graviore labores aggressus est, quam vos pro honore Regni vestri, et commodis subditorum vestrorum? Vos cui omnes serviunt, obediunt, personam vestram, quam omnibus posuistis tam pro nihilo computastis, labores et pericula vobis fuerunt magna solatia, ubi de honoribus regni vestri et commodis subditorum vestrorum actum est, in quo verissime ostendistis, quantam charitatem ad vestros regnicolas, et honorem suum habeatis, cum sicut in Evangelio scribitur: Maiorem charitatem nemo habet, quam ut ponet quis animam suam pro amicis suis. De Temperantia vero et modestia vestra serenissime Princeps, non sufficerem enarrare quae sunt. Est enim temperantia Virtus quaedam cohibens illicitos animi motus, suasu prosperitatis in nos impetum facientes. Inquiratur orbis, legantur libri, revolvantur historiae, non invenietur in Christianitate Rex, vel Princeps potentior, non nobilior, non tempore foelicior, et cui magis ad nutum cuncta successerint. Et tamen in tantis prosperitatibus, in tanta eminentia nunquam est is in superbiam elatus, animus vester non inflatur, non intumescit, sed quanto vobis Deus maiora contulit, tanto semper benignior et humilior extitistis. Propter

quod respexit Deus humilitatem vestram, et ex hoc beatum vos dicunt omnes generationes. Respexit clementiam et pietatem vestram, et ex eis verificavit in vobis illud quod scribitur: Misericordia et veritas Regis, custodiunt thronos eius. Et alibi scribens Ambrosius, beatus dicit: Legi et perlegi multa volumina scripturarum, nec inveni unquam pium mala morte mori. Has autem quatuor Cardinales virtutes, serenissime Rex, quae sic abundantissime refulgent in vobis, quaedam quinta aliis excellentior aliis pretiosior, aliis dignior, mirabiliter vos nobilitat et decorat. Fides videlicet, et vera dilectio IESV CHRISTI, quae quanta fuerit, et sit in vobis, ex hoc pater, quod vos tanquam Christianissimus et Catholicus Princeps Deum summe colitis, sanctos suos multipliciter honoratis, Ecclesiam Romanam et personas Ecclesiasticas in maxima reverentia et devotione, geritis et habetis, et quod mirabile in oculis omnium videtur, cum naturaliter, subditi soleant eorum dominos non laudare, vos sic charitative, sic gratiose cunctos vestros subditos gubernatis, quod omnes una voce vos clamant Regem sanctum, Regem iustum, Regem pium. Quod profecto non esset, nisi opera vestra sancta essent. Quod autem opera vestra sancta sint, licet ex multis rerum argumentis sit patens, ex hoc praecipue colligi potest, quod personam vestram et posse vestrum, et totius Regni vestri sacrae Romanae Ecclesiae nuper contra infideles, ad augmentum fidei liberaliter obtulistis, petentes ab ea crucis vexillum, quod ipsa gratiose contulit. Et spero in adiutorio IESV CHRISTI, cuius negotium agitur, quod ipsum negotium prosequimini foeliciter, et adoptatum perducetis effectum, ad honorem Dei, exultationem fidei, et laudem ac memoriam vestri nominis sempiternam: ita quod CHRISTVS ad vos merito dicet: Euge rex bone et fidelis, quia, super populos meos, quos tibi commisi fuisti fidelis, et scilicet dirigendo non in destructionem fidei, et perniciem Christianorum, sed in exultationem fidei meae, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, scilicet in gloria paradysi. Ad fomitem igitur Serenissime Rex tantarum virtutum vestrarum, ad fomitem tantae iustitiae, vel sapientiae, tantae benignitatis et clementiae

vestrae, non sine magna fiducia miserunt inclytus Dominus meus Dux, et commune Venetiarum, istos duos nobilissimos cives suos, Dominum Andream Contarenum procuratorem sancti Marci, et Dominum Michaëlem Faledro, viros timentes Deum, viros pacificos, viros magnae auctoritatis et prudentiae, quorum quilibet suis meritis et virtute, et progenitorum suorum, promovendus esset ad dignitatem ducalem, quandocunque casus vocationis contingeret. Quibus et mihi licet indigno commiserunt, quod cum omni inclinatione et reverentia debita, maiestati vestrae portarem humiles, et devotas cum recommendatione salutes. Et sic facimus, supplicantes ei qui est omnium vera salus, quod vos et regimen vestrum dirigere, et conservare dignetur in sua gratia foeliciter ut optatis. Praeterea requisiti per Reverendum in CHRISTO Patrem dominum Petram, Dei gratia Pactensem et Lyparenses Episcopum, Apostolicae sedis legatum, quod ad vos mitterent ambasiatores super tractatu concordiae, ad quaedam per ipsum exposita, pro Reverentia, S. R. E. et Maiestatis vestrae, miserunt nos ad quaerendam pacem, gratiam et amicitiam vestram, sicut habuerunt cum praedecessoribus nostris Regibus, cum quibus nedum amicitias, sed vetustissimas parentelas et affinitates hactenus coluerunt. Nec miserunt nos contendere, vel litigare, quia non decet inferiorem cum superiore contendere, non decet minorem cum maiore litigare, sed solummodo ut amicabiliter, et de plano inveniamus pacem, et gratiam vestram. Nam tanta est fiducia quam habent et in summa benignitate vestra, quod esto quod factum differentiarum, hincinde vertentium foret, absolute in manibus vestris relictum, tunc non exigeretis ab eis nisi honesta, et tolerabilia statui suo: quem statum suum inclyte Rex, in veritate Dei potestis proprium reputare, et quicquid tenent, et possident, in terra et mari, quod per Dei gratiam multum est, potestis ita tenere esse paratum ad cuncta beneplacita, et honores vestros, in omnibus his quae honeste possent, sicut si proprie foret in manibus vestris. Et utinam datum esset a Deo, quod possetis sic dilucide, sic aperte videre corda, et voluntates nostras, sicut auditis verba mea: nam ubi ex

informatione sinistra vobis data. per aemulos nostros tractavistis. et tractatis nos pro inimicis. nos pro veris amicis. et servitoribus habereis. et sic si Deus permittet. quod vos et nos sequatur concordium. vos experiemini. et de facto invenietis. nos bonos amicos et servitores vestros. Et dicam vobis plus. quantumcunque receperimus vel possemus recipere offensas a vobis. istud tamen nunquam fieri poterit. quod recedamus a naturali amore et charitate. quam ad vos habemus. ita quod aemuli notione vestra separemur. et pareat Deus eis. qui fuerunt in causa tantorum malorum inter vos et nos: qui fuerunt causa destructionis tot millium Christianorum. cum quibus de levi potuisset recuperari totum patrimonium IESV CHRISTI: Qui fuerunt causa dissipationis tot facultatum et bonorum: qui fuerunt causa. quod tot viduae. et pupilli mares. et foeminae vadant per mundum miserabiliter mendicantes. quorum voces continue clamant ad Deum. non contra vos illustrissime Princeps. sed contra eos qui maius peccatum habent. Spero tamen quod misericordia Dei. de qua plena est terra. eos ad poenitentiam quandoque reducet: et quod fatebuntur et recognoscent culpas. et errores suos. Conclude igitur Serenissime Domine. sic dico. scriptum est: Cor Regis in manu Dei est. et ubi voluerit inclinabit illud. Cor vestrum et cuiusque Principis est in manu Dei. sine quo nil sanctum. nil iustum. vel rectum. Iuxta sententiam beati Jacobi Apostoli dicentis: Omne datum optimum. et omne donum perfectum desursum est. descendens a Patre luminum. Scio quod inclinabit Deus cor vestrum ad pacem. quam vobis pro haerede in terris reliquit. ascendens in coelos enim dixit: Pacem meam do vobis. pacem meam relinquo vobis. idcirco supplico omnipotenti Deo. quatenus sic in tali die. qualis fuit feria sexta nuper praeterita. ipsa ostendit stellam et lumen suum tribus regibus orientalibus venientibus adorare filium suum. et sicut in eadem die. ipse misit spiritum sanctum in spem columbae. super filium suum in baptismo dicens: Hic est filius meus dilectus. in quo mihi complacui. ipsum audite. Ita hodie per suam sanctissimam pietatem ostendat vobis lumen claritatis suae. et infundat super vos

gratiam spiritus sui sancti, quod istos vestros veros antiquos servitores, et amicos, qui sic humiliter, sic reverenter venerunt ad petendum pacem, gratiam et amicitiam vestram, benigne suscipiatis, gratiose exaudiatis, et liberaliter admittatis, et quod pax, et perpetua dilectio sit inter vos et eos, ad honorem Dei et Ecclesiae Rom. propagationem, Christiani nominis bonum statum vestrum, et suam tranquillitatem, et commodum subditorum partium utriusque. Ita quod ex hoc Rex regum super vos dicere possit: Hic est Rex meus dilectus, hic est Rex meus fidelis, in quo mihi complacui, ipsum audite, ipsum honorate, ipsum glorificate. Quod ipse concedat qui est benedictus in secula seculorum amen. Isti domini mei, et ego erimus parati, esse et tractare super nobis commissis, ubi et quando Maiestati vestrae placuerit ordinare.

II.

Bevezetés.

Hogy azokat az allegorikus pásztorkölteményeket, melyek Endre herczeg és nápolyi Johanna drámájára és Nagy Lajos bosszuló hadjáratára vonatkoznak, könnyen hozzáférhetőkké tettem és egymás mellett adtam ki, azt hiszem, indokoltnak fogják találni, kik irodalomtörténeti források iránt érdeklődnek. Nagy Lajos első föllépése az irodalmi újjászületés hazájában, összeütközése egyik legelőkelőbb renaissance-udvarral, mély hatást tett az irodalmi újjászületés képviselőire: Petrarca-ra és Boccaccióra. Petrarca 12 pásztorkölteményének egyikét, melynek czime *Argus*, e tárgy képletes feldolgozására szenteli, Boccacciónak pedig négy eclogája vonatkozik az ifjú Anjou-herczeg halálára és Lajos megtorló hadjáratára.

Petrarca III. pásztorkölteményét helyénvalónak találtam nem a baseli, de a tudományos szempontból teljesen megbízható Rossetti-féle kiadás szerint közölni.

A szörnyű szélvihartól kitépett ciprusfát siratja el ez ecloga, mely

„Solis amor quondam, sola pia cura sepulti“

volt: azaz, a Róbert király által kedvelt Endre herczeg, kit az ő halála után megöltek.

Hæc lacrymabilis arbor iránt Petrarca mély rokonszenvet érzett, habár érdekei a pápai udvar érdekeihez fűzték: ez udvar pedig Nagy Lajos politikai törekvéseit mindenkép meggátolni óhajtotta. Érdekes Petrarcanak e gyászos eseményre vonatkozó több levelét egybevetni Dominico de Gravina *Chronica de rebus in Apulia gestis* (Muratori: *Scrip-*

tores Rerum Italicarum Milano 1728, XII.) 549—722 lapra terjedő előadásával. Meglepő találkozást találunk az Endre herceg iránti részvét kifejezésében, a magyar-horvát krónika és a magyar udvar éltető lelke, Robert ferenczrendi szerzetes iránt égő gyűlöléssel és megvetéssel viseltető Petrarca nyilatkozatai közt. Így ha Gravina Erzsébet magyar királynő távozása után így szól: „Romanente itaque Duce Andrea praefato velut agniculo inter lupos“, Petrarca is egyik levelében¹ (V. 3) így kiált föl: „Mit tegyen a bárány a farkasok vermében?“ Igaz, hogy a mi vádakát a renaissance rhetorika frazeológiájából rá tud halmozni az Endre herceg Mentorára: Robertre, ráhalmaz ugyane levélben. De az aversai büntényben Italia megfertőzését látja, banditáknak bélyegzi a gyilkosság czinkosait. Hivatkozik korábbi leveleiben tett jóslataira. Ő már előre sejté, hogy e ledér udvar büntanyájára került ártatlan herceg vesztét fogja találni, de a büntetés módja mégis minden képzeletet meghalad és az ókor minden bűnét túlszárnyalja. Az ókor dicsekedhetik, hogy ily büntényre nem is gondolt. Az a gyönyörű város, melyet Vergilius „dulcissima Parthenope“-nek hívott, gyűlöletesebbé lett Bistonianál. Feledhetetlen Fraccassetti pompás fordításában Petrarca erkölcsi fölháborodásának e nyilatkozata: O Napoli degenerata, o Aversa infelice, veramente come suava il tuo nome: allontanata da ogni affecto di umanità e di fede; umanità verso l'uomo, fede verso *il legittimo signore e Rè*. Tehát Endre királyi jogczímét *törvényes*-nek ismerte el. Endre herceget pedig így apostrofálja: Tu il piu innocente, il piu mite degli uomini. Gyönyörű Krisztushoz intézett imája, ki szeretetével vagy szigarával szétűzhetne volna a bűn fergetegét. De minket legjobban érdekel az itt közölt pásztorköltményben zengzetes pathosszal megszólítása a megdicsőült Robert királynak. Azt kérdi, hogy talán az égi gyönyörök úgy elvarázsolták, hogy semmi szeretetet, semmi részvétet nem érzett az övéi iránt. Ha él, e gyászos nap föl nem

¹ Lettere di Francesco Petrarca da Giuseppe Fraccassetti. Vol. I—V. Firenze 1863—1867.

virrad. Ha a versben Endrét *Solis amor*-nak nevezte, levelében is azt mondja, hogy Robert király „tekintete egymaga a királyság üdve, a lelkek békítője, az igazság forrása, az igazságtalanság elhárítója, a *nyájnak enyhet adó árnyéka* volt, mely megvédi a pásztorokat“. Íme, a pásztorokléte-
mény alaphangja.

A *lacrymabilis arbor* volt Phoebus szerelme. Phoebus a nap lehunytt, a király meghalt. Mikor Sylvius felel Pythia jajszávára :

„O Pythia, Pythia olvastam az égi jelekből“

mintha csak azon levelekre utalna, melyekben a nápolyi udvar tivornyáiról, kivált a gladiatori játékok kegyetlen gyönyöreiről és a szegény ifjúherczeg kétes sorsáról emlékezett volna meg. A *Barbato di Sulmone*-hoz írott eme levél (VI, 5.) a maga nemében remek és De Sadenak adok igazat, ki a levelen előmlő közvetlen érzésből azt gyanítja, hogy a levél kelte: Valchiusa, 1346. aug. 1. aligha hiteles: mert ez időpont igen messze esnék az 1345 szept. 18-án történt eseménytől. A Robert király dicsőítése, mely Sylvius ajkán elhangzik: előhangja azon fénséges magasztalásnak, melyet Petrarca az *Africa* cz. eposába sző.

ECLOGA SECVNDA ARGVS.¹

IDEYS. PHYTIAS. SILVIVS.

Aureus occasum iam Sol spectabat, equosque
Pronum iter urgebat facili transmittere cursu ;
Nec nemorum tantam per saecula multa quietem
Viderat ulla dies ; passim saturata iacebant
Armenta, et lenis pastores somnus habebat ;
Pars teretes baculos, pars nectere sarta canendo
Frondea, pars agiles calamos. Tum fusca nitentem
Obduxit Phoebum nubes, praecepsque repente
Ante expectatum nox adfuit ; horruit aether
Grandine terribili ; certatim ventus et imber
Saevire, et fractis descendere fulmina nimbis.
Altior aethereo penitus convulsa fragore
Corruit, et colles concussit et arva cupressus :
Solis amor quondam, solis pia cura sepulti ;
Nec tamen evaluit fatalem avertere luctum
Solis amor ; vicitque pium sors dura favorem.
Praescius heu nimium vates tum, Phoebe, fuisti,
Dum sibi, dumque aliis erit haec lacrymabilis arbor,
Dixisti ! Ingenti strepitu tremefacta ruinae
Pastorum mox turba fugit, quaecumque sub illa
Per longum secura diem consederat umbra.
Pars repetit montes, tuguri pars limina fidi :
Pars specubus terraeque caput submittit hianti.

¹ Francisci Petrarcae poemata minora quae exstant omnia nunc primo ad trutinam revocata ac recensita. Vol. I. (23—33. ll.)

Mediolani. Excudebat societas typographica classicorum Italiae scriptorum. MDCCCXXIX. Paefatio 1828. decz. 27. Dott. Domenico Rossetti.

Sylvius et Phytias scopulum fortassis eundem
 Praecipiti petiere gradu, geminisque cavernis
 Occuluere ambo trepidi, nec pauca gementes.
 Post, ubi laxatis tempestas fracta parumper
 Nubibus et coeli siluerunt murmura fessi.
 Incipit illachrymans Phytias: „O Iupiter alme,
 Si scelus hoc nostrum meruit, si rustica sordet
 Pastorum pietas, sylvis ignosce precamur!
 Innocui miserere gregis, meliorque capellas
 Collige dispersas. Teneris signata labellis
 Ubera te moveant, nisi forte obliviam lactis
 Illius astrigeræ nectar tibi suggerit aulae:
 De grege nempe fuit nutrix tua!“ Talia questus,
 Subticuit, pectusque manu percussit et ora.

Sylvius, audita rupis de parte querela,
 (Nam neque se coram cernebant obice parvo
 Praetentæ silicis ramoque comante dirempti),
 Concussa sic mente refert, gemitumque coerrens:
 „O Phytia, Phytia, fateor, sic astra minari
 Iampridem adverti, postquam flammantia Martis
 Lumina, et imbrifera Saturnum parte morantem,
 Obsessumque Iovem, et Venerem transversa tuentem,
 Sibila ventorum postquam peregrina notavi.
 Nonne procul nebulas limo exalante palustri
 Surgere, et in nostrum delatas vidimus axem?
 Nonne grues profugas turpesque ad litora mergos?
 Num corvos, fulicasque vagas? num sidera moesta
 Vidimus, et nymbo velatam abscedere Phoeben?
 Tum quæ multa olim nascentis signa procellæ
 Sylvicolæ cecinere senes; sed ferre necesse est.

Haec est vita hominum, Phytia! sic laeta dolendis
 Alternat fortuna ferox! Est ordine mundus
 Antiquo, nobis rerum experientia prosit.
 Quo grex cumque miser ruerit, consistere pulchrum est.“

Chare mihi imprimis et semper maxime Sylvi,
 Respondit Phytias; oculos, te consule, tergam.
 Tu modo, si quod habes damni solamen acerbi,
 Tempestiva graves relevent obliviam casus.

Immo, aut ille, tuum est, quae condita carmina servas
 Mecum partiri Daphnis pastoribus olim, —
 Et tibi nunc ingens merito cantabitur Argus.

Quid tibi, non nobis? Phytias: nunc te quoque carmen
 Argeum vocitare libet? nimis omnia celas.
 Incipe, forte sequar, nisi vox tua terreat, inquit
 Sylvius. Ille alta fregit suspiria voce:

Arge, decus rerum, sylvae dolor, Arge, relictæ!
 Hoc licuit rapidæ sacro de corpore morti,
 Hoc ausa est tellus? te, qui stellantis Olympi
 Tam solus spectator eras, humus obruit atra?
 Quo favor et nostrî rediit, quo gloria sæcli?
 Quis tempestates prænoscet ab æthere longe?
 Quis mihi voce feras, quercusque et saxa movebit,
 Aut longam dulci traducet carmine noctem?
 Quis terrebit apros? Quis tendet retia damis
 Quis visco captabit aves? Quis flumine mergens
 Ah miseras curabit oves? Quis sacra Cybeles,
 Atque humilem Admeti famulantem in gramina Phæbum
 Rite canet? Quem nocturnus trepidabit abactor?
 Quem noscent dociles alta sub rute capellæ,
 Quem vigiles fidiq̄ue canes, quem dulcis amica?
 Quis mihi sollemnes statuet per litora ludos,
 Insuetam patrio renovans ex more palestram?
 A quo consilium dubii, divinaque late
 Sylvestres responsa ferent? Quis tempore in arcto
 Supplicibus præstabit opem? Pulcherrime quondam
 Arge, amor ac luctus Dryadum, quid sylvæ, quid antrum,
 Quid sine te colles? et post te vivere quisquam
 Aut volet, aut poterit? Pastores credite, mors est
 Vivere post Argum. Iam nunc arescere circum
 Stagna, lacus, fontes, ipsumque videbitis æquor.
 Spiritus alter erit ventis; color alter in herbis;
 Floribus alter odor; solitos nec poma sapes
 Servabunt, nec prata comas, nec flumina lymphas,
 Vellera nec pecudes, nec opimas campus aristas:
 Omnia namque oculis unus (nec fallimur) ille
 Laetificare suis et fecundare solebat.

Illo sylvæ fuit semper sub principe tuta :
 Pax inerat fronti ; purgabat nubila verbo.
 Ille abiit : fortuna suos mutata fatigat !

Extorques lachrymas : nec iam mihi vivere dulce est
 Post Argum ; sed vivaci parebimus astro.

Effugis, agnosco, nusquam sine carmine, Sylvi.
 Si libet ire, cane ; post i tua damna recense.

Pastorum rex Argus erat, cui lumina centum
 Lincea, cui centum vigiles cum sensibus aures,
 Centum artes, centumque manus, centumque lacerti :
 Lingua sed una fuit, cum qua rupesque ferasque
 Fleteret, et fixas terræ divelleret ornos.
 Ille diu clarus sylvis, perque omnia notus
 Pascua, formosis cantatus ubique puellis,
 Mille greges niveos pascens per mille recessus.
 Postquam pertesum est nemorum longique laboris
 Irrediturus abit, volucrique per avia saltu
 Evolat in montes, illinc de vertice summo
 Despicit, et nostras curas nostrosque tumultus,
 Regnataeque videt quanta est angustia sylvae :
 Alloquiturque Iovem, et viduum commendat ovile.
 Arge, vale : nos te cuncti, mora parva, sequemur.

His dictis, abeunt ; patrii Sulmonis ad arva
 Contendit Phytias ; sylvas petit alte hetruscas :
 Solus ego afflicto moerens in litore mansi.

III.

Bevezetés.

Az Endre herceg tragédiájára és Nagy Lajos bosszuló hadjáratára vonatkozik Boccacciónak III., IV., V. és VI-ik pásztorkölteménye. A Vergilius-féle allegoria a Boccaccio kezében hideg, mesterkélt, túlvitt részletekbe menő rejtélyes beszéddé válik, melyekhez a kulcsot maga a költő adta meg, mint ezt Petrarca is megtette. Heinrich Gusztáv (Boccaccio élete és művei Budapest, 1882.) csak a IV., V. és VI. eclogát említi föl, mint a nápolyi eseményekre vonatkoznának, de ide vonható a III. pásztorköltemény is, melyben még chronologiai szempontból is érdekes helyek bizonyítják, hogy a Nagy Lajos hadjáratának közvetlen hatása alatt keletkezett a szóban forgó négy pásztorköltemény. Ugyanis III. pásztorkölteményének 99. és következő versei így hangzanak:

. . . infandam tendit (t. i. Tytirus) discernere siluam
Atque lupam captare petit flauosque leones
Ut poenas tribuat meritis. Nam frater Alexis
Tytirus iste fuit.

Boccaccio Martino da Signának meg is magyarázta ez allegoriát. Alexis = Endre; Tytirus = Lajos, grauida lupa = Johanna. Argus = Róbert. Az ecloga czime: *Faunus* = Ordelaffi, ki Lajoshoz csatlakozott. Kropf Lajos (*Az aversa gyilkosság*. Kolozsvár, 1896. Különlenyomat az Erd. Múzeum XVIII. kötetéből) bebizonyítja, hogy e pásztorkölteményt Boccaccio 1348-ban írta, mikor Nagy Lajos Apuliában volt. Tytirus az Ister mellett hallotta meg a szörnyű gyilkosságot és

Danubii uocitare canes durosque bubulcos
Iufrendens coepit . . .

Tehát a Duna mellől indul bosszuló hadjáratára. A pásztorkölteményben Thestylis és Faunus közti viszály mintegy lélektanilag igazolja Ordelaffi pártolását. E pásztorköltemény nem árul el ellenszenvet a magyarok iránt.

A IV. pásztorköltemény, melynek czíme *Dorus*, már más hangon szól. Itt Nagy Lajos már a vad Polyphemus alakját ölti magára, ki elől a szép Lycoris = Johanna menekszik, ki már *Dorus* = Tarentói Lajos felesége. Ebben is Alexist (Endrét) és Argust (Robertet) siratják. Itt már az „*innocuus* Paphus” = Durazzói Károly megöletését siratja (72–73.) és özvegyét vigasztalja, ki két kis árvájával Franciaországba menekszik.

Költői becs tekintetében legtöbbet ér az V. pásztorköltemény, melynek czíme *Silua cadens*. Nápoly pusztulását írja le. Alcestus = Tarentói Lajos megfutott, Lycoris tremebunda = Johanna az erdőből menekszik Polyphoemus elől (= Nagy Lajos). Itt már „*malus*” jelzöt kap Polyphemus. Valóságos elegia. Refrainképen hangzik:

Plangite sylum ueteres, heu plangite mecum!...

A VI. *Alcestus* már valóságos diadalének. Örül, hogy a durva Polyphemus (Nagy Lajos) elvonult és Alcestus (Tarentói Lajos) visszatért.

A refrain a magyarok ellen hangzik e helyen:

Plaudite jam colles et nos jam plaudite mentes,
Redditus est nostris, Alcestus redditus antris.

Ez eclogáknak tudtommal egyetlen forrása egy ritkaságszámba menő nagy gyűjteményes munka, melynek közlöm teljes czimét és tartalomjegyzékét. Megjegyzem, hogy a bécsi udvari könyvtár példányát használtam.

En Habes Lector

Bucolicorum

Autores XXXVIII. Quotquot
uidelicet a Vergily aetate ad nostra
usque tempora, eo poëmatis genere usos,
sedulô inquirentes nancisci in
praesentia licuit:

Farrago Quidem

Ecclogarum Uni. mira cum elegantia
tum uaritate referta, nuncque primum
in studiosorum iunenum gratiam atque
usum collecta.

Horum uero omnium Catalogum proxima
post praefationem pagella reperies.

Cum gratia et priuilegio Imp.
ad quinquennium.

Basileae, ex officina Joannis Oporini,
Anno Salutis MDXLVI.
mense Martio.

Autorum et Eclogarum catalogus.

| | Pag. Ecl. | | Pag. Ecl. |
|---------------------|-----------|----------------------|-----------------|
| T. Calphunij | 1. 5. | M. Hieronymi Vidae | 477. 3. |
| Aur. Nemesiani | 29. 4. | Cynthij Gyraldi | 487. 5. |
| D. Ausonij | 41. 2. | Joan. Secundi | 503. 1. |
| Ant. Codri | 47. 1. | H. Eobani Hessi | 510. 27. |
| Joann. Pontani | 51. 3. | Joan. Boccacij | 598. 16. |
| Fran. Petrarchae | 71. 12. | Pomp. Gaurici | 699. 2. |
| Bapt. Mantuani | 140. 10. | Joan. Roenerij | 709. 1. |
| Ant. Mariae | 215. 1. | And. Ammonij | 725. 1. |
| Ant. Geraldini | 220. 12. | Gilb. Nucillani | 733. 1. |
| Jo. Arnolletti | 263. 4. | Philib. Girineti | 738. 1. |
| P. Fausti Andrelini | 281. 12. | L. Annibalis Cruceij | 747. 1. |
| Bap. Fierae | 335. 3. | Gilb. Duchery | 750. 1. |
| Euricij Cordi | 343. 10. | Joach. Camerarij | 755. et 783. 3. |
| Jani Anysij | 409. 6. | Eucharij Synesij | 765. 1. |
| And. Naugerij | 433. 2. | Bapt. Persij | 772. 1. |
| Actij Synceri | 440. 5. | Joan. Stigelij | 776. 1. |
| Incerti Auctoris | 460. 3. | Georg Sabini | 784. 1. |
| D. Erasmi Roterod. | 473. 1. | Jo. Bapt. Goynaeci | 789. 1. |

Pag. Ecl.

| | |
|------------------------|---------|
| Matthaei Argylandri | 792. 1. |
| Sebastiani Castalionis | 766. 1. |

Ecloga III.

Faunus.

Palaemon. Pamphilus. Mens.

- Pal.* Pamphile, tu patrio recubas hic lentus in antro,
Dum fremit omne nemus, pulsum clamoribus aegrae
Thestylis, et parui uacuis nunc omnia pendis.
- Pam.* Cantharus attrita nimium puto lapsus ab ansa
5 Terruit hunc. I, siste sues, ne gramina campis
Euellant rostris, et syluas mitte sonantes.
- Pal.* Marcidus externo credis tibi forsan Iaccho.
Alloquar in somnum presso, auribus accipe uoces,
Si patitur torpor, patitur si grata Lycisca.
- 10 *Pam.* Pace precor nostra sedeas, ac ista sinamus.
Ignaroque aperi quaeso percepta Palaemon.
- Pal.* Tempus erat placidum, pastores ludus habebat.
Aut somnus lenis, pastae sub quercubus altis,
Ac patulis passim secubabant lacte petulcis
15 Ubra praebentes natis distenta capellae.
Ast egoserta mihi pulchro distinguere acantho
Querebam. Seruanda tamen dum fistula gratos
Nostra ciet uersus Mopso, cui tempora digna
Nectere concessum lauro, et uincire capillos,
20 Ocia cum subito rupit uox improba moestae
Thestylis, ô clamans, quae te uesania cepit?
Ursos quid sequeris montana per ardua Faune?
Non te cura tui retinet? non parua tuorum
Hoedis mixta cohors, cornu ludentibus aruis
25 Natorum? non matris amor? dic obsecro? nescis
Qualis in hos rabies circumstrepit atra luporum

- Allobrogum? credis tantis obstare periclis,
Foemina sum, possim paucis sociata molossis?
- 30 *Pam.* Semper in aduersos saltus, fractasque ruinas
Ire cupit Faunus, monstra atque minantia mortē
Quaerens, quid tandem, tenuit uox ire uolentem?
- Pal.* Hoc ego quaerebam ueniens, sed Moeris ut opto
Ecce uenit tardus, baculoque innixus adunco
Nescio quid secum meditans: salueris amice,
- 35 En optate uenis, quis nostris obsecro nuper
Rumor inest syluis, nostin'quae Thestylis irae?
- M.* Quid petis? est usquam crebras qui nesciat iras?
Thestylis et Fauni? nequeunt subsistere quercus,
Depereunt fessae frondes clamoribus. Et tu
- 40 Si cantet Philomela petis, si ruminet hircus.
- Pam.* Saepius has quondam memini risisse querelas.
Sed tu Moeri decus, nostrum modo pone galerum,
Et baculum, mecumque sede, lucemque seueram
Hanc fugito, nullae ueniunt de montibus umbrae.
- 45 Alta crepidinibus terrae petiere lacerti.
Hic nemus, et gelidi fontes, et mollia prata.
Hic hedera uiridi intectum, pictumque corymbis
Antrum, quo magnus quondam requieuit Amyntas.
Et pariter calamis unā cantabimus omnes.
- 50 *M.* His ego cantabo syluis? nemus omne cicadis
Dedecus in nostrum, miluis coruisque relictum est.
- Pam.* Quid tandem? coruos obseruent mente subulci.
Nos equidem nobis, Mopso musisque canamus,
Et placidum gremio seruabunt sidera carmen.
- 55 *Pal.* Cura gregis parui, quem forsan mergere lymphis
Dum calor arua tenet, cupit, hoc nunc carmine musis,
Delirus Cydipem, tenuesque recenseat hoedos.
- M.* Est Cydibes nobis, niueos quae contrahat agnos
In fontem cytisumque paret, uaccisque salicta.
- 60 Et surgent celsae salso de gurgite pinus
Ante quidem, et blande uenient ad ouilia tygres,
Atque leo ceruas fugit, lupus atque capellas,
Quam mihi non animo musis seruire. Sed ecce
Si tibi tantus amor syluarum nosse tumultum,

- 65 Expediam paucis, postquam consedimus antro,
 Nescio si montes unquam nemorosaque plana
 Nostis, quae gemino resident contermina ponto
 Ausonijs, magno quondam disiuncta Peloro.
- 70 His Argus pastor merito cantandus ubique
 Uiuus erat campis, flauos hunc mille per arua
 Audiui seruare greges, nec plenius usquam
 Et soles imbresque graues, frondesque salubres,
 Et pecori foetuque nouo, seu flumina quisquam
 Cognouit: tantusque fuit dum carmine ualles
- 75 Tangeret, ut noster Nisae cui summa dicamus
 Amphrysus pastor, uix quiret tendere secum
 Vocibus, aut calamis, uel neruis. Horrida tandem
 Parca uirum rapuit, meritisque recondidit astris.
 Fleuerunt montes Argum, fleuere dolentes
- 80 Et Satyri Faunisque leues, et fleuit Apollo.
 Ast moriens syluas iuueni commisit Alexi.
 Qui cantus modicum dum armenta per arua trahebat,
 In grauidam dum fortê lupam rabieque tremendam
 Incidit inpavidus, nullo cum lumine lustrum
- 85 Ingrediens. Cuius surgens saeuissima guttur
 Dentibus inuasit, potuit neque ab inde reuelli,
 Donec et occulto spirasset tramite uita.
 Hoc fertur. Plerique uolunt, quod sylua leones
 Nutriat haec dirasque feras, quibus ipse seuerus
- 90 Occurrens, venans mortem suscepit Adonis.
 Si nunc cuncta uelim, quae tunc gessere propinqui
 Pastores, narrare, dies non, lucis ab ortu
 Usque domum saturae redeunt cum nocte capellae,
 Sufficeret spacio. Sed postquam Tityrus ista
- 95 Cognouit de rupe cava, quae terminat Istrum,
 Fleuit, et innumeros secum de uallibus altis
 Danubÿ uocitare canes, durosque bubulcos
 Infrendens coepit, linquensque armenta, suosque
 Saltus infandam tendit discerpere syluam:
- 100 Atque lupam captare petit, flauosque leones,
 Ut poenas tribuat meritis. Nam frater Alexis
 Tityrus iste fuit. Nunquid uidisse furentem

- Stat menti, ferro nuper uenabula acuto
 Gestantem manibus, multos et retia post hunc
 105 Portantes humeris, ira rabieque frementes,
 Hac olim transire uia, siluampue per omnem?
Pam. Chalcidicos. Istrosque refers: quid quaeso tenenti
 Eridanum secus arua, queunt inferre laboris?
M. Ecce tene, multi per deuia Thityronistum
 110 Ex nostris, canibus sumptis. telisque sequuntur
 Inter quos Faunus, quem tristis et anxia fletu
 Thestylis incassum reuocat, clamoribus omnem
 Concutiens syluam. Tendit tamen ille, neglectis
 Fletibus atque suis, puluis patet, aspice colles.
 115 *Pam.* Semper in aduersum fertur male sanus, et aegrè
 Fert Faunus requiem, ueniet ni sibilus Austri,
 Nunc aures fallit tempus, quo Thestylis ibit
 Hesperì in amplexus, dabitur nec posse uolenti
 Sistere, sed redeat cupio melioribus astris.
 120 *Pal.* Quis queat ardores iuuenum compescere frenis?
 Apta quies senibus, sedeant in limine matres.
 Naritius nullas potuit praeponere laudes
 Quaesitis peregre, tibi si mens, antra, nemusque,
 Est seruare precor, cum sim, post ire paratus.
 125 Pasce greges nostros, et donec fortè reuertar
 In syluas ne meam Chrysidem tu solus habeto.
Pam. I foelix, factumque putes, rediturus amice.
 609. lap̄tól — 613. lap̄ig

Ecloga IV.

Dorus.

Montanus. Dorus. Phytias.

- M.* Quo te Dore rapis? nemorum ne per herbida capros
 Scrutaris? seu fortè boues? consiste parumper.
D. Nondum tecta quidem fumant, non hesperus ardet.
 Da ueniam Montane precor, fugiamque iubeto.
 5 Quod petis, hoc prohibet casus. Nam cuncta pauesco.

- M.* Diues abis, si cuncta times. Requiscere mecum
 Hic fessus poteras. Nam si non tecta ligustris
 Antra mihi uideas, est nobis ignis, et umbra.
 Et quanquam steriles agri sint, proxima capris
 10 Pascua non desunt, est grandis copia lactis,
 Et ueteris Bacchi nobis, et farris aceruus.
 Nec tibi quis Tuscus praestabit tutius antrum.
- D.* Ah miserum rides, nescis quibus ipsa reseruet
 Te fortuna dolis. Pastorum pascua quippe
 15 Nec bona nunc quaero, magnum mihi tuta latebra.
- Ph.* Si potius nil Dore petis, quid sumere differs
 Oblatum? spectare potes de uertice campos
 Alpheos Tuscosque greges, alpesque remotas.
 Et Ligurum saltus, Rhodanum rubrosque galeros
 20 Metiri, ac aegram mentem reuocare quiete.
 Montani laudanda fides. I, sume, quid obstat?
- D.* Si laudas, faciam. Sperabam posse timores
 Ponere, qua placido Florentia defluit Arno.
 Nam priscam tu saepe fidem cantare solebas
 25 Florigenum, dum laeta fuit fortuna meorum.
- Ph.* Sic fateor damas nemorum uidisse, luporum
 Rebus in aduersis animos sumpsisse. Labantem
 Prostrauit mentem, et timeo quoscunque recessus.
- M.* Sic est, intremus, postquam successimus antro,
 30 Tu dic chare puer nobis, quibus anxius ultro
 Si fugias, medioque cibos Galatea parabit.
- D.* O tibi si memorem, quantis inimica fatiget
 Me fortuna malis, non si per pascua tygres
 Immanes uideas, foetas agitare iuencas,
 35 In iugulum ne rapi tauros, coeloque maligno
 Omne pecus captum, tristisque putrescere tabo:
 Sic immitè ferēs, utinam modo fata dedissent,
 Immemor ipse forem. Nam dum mecum acta reuoluo,
 Vix lachrymas colibere queo, uix aspera uerba.
- 40 *M.* Quin tu pande precor, magnos audire labores
 Non sumus insoliti grandisque invictaque cordi
 Mens sedet, et nulli cedit mihi crede labori.

- D. Quae Volsci coluere prius, Campanaque rura
 Lucanos saltus, Samnitum pascua, rupes
 45 Et montes Brutios, Calabrumque aspreta, leuesque
 Iam Dauni campos, Peligno et flumina grata,
 Olim Argus tenuit, princeps his omnibus unus
 Argus pastor erat, cui fas complectere cuncta
 Viribus ac oculis, calamis et flectere quercus.
 50 Hic abiit, coeloque senex se condidit alto,
 Defletus modicum: uerum presagia natum
 Praedicere quidem, lachrymas, quas demitis Argo,
 Inferias poscet post hunc miserandus Alexis,
 Qui gregibus nimium durus, silisque molestus
 55 Imperitans abiit crudeli funere pulsus.
 Munere post Phitiae pulchra est mihi iuncta Lycoris
 Et sub me septas Argi tenuere nepotes.
 Quas inter clarosque lacus, pecorosaque Tempe
 Chalcidici ueteres syluam posuere coloni
 60 A Cumis, quae nulla prior dum floruit, in qua
 Dum nos iurgantes pueros agitaret Erinnyis,
 Ecce celer quondam patriis Polyphemus ab aruis
 Progenitus nostris, et nostro sanguine, ripis
 Altus in extremis Istri, puto lacte ferino,
 65 Quo iaculo incertum, certo mutilatus ab ictu
 Parte sui, iusta rabie succensus et ira,
 Irruit ut torrens, qui hybernis imbribus auctus
 Monte cadit celso, et rumoribus omnia complens
 Haec arbusta rapit, quatit haec, ruit, atque superbum
 70 In rupes et saxa trahens ingentia uoluit.
 Nec saeuo lacerasse prius sub uindice sontes,
 Nec post innocui Paphi foedasse cruore
 Sidereos uultus, truncum et iecisse cadauer,
 Aut uinclis gratos nymphis onerasse puellos,
 75 Immitis potuere grauem minuisse furorem.
 Exiit infaustos unguis truculentior angue,
 Frendens, et pomis, foliis et cortice nudat
 Fruteta, et uitreos perturbans sanguine fontes,
 Dentibus infringens ramos, pictasque volucres

- 80 Murmure disperdens, claustrisque repagula fran-
 Omne pecus mungit, decerpit, uellera tondet. [gens,
 Absorbet natos, miseris euiscerat agnas.
 Si peiora nequit, rescindit cornua tauris.
 Vix Cereri sacras quercus, uix antra Lycaeo
- 85 Intacta est passus. Satyros, nymphasque uetustas
 Et Faunos lucis pepulit, sic astra ferebant.
M. Sic magnis prisci finem dare tristia rebus
 Iurgia cantabant nobis quandoque bubulci.
- Ph.* Quid lachrymis Montane mades? ubi pectus herile?
- 90 *M.* O Phitia fateor, quis nam sibi ponere leges
 Sic potuit, pro ut ipse facis? sum carneus hercle.
 Haec hodie dum falce Lycas virgulta secaret,
 Intento gregibus Corydon narrabat Amyntae.
 Etsi nulla fides illis, sum flere coactus.
- 95 Quid ueris faciam? Dorus sed coepta sequatur.
 Et me linque meis lachrimis, satiabitur istis
 Heu pietas et certa fides, quibus angor amicus.
- D.* Dum ruit omne decus nemorum, tunc ordine nullo
 Pastores, pariterque greges, armentaque passim
- 100 Diffugiunt, timidique ruunt. Loca namque ministrat
 Ipse pauor, petit hic colles, petit ille cauernas,
 Lustraque sylvarum, plures se iungere monstro
 Sunt ausi, et praestare fidem, quibus ipse deum ius
 Si qua est, ut fertur, statuet pro munere munus.
- 105 Obscaenas saeui praegnans uix squalida Nays
 Euasit tremebunda manus onerata gemella
 Prole, per umbrosam noctem magalia tentans
 Passibus incertis, lachrymae non sponte tepentes,
 Quas tu Montani Phithia sic ante monebas,
- 110 Adueniunt nec plura quidem iam dicere possum.
M. Nec mirum, sed dura animum mi Dore, precamur.
 Nec taceas reliquum, iuuit narrasse labores.
- Ph.* Quis neget optatum iuueni? mos nempe gerendus
 Montano. Dic Dore precor, nunc cura peculi
- 115 Nulla tibi, trahimusque moras in uertice tuto.
M. Quid Paphus quaeso, cui centum brachia centum
 Fama refert oculos, cui tanta licentia fandi

- In superos, hominesque fuit? non cuspidē lata
 Occurrit monstro? quid tunc feribundus Asylas?
 120 Quid pecudum custos Phorbas? quid Damno amicus?
 Quid tu? quid Phitias? quid Pamphilus atque Mo-
 Ac alij tecum tangentes alta boatu [lorcus?
 Sidera, iactantes uario sermone palaestras,
 Atque pedum cursus, cestus, et fortia facta?
 125 *D.* Iam satis ostensum: Phitias in littore solus
 Inuictus mansit, qui nunc peregrina per arua
 Me profugum sequitur. Stabat mens currere contra
 Ingens, et lectas pharetra de more sagittas
 Abstuleram, neruusque leuem iam flexerat arcum.
 130 Sed tenuit non sana fides, numerusque meorum
 Tunc nullus. Phitiasque boans, quò tendere frustra
 Stulte puer tentas? nequicquam flectere fata
 Nitimur, hoc coelo placuit, sic Juppiter aequus
 Viderat, et pensis dederat sua iura futuris.
 135 Hinc natale solum. syluas. armenta. domosque.
 Liquimus, ac tenui lembo diffugimus ambo
 Infandam monstri rabiem, nec defuit usquam
 Dux fidus, placideque tulit quoscunque labores
 Nos turbo, fluctusque maris, Telamonis ad oras
 140 Impulit, inde tuos errantes uenimus agros.
M. Ut uestras doles casus, sit sylua perennis
 Haec nobis. Paruumque pecus, quod sit tibi curae,
 Summitto, tu ducas. Sed si mihi nuncia ueri
 Ilice ab exelsa cornix fuit, ecce parantur
 145 Multa tibi graviora satis, reditusque propinquus.
 Spes te saepe trahet sterilis. Quidquid modo perdis.
 Vinces cunctando. Sed non tibi Delphica laurus
 Sertum laeta dabit, donec tu manibus unum
 Falce caput tribues pro cunctis. Nos quoque diras,
 150 Si tibi Dore placet, faciles transire querelas
 Mittamus Bacchoque sacrum celebremus honorem.
 En Galatea vocat, redeunt cum matribus agni.
 Et nox caerulea iam tranans denigrat umbra.

Ecloga V.

*Sylua cadens.**Caliopus. Pamphilus.*

- C. Pamphile, tu placidos tecum meditaris amores
 Calcidiae, uiridi recubans in gramine solus.
 Ipsa dolens, deflet miseram quas nescio syluas.
- P. Unde precor nosti? sis mecum. Phoebus in altum
 5 Tollit equos: prosunt umbrae, mihi crede, capellis.
- C. Sicelidum saltus, et florida rura Pelori
 Fortè pererrabam, uox uenit tristis ad aures.
 Attonitus tum firmo gradum, prospecto frequenter
 Si uideam flentem. Uideo, quid lilia falce
 10 Secta loquar, floresque malo iam sole reflexos?
 Cespitem sic nudo lachrymis oppleta iacebat
 Illa suis, questusque graues ex ore trahebat.
- P. Heu mihi quid uiuo, iam tactae fulmine pinus.
 Et pecudes prostasse canes, noctisque per umbram
 15 Ex septis ululare lupos, audisse nefandum
 Prodigium dederant. Sed dic, quas obsecro uoces.
 Illa dabat deflens, tua praesto stat tibi merces.
- C. Quas ego concepi referam. Tu dulcis Amynta
 Nunc oculos gregibus praestes, seruesque precamur,
 20 Ne si damna satis faciant fortasse capellae,
 Hirsutus Corylas Banio nictante lacesset
 Hircos, interea morsu uel terreat agnos.
- P. Ne dubites, saxis sistet, baculoque iuabit.
- C. Illa diu postquam Faunos nymphasque, uocauit
 25 Incassum, pectusque manu pulsauit, et ora
 Vocibus assiduis Sirenae in litore fractis
 Parthenopis residens, misere singultibus inquit:
 Non fuit Ausonicis campis me iudice sylua hac
 Laetior, aut maior, nulla atque capacior aeu.
 30 Haec fagus coelum tangebatur, et ilice multa,
 Quercubus insignis, uiridi spectandaque lauro,
 Ac cedro crebra funesta, et pulchra cupressu,

Non adeò quondam formosa Libystidos ursis.
 Horrida cui cessit magnorum Erycinia nutrix,
 35 Syluestrumque boum gelido sub cardine coeli,
 Idaque iudicio Paridis memoranda puellis,
 Bebryciumue nemus cessit, cessitque Erymanthum.
 Floribus haec ramos, et prata uirentia semper
 Pingebat croceis, roseisque et mille colorum,
 40 Colchida dum primum siccaret uellere Phoebus.
 Quid referam claros leui per gramina cursu
 Serpentes riuos, fontesque lacusque recentes,
 Antraque perpetuis non arte recondita tophis.
 Hac pictae nidos cunctae fecere uolucres,
 45 Psitacus exustis usque huc accessit ab aruis,
 Captus amore soli, sic et pulcherrimâ phoenix.
 Nec fuit Italiae quae ferret sylua leones
 Hanc praeter, mites tulit haec, iraque uerendos.
 Ut taceam lepores, ceruos, et dente minaces
 50 Apros, et capreas, et grandes uiribus ursos.
 Haec niueas habuit pecudes, quibus inclita tantum
 Uellera praestabant reliquis, quantum aurea poma
 Glandibus, aut sorbis, referat quis grandia quantum
 Dudum armenta boum pauitque, et texerit umbra?
 55 Quantum lactis eis fuerit, quae copia prolis
 Pascua dum magnus seruabat Tityrus olim,
 Heu mihi cognouit Cyclops. Ast Tityrus ille est
 Qui primus pecori leges, nemorique salubres
 Carmine cantauit quarum nec clarior usquam
 60 Copia docta fuit legum, nec prisca tulere
 Secula maiores auro dum floruit aetas
 Sanguine, si ueri quidquam primaeva uetustas
 Insculptum liquit fagis, uel robore duro.
 Me miseram, memini laetis quibus ipsa choreis
 65 Saltantes uidi Satyros, facilesque Napaeas
 Floribus ornatas, et sertis fronde reuinctis
 Esculea, et gratos syluis expromere uersus:
 Nunc stipulis auctos, fidibus nunc arte canoris.
 Sed quid tot refero? complectar ut omnia paucis.
 70 Quantum caua salix aluo, quantumque myricae

Quercubus, et celsis cedunt uepreta cupressis:
 Huic omnis tantum cedebat: Sylua, nemusque.
 Prò superùm uirtus, quantum haec modo tempora
 Apriscis, quantumue malis dat Juppiter astris [distant
 75 Arbitrij. Fortuna quidem quos ante fouebat
 Laeta nimis, puidos secum revoluta fatigat.
 Plangite syluam ueteres, heu plangite mecum.
 Delapsae, quercus, grandes cecidere cupressus,
 Esculus exarsit summixis undique flammis,
 80 Pinus nulla sedet, uirides albescere lauros
 Heu uideo, et bicolor passim iacet undique myrtus.
 Aret et omne solum pallens, arbustaque nuda
 Frondibus in nihilum tendunt, abiere uolucres,
 Antraque pastorum uideo deiecta, recessus
 85 Incultos, muscoque putri pallescere fontes,
 Et nitidos riuos turpi sordescere limo:
 Ac circum ripas, calamos creuisse palustres.
 Quod meritum? quod triste nefas? quod crimen
 Uel fortasse tuum potuit coelestibus iras [auitum,
 90 Iniecisse tua cum clade? miserrima quis tam
 Quis tam dira deus permisit lapsa? quis Orco
 Eduxit pestes in te? quis quaeso labores
 Excudisse tuos potuit, tristesque ruinas?
 O ruber hortorum custos, qui pulcher acanthus
 95 Aggere surgebat uiridi, canumque ligustrum.
 Et quem puniceo quondam cum flore roseta,
 Et molles uirgae stabant, et lilia circum,
 Hyblaeusque thymus, nigra et uaccinia tecum
 Crescere sunt solita. An cernis quin creuerit uncus
 100 Carduus, et uacuis surgat paliurus in hortis,
 Uluaque, uel saturis onagris suspecta cicuta?
 Ha Faunum pietas fertis, Dryadesne sorores,
 Quis stipula toties frondes uirgultaque moui
 Hoc spectare nefas? uideo sine uitibus ulmos,
 105 Uix hederæ uiuunt: solitos flauescere campos.
 En uacuis plenos prospecto horrescere auenis.
 Piscosique lacus, pontus, fluuijque quiescunt.
 Cortex nullus inest, resonant nec littora tonsis.

- Et passim uideo sparsas. heu uasta per arua
 110 Infectas tabo pecudes, morbisque capellas.
 Pastoresque graues per sordida lustra ferarum.
 Dispersos, turpique fuga nemus omne relictum est.
 Alceustus trepidans abiit. Tremebunda Lycoris.
 In dubium liquit syluas, euecta per altum.
- 115 Omne decus periit, luctusque laborque supersunt.
 Plangite syluani ueteres, heu plangite mecum.
 Sylua decus nostrum periit, pereamus et ipsi.
 Haec ubi dicta dedit, manibus lacerare capillos
 Implicitos uidi, tandem quasi uicta resedit.
- 120 *P.* Heu miser. heu uideo. quae sit sibi causa doloris,
 Indignum facinus, lachrymis reuocare putabat,
 Praeuisum dudum superis, et pensa sororum.
 Errat stulta nimis, coelo parêre necesse est.
 Sed tu dum fleret. nullis solatia uerbis
- 125 Perdita tentasti placidis reparare querentis?
C. Non equidem, ne fortè malus Polyphemus adesset,
 Indignans, celeri sed te per pascua passu
 Quaesiui: tu uerba dabis, tu nubila purga.
- P.* Quid tibi mercedis statuum? quae dona labori?
 130 De grege nil possum. calamos accepit Opheltes.
 Sunt mihi crescentes catuli, quos saeua Lycisca
 Lacte domi nutrit: sumas, quem duxeris ipse.
- C.* Dum grandes faciam. Sed tu modò quaere gementem.
 Dilectamque tibi, pecudes mulsurus abibo.

619. laptól — 624. lapig.

Ecloga VI.

Alceustus.

Amyntas. Meliboëus.

- Am.* Pastores transisse niues et frigora laeti
 Sub diuo ueteres stipula modulantur amores
 Esculeas hedera nectunt de more corollas,
 Crateras Bromio statuunt et uina salutant

- 5 Cantibus, et multo protendunt carmine sacrum.
 Tu, Meliboee quidem plangoribus omnia solus
 Confundis, quae tanta tibi nunc causa doloris?
- M.* Sylua uetus cecidit, lapsa est, cui defuit Argus.
 Custodes abiere gregum: periere sequaces,
 10 Nostris an uiuat nobis Alceustus in oris
 Incertum, et clausas disiecit bellua septas.
- Al.* Parcendum lachrymis. Nam trux Polyphemus
 Alceustus rediit nobis, rediere uagantes
 Pastores ouiumque greges rediere priores.
 15 Laetitiaque uirent syluae, uallesque resultant.
 Omnis ager pubet, redeunt sua sidera pratis.
 Frondes arbustis, hoedis quoque cornua surgunt.
 Cornupetant campis lunata fronte iuueni.
 Massicus et Gaurus florent, pulcherque Uesenus
 20 Innouat arbustis uites, stauratque Falernus
 Ulmis iam colles, stringit Uulturnus et undas.
 Surge ideo, laetumque diem psallentibus auge.
- M.* Lenta fides magnis semper praestatur Amynta.
 Nec facilè annosum falsis risisse subulcum est.
 25 Pan Deus à syluis oculos auertit, et omne
 Saeuit in Alcestum dira uertigine coelum.
 Quis daret heu celeres pennas, quis quaeso uolatum?
 Quisue iras superum posset placare repente?
 Laetis te dede precor, sertisque corona
 30 Meque meis lachrymis sinito, miserisque querelis.
- Am.* Si Corinna meo sedeat Meliboee sub antro.
 Uera loquor, uidi Circaeum uertice flammis
 Fulgentem in reditu, sic et Garganus, et ingens
 Apenninus heri, fumabant culmine summo
 35 Laetitia: et, multis quod forsane credere durum.
 Aetna quidem plausu fumos conuertit in ignes.
 Et si nulla fides dictis, hunc suspice collem,
 Quàm uireat, squalentem olim pallore. Quid ultra?
 Hic oculis iuro calcantem littora uidi
 40 Euboica: et matrem amplexu, pulchrasque sorores
 Suscepisse pio, laetis ac oscula dantem.

- M.* Quid verbis opus est multis, mi dulcis Amynta?
 Floribus ut Titan nocturno frigore lapsis,
 Dictamnus capreis, pecorique Fauonius aegro,
 45 Utque salus aruis aestu sitientibus imber:
 Sic cordi tua dicta meo. Te summe precamur
 Phoebe pater, te laeta Pales, da coepta secudent.
 Non syluis unquam, nunquam pastoribus usquam
 Illuxit tam grata dies. Tu cespite uiuo
 50 Erige, propter aquas, nobis altaria Phorba,
 Et lauro, et sertis hederæ, myrtoque corona.
 Inde et Idumæas fer palmas, postque bidentes
 In sacrum niueas deduc, ac omnia serua.
 Tu moestas pecudes herbis et fonte Lycophron,
 55 Et calamis refoue. Nosti quàm turpis Orion
 Laeserit has dudum, lachrymis dum tempora flerem.
 Nosque diem celebrem cantu deducere Amynta,
 Et delûbra deûm festis ambire choræis
 Credo decet. Uiridis foliis ornatus oliuæ,
 60 Tu primus sacrum gracili perflabis auena.
 Ast ego populea redimitus fronde secundus,
 Carmina cantabo. Stipulis et carmine docti
 Ambo sumus. Nobis nemo nunc praeualet agris
 In Siculis, ni fortè grauis certaret Iolas.
 65 Hic alios superat, quantum uepreta cupressi.
Am. Ergo alacres dignum calamis et carmine festum
 Cantemus: tu primus eris, tu carmine maior.
 Esculeo dudum descriptos cortice rastro,
 Phillidis incipies, uel quos mage duxeris ignes:
 70 Seu magis Alcesti laudes, non dignior ullus:
 Seu magnos Phitias quos pertulit ante labores,
 Qui meruit uersus qua Stilbon flabat aueua.
M. Phillis in agresti se iactet cespite ludens,
 Expectet Phitias cûi credo magna paratur
 75 Posteritas, si uera sonat deus aethere laeuo.
 Nos tamen Alcesto dignas per saecula uoces,
 Ut dabitur, cantare decet, cantabimus ambo.
 Libethrides nostrum tollant ad sidera carmen.

- Am.* Ecce puer placida pariter residemus in umbra,
 80 Et superis grates mittunt altaria fumos.
 Ruminat omne pecus, pueri campique quiescunt.
 Quid trahis in longum conceptos iam tibi uersus?
- M.* Alcestum postquam syluis abtraxit amatis
 Fatorum praedura lues, fleuere dolentes
 85 Parthenopes nymphae, nec uidit Daunia sulcos :
 Uitibus obstupuit Bacchus, periere iuuencae :
 Uulturnusque senex ingentia saxa reuoluens,
 Excessit ripas, luteus dimissus ab urna.
 Montibus obtectum nebulis, fumoque cacumen
 90 Uidimus, et ualles ululatu flere dolenti.
 Tunc quos clara dedit tellus, rugire leones
 Non ausos, laqueosque graues sentire coactos
 Uenantum primo, lycis quoque lumen ademptum.
 Ah quantum potuit de te fortuna, quibusque
 95 Casibus in dubios te traxit saeua meatus ?
 Ast ego Phoebe decus coeli, posuisse labori
 Alcesti finem, et patriis post reddere syluis
 Dignatus, meritos nymphae tibi semper honores
 Carmine perpetuo resonent, precor, atque bubulci.
- 100 *Am.* Non thymus est apibus non agnis leuis hibiscus.
 Non cythisus capris, quantum tua carmina nobis.
 Nunc ego restitutam syluis, syluisque tenebo.
 Plaudite iam colles, et nos iam plaudite mentes :
 Redditus est nostris Alcestus, redditus antris.
- 105 Littora iam plausu surgant, et flumina certent,
 Nunc plausu complere polos, hic spernere terras
 Occiduas solisque uias, coelumque serenum
 Cernere, et obliquos Phoebes mirarier orbis
 Coepit, et Astraeam syluis reuocauit abactam.
- 110 Hac tauros curru iunget, ceruisque leones,
 Armentisque lupos, serpentum sibila sulcis
 Auferet, et meritos musis concedet honores.
 Plaudite iam colles, et uos iam plaudite montes :
 Redditus est nostris Alcestus, redditus antris.
- 115 Dum mare fluctuagos pisces, tellusque tenebit
 Quadrupedes, aër uolucres, et sidera olympus,

- Alceſtus ſyluis, paſtoribus, atque puellis
 Sit lumen, ſemperque decus, nec limina Ditis
 Conſpiciat moriens, ſuperis ſit Delphicus alter.
- 120 Plaudite iam colles, et uos iam plaudite montes:
 Redditus eſt noſtris Alceſtus, redditus antris.
 Nos agnam mactare decet, nos cernat ouantes
 Alceſtus, taurumque ſibi dum tempora uictor
 Umbrabit lauro, ueniat lux illa precamur,
- 125 Et ſuris uinctis ſaltabimus inde cothurno,
 Elicietque ſonos ſtipulis Tyrrhenus Aſylas,
 Adſtabunt coràm Damon Phitiasque canentes.
 Plaudite iam colles, et uos iam plaudite montes:
 Redditus eſt noſtris Alceſtus, redditus antris.
- 130 Uix Alceſte decus noſtrum, uix credere famae
 Poſt nos ruricolae poterunt, ſed cortice duro
 Poſteritas tua facta leget: te populus ingens,
 Te corylus ſculptum, ſeruabit te quoque fagus.
 Dum fluet Eridanus, dum montes uallibus umbras
- 135 Praeſtabunt. dum grata ſalix. dum gratus hibiscus
 Nascetur capris, crescent ea nomina, quantum
 Ipa quidem fagus creſcet, mirabitur Arnus,
 Atque colet gratis, linquens tua facta futuris.
 Plaudite iam colles, et uos iam plaudite montes,
- 140 Redditus eſt noſtris Alceſtus, redditus antris.
- M.* Munera quis ſtatuet pro tanto carmine digna?
 Dulce uiris quantum ruſco praefertur amomum,
 Atque rubis myrtus, laurus, uel dignior alga,
 Tantum ego tu ſuperes dicam cantando Menalcam
- 145 Et calamis. O quantus eris, ſi praestet Iolas
 Te ſtipula perflare ſua: tunc, ſaxa mouebis.
 Eſt mihi conſpicuum ſignis, quod condidit olim
 Ilaſ Spartanus, quamuis duo uasa fuiſſent,
 Dum placido nobis uictus conceſſit amore.
- 150 Horum aliud nuper rapuit gratiſſima Phyllis.
 Tu reliquum (quanquam tanto ſit munus agreſte)
 Suscipe: ſed noſcas, nulli tetigiſſe labellum.
 Sat uideo, te cogit amor, dum munera tanti
 Concedis puero, non parua teneret Iolas.

- 155 Tu ne sperne precor baculum. quem Cyprius olim
 Dum iuuenis Phrygias agitaret arundine damas,
 Concessit Lycidas, sumptum de rupe Scamandri,
 Nodis insignem, nec non et cuspide fulua.
 Sed sta chare precor, modicumque aduerte quod oro,
 160 Personuit syluis Echo? non oro latratus
 Concipis ipse canum? grandis non ille Melampus,
 Non gregis, heu custos latrat? non illa Lycisca?
 Est equidem, nosco: timeo, ne saeuus ouili
 Nunc lupus insultet, seu belua saeuior. Ibo
 165 Ut uideam, et manibus tollam ne laedat hiulcus.
 Tu uenias quaeso, si te fortasse ciebo.

624. laptól 630. lapig.

IV.

Bevezetés.

Ceruinus, raguzai költő tartá ez emlékbeszédet, melyet a vaticáni 2939. sz. kódex 66—81. lapjairól másoltattam le. Figyelmemet e beszédre Fraknoi Vilmos *Hunyadi Mátyás király* (Budapest, 1890.) cz. jeles munkájának következő helye hívta föl: „A legrégebb emlék, melyben azt (Mátyás születésnapját) megjelölve találjuk, a halála után Ragusa városában tartott emlékbeszéd“. Ez emlékbeszéd Fraknoi szerint megtalálható Ragusa város levéltárában. Itt hiába keresttem. Dr. Rácski Ferencnek a *Starine* 1872-ik évi folyamában 155—200. lapjain olvasható tanulmánya az emlékbeszéd szerzőjéről Aelius Lampridius Cervinusról (Rácski szerint *Crierics*-ről) idézván Appendini Ferencnek *Noticie storico-critiche solle antichità storia e letteratura di Ragusa II*, 129. fölvetett eme kérdésre: „miért, mikor és ki által jutottak Ceruinus latin munkái a vaticáni könyvtár 1678. és 2939. sz. kódexeibe? azzal felel, hogy raguzai Gradič István könyvtárnok útján (+ 1683) kerülhettek oda. Az emlékbeszéd kivonatát megtaláltam Margalics Edének *Horvát történeti repertoriuma* II, 237. és köv. lapjain (1902). E nyomok a vaticáni könyvtárhoz vezettek. Siettem a beszédhez hozzá jutni, mert e kivonatból ítélve, érdekesebbnek tartám a *Garzoni-féle* beszédnél, melyet a bolognai könyvtár egyik kódexéből másoltatván le az *Analecta nova* Abel-féle hagyatékokot tartalmazó kötetében adtam ki és fordítását bemutattam a M. Tud. Akademiában. Dr. Rácski cikkét egyik horvátul tudó tanítványom, Andrassy József volt szives számomra lefordítani. Ez értekezés az egyetlen forrás, melyből a Ceruinus életével behatóbb részletességgel megismerkedhettem. Lexiconok, encyclopaediák hallgatnak Cer-

uinusról. Pedig igen érdekes alak és magyarországi összeköttetései révén kiváló figyelmet érdemel; emlékbeszéde pedig élénk visszhangja annak a meleg, testvéri szeretetnek, melylyel Raguzá ragaszkodott a magyarhoz. A magyar történetben oly jártasságot mutat Ceruinus emlékbeszéde, hogy a történeti hagyomány megbízható tanujakép szerepelhet. Ezt azon tüzetes összehasonlítás alapján mondhatom, melylyel összevetettem ez emlékbeszédben előforduló jellemző részleteket a Ransanus Epitoméjával, a Turóczyi editio princepsével és a Bonfini decadjáival. Behatóbban foglalkozom e beszéddel és műfordítását is adom az Irodalomtörténeti Közlemények 1905-ik évi folyamában. Itt szorítok Ceruinus életének és műveinek rövid ismertetésére.

Aelius Lampridius Ceruinus, kit Rácski horvát értekezésében *Crievics*-nek nevez, Raguzában született 1463-ban előkelő családból. Egyik költeményében felsorolván Raguzá előkelő családjait, köztük említi föl a *Ceruinorumque propago*-t. Magát méltónak itéli, hogy város követségbe küldje „az északi ég alá”, így jelölve meg Pannoniát, mert ő nemcsak koszorús-költő, hanem „patritius pariter vesterque poeta”. Egyik nagybátyja Gyón Sorkočevics azon Ceonik Pascal fia, ki mint Brankovich György küldöttje járt a török szultánnál, majd Ulászlónál, ki arany lánczezal is kitüntette. Hunyadi János harczaiban részt vett. „Az ellenség sűrű sorai ellen kétszer harczott, kétszer győzött a Jank kormányzó oldalán, kinek vezéri sátrában fejedelmi férfiú gyanánt tiszteltetik.” Így nyilatkozik Ceruinus a fenn nevezett Gyón Sorkočevics felett tartott emlékbeszédben. Ceruinus tehát családja hagyományával örökölte a magyarok iránti hűséget.

A Mátyás király felett tartott emlékbeszédben is találunk egy részletet, melyből megtudjuk, hogy midőn Hunyadi Drakul vajda fogságába kerül, ki „a mi nagyatyánk Ceonicus kérelmére, de egyúttal a magyarok fenyegetésére nagyobbik fiának tusz gyanánt leendő kiszolgáltatása fejében szabadon bocsátá.”

Ceruinus kora ifjúságában belekerül az irodalmi újjászületés sodrába. Tanulmányait Raguzában kezdi meg és

Rómában fejezi be. Már 1476-ban, mint 13 éves fiú nagybátyja Zamany István révén, a ki Velenceze követe volt Rómában, a római udvarhoz kerül, tehát ép úgy, mint a mi Janus Pannoniusunk Ferrarába.

Rómában alapítá Julius Pomponius Laetus azt az akadémiát, hol a platonikus bölceletet hirdették, a klasszikus tanulmányokat nagy lelkesedéssel folytatták és a kiváló tehetségeket jutalmakkal is buzdították. Az ifjú Ceruinus is e körbe került. Már mint tanuló Plautus tanulmányozására adta magát, kinek vigjátékai épen ez időben, 1472-ben, kerültek először nyomtatásban napvilágra. Mint 22 éves ifjú magyarázta Plautust a quirinali akadémián, hol a jelenlevő bibornokoknak és a többi hallgatónak tapsát vívta ki. Ezt ő maga erősíti meg *In Plautum super argumento amphitryonis* cz. művének előszavában. (Olvasható Vat. cod. 2939. fol. CXLIX—CV.)

Azonkívül színre is hozták Plautus és Terentius vigjátékait, mely alkalommal maga is szerepelt. Julius Pomponius följújította azt a régi szokást is, hogy az elismert költők az akadémiában babérkoszorúval megkoszorúztassanak. A mi költőnk e kitüntetését 1485-ben, huszonkét éves korában megérte. E kitüntetés emlékére egy hosszabb költeményt írt, mely a vat. 1678. kéziratban szintén olvasható. E versből tudjuk meg, hogy a koszorúzás Róma alapításának emlékünnepén, a Palilia ünnepen történt.

Ceruinus Rómában szerelmes lesz egy nő iránt, kit Flaviának nevez. De mocsárlázba esik. *In Autumnum* cz. költeményében kifakad az ősz pusztító hatása ellen. Fél attól, hogy Latiumban fogják eltemetni. Hazatér 1490-ben Raguzába.

Nem lehet csodálkozni, hogy a Mátyás király felett tartandó halotti ünnep alkalmával, melyet a raguzai tanács 1490 ápr. 29-én határozott el és a jövő keddre tűzött ki, tehát máj. 4-re, mint ez a Gelcich József *Ragusa és Magyarország összeköttetéscsüinek oklevéltára* (Budapest 1887.) cz. művében közölt jegyzőkönyvi kivonatból kitetszik, őt bízták meg az ünnepi szónoklattal. Ekkor tartja Ceruinus azt az emlékbeszédet, melyet e helyen közlünk.

Ceruínusról elég lesz még egy pár szót szólnunk. Hazatérvén, összekötetéseit az olasz tudósokkal és előkelő pártfogóival fenntartja. Hazáját, Raguzát, rajongásig szereti ugyan, mint ezt egy szép költeményében kifejezi, melyben szülővárosát *szemefényének* nevezi (ocelle mi. Ragusa), de azért fájdalmat okoz neki, hogy a humán tanulmányoknak hanyatlását tapasztalja Raguzában és hogy a barbár (a dalmát) nyelv kiszorítja a latint.

Raguzában megnősült, de nejét nemsokára elvesztette, jobb állás után nézett. Szeretett volna Magyarországra jönni, ezért keresett előkelő pártfogókat. Ezután elbetegesedik, elegiában erről sűrűn panaszkodik, orvosát biztatja egy költeményben, hogy ha köszvényét meggyógyítja, múzsájával a halhatatlanságot szerzi meg számára. Pedig a múzsától maga is kezd bücsüzni ép úgy, mint Petrarca, mint Bartholomeus Fontius, vallásos irányra tér és csodálatosképp ekkor támadják meg egyesek, a miért szerelmes verseket énekelt. 1520-ban meghal. Maga a következő sírverset hagyta hátra.

Aelius obscuro tacitus tegor ecce recessu,
Nunc de me saltem, livor, acerbe, sile.¹

Ceruínus munkáit tüzetesen ismerteti dr. Rácski Ferencz, a *Starine*-ben írt azon tanulmányában, mely forrásául szolgált az itt elmondottaknak. Minket Ceruínus latin munkái érdekelnek, természetesen azok, melyeknek magyar vonatkozásuk van. 1490-ben veszi kezdetét az ily irányú írói munkássága, mely összefügg azzal a törekvésével, hogy Magyarországra jusson vagy a fejedelmi udvarba, vagy más előkelő társadalmi állásra. E munkákból közlünk az *Analecta* lapjain többeket, jelesen Ulászlóhoz intézett két, prózában írt levelét, egy ajánló költeményét, mely mellett az *Annunciatio Virginis* cz. nagyobb hatású költeményét is megküldi, egy más költeményét, mely szintén Ulászlóhoz van intézve.

¹ Magyar fordításban:

Aelius én rejtőzöm e sírnak esöndes ölében,
Itt legalább ne zavarj, óh te irigy gyűlölet!

Sorgius Péter testvéréhez intézett levelet, mely mellett megküldi nagybátyja Junius Sorgius (Gyon Sorkočevics) felett tartott halotti beszédét, melyet szintén fölvettem az *Analektá*-ba, mert benne sok magyar vonatkozású érdekes részlet fordul elő; a Szatmári György váradi (?) püspökhöz intézett két és 1509-ben szintén magyar püspökhöz intézett egy levelét.

* *
*

A mi a Mátyás király felett tartott emlékbeszédet illeti, ezt főként dr. Lukacsics József úr szíves közvetítésével Rómában másoltattam le. Ez emlékbeszéd, mint már fennebb említém, a vaticáni 2939. sz. kodexben fordul elő. E kézirat 205 negyedívrét lapot számlál (29 × 20 térfogat), következő tartalommal: Aelii Lampridii oratio in obitu Georgii Crucii, ezután 66—81. lapokon a Mátyás király felett tartott emlékbeszéd, ezenkívül 65 vers.

Az olasz másolók hihetetlen könnyelműséggel végezték dolgukat. Egész sorát jegyeztem ki a tévedéseknek, melyeket nagynehezen bírtam kijavítani. Egy név máig is talány maradt.

A latin szöveg illető helyén jegyzetben teszem meg észrevételemet.

Oratio Funebri in regem Mathiam.

66 verso

Si quod omnes optabamus, atque uno ore precabamur adsidue consequi potuissemus opt. P. non tali tantoque Rege nostro atque defensore optimo orbatu in hunc miserum et luctuosum funus incideremus: quae enim vota quas preces jure ac merito non suscepinus? uti nobis fortissimo Rege Mathia Clementissimo patre nostro vivo atque incolumi frui liceret: sed ab inexorabili fato neglecti: ac quodammodo damnati. Heu nos miseri, heu nos infaelices: qualem Clypeum qualem quantumque defensorem nostrum amissimus: sub cuius dextera ac praesidio tot Gentes ferocissimae¹ quiescebant, qui aditum in Christianos Thurcorum immanitati praeclus erat qui ubique victor existebat sive suorum Principum ac proditorum factiones: sive Dachas² Rebelles, sive Boemos, sive Sarmatas sive ab ortu Thureas, sive ab occasu Germanos duos potentissimos Maximosque Imperatores bello comperceret. Illi haec parentalia has pompas funebres haec exequiarum ornamenta defuncto mortuoque exhibemus? quis est tam ferreus,³ tam lapideus quem Stoici tam durum ex sua familia philosophum jactitant qui nunc non ingemesceret non largissimas profunderet lachrymas? quis est tam crudelis et antropophagus⁴ et Antiphate⁵ et Busyride⁶ et Diomede⁷ et omnibus belluis saevior? Qui non tam cala-

67 recto

Jegyzet. A kézirat írásjeleit, melyek nagyon szeszélyesen vannak használva, hallgatólágon kijavítottam.

¹ a kéziratban: ferocissime.

² = Dacos.

³ Kéziratban: fereus.

⁴ U. o. antropophagus = emberevők.

⁵ A lestrygónok királya, kik elől Odysseus csak egy hajóval menekült meg.

⁶ Egy egyiptomi emberevő óriás, ki a görög rege szerint az egyiptomi partra vetődött idegeneket Zeus oltárán feláldozta.

⁷ A bistonok királya Thraciában, ki a foglyul ejtett utasokat lovainak dobta étkül.

mitosa Christianissimo generi morte frangeretur; quem ob tot praeclara et quasi divina gesta immortalem fore omnes existimabamus quem Thraeces Illyrici, Macedones Graeci atque omnis orientalis et quicquid Thurco impurissimo subjacet suum vindicem suum ultorem suum adsertorem nobiscum fore sperabant, hunc illum inquam a nobis tam repente (heu crudelissima mors et inevitabile fatum) ex oculis abstulit: et nos in nostra non in tot Gentium Nationum ac fere totius Christiani generis jactura commovebimur angemur ac foemineo planctu ululatumque nostrum dolorem testabimur; si enim vulgari morte vel privati homunculi noeniam atque praeficarum quaerimonias ex veteri consuetudine conducimus; si etiam vel foemellae aut avunculae funus atrati prosequimur, cur turpe videri debet si pulla veste et gemitu et verissimis lachrymis Regium funus decoramus? si laudi datur Aeneae,¹ qui defuncti parentis anniversalia celebrasse dicitur, si et Memnonias² et Diomedaeas³ aves quot annis parentasse antiquitas fabulatur, si Romanae mulieres laudantur. Quae Bruti mortem annuo luctu prosecutae sunt: Cur nostra pietas non erit laudanda, si quot annis aut singulis mensibus huic elementissimo patri Patriae huic amicissimo Regi nostro atque defensori invictissimo parentabimus? si illum quoti die plorabimus in cuius obitu omnis christiana religio maximum vulnus et gravissimam cladem accepit: quo uno amisso omne fere⁴ robur christiani orbis fractum debilitatumque esse videretur. Quis enim erat aptior ad tot gentes ab immanissimo hoste oppressas ulciscendum atque in pristinam libertatem vendicandum: quem alium tot sacratissima templa, tot oppida, tot Nationes tot Regna; suae injuriae vindicem atque defensorem existimabamus: quis ad Christiani Regni limites propagandos magis nimium intendebat. Cur igitur optime ac for-

67 verso

¹ Kéziratban: Eneae.

² Memnon testének elégetése alkalmával hamvaiból madarak szálltak föl, melyek évenként a hős halálának évfordulóján Trója síkjára repültek és ott viaskodtak.

³ Diomedesnek az ő elvesztése miatt túlságos bánatukban mada-rakká változott társai.

⁴ Kéziratban: ferae.

tissime¹ Rex Mathias Tui desiderium non nostra tanta, sed totius etiam terrarum orbis causa non aegerrime² feramus? Quis suam non deploret fortunam? Quis non intolerabili dolore conficiatur, cum te invictissime heroum Mathias occidisse videat in cuius animi virtute universa Romana ecclesia atque omnes boni tantam spem collocaverant quem cuncti Orthodoxae fidei professores bonorum praesidio atque saluti natum existimabant? Ut alios omittamus quid nostro Senatui, quid Reginae Beatrici tuae sanctissimae uxori? Quid Janco unico filio tibi suoque Avo perquam simillimo³ ex tua morte animi putas superesse. Utinam aliena morte tua salus redimi posset. Prima tibi Regina tua integerrima conjunx vitam ultro impenderet, cum qua etiam Jancus tuae et avitae virtutis haereditarius mori certaret: ex nostro etiam Senatu atque ex omnibus tuis subditis nemo tam cupidus vitae est qui non qualibet mortis conditione pacisci vellet: quo tu revivisceres. Sed quo temerarius feror! quo me insanum nec sui compotem dolor rapit? quid aegrae⁴ mentis vehementissimum angorem verbis exulcero? Nonne sapientis et moderati animi est aequo animo tolerare, quae evitari non possunt, nonne summa stultitia est aliquid supra hominem adfectare, atque rationi divinaeque justitiae adversari. Lex est naturae communis cunctis animantibus, ut mortales ex mortalibus nascantur. Inde Anaxagoras audita filii morte dixisse fertur: Sciebam me mortalem genuisse. Nemo a condito aevo hanc mortis conditionem evadere potuit Ipsi etiam Heroes, quos vetustas diis genitos fabulatur morti concessere. Qui enim Platoni credere possumus, apud quem Juppiter suis diis in corpore viventibus inquit: Licet vos solubili et moribundo corpore fatis obnoxii estis, tamen Ego qui fatis impero vos propter vestras virtutes neque a fatis perimi mea invictissima voluntate, neque dissolvi sinam, sed immortalis corpore immortalis vitam una mecum estis victuri? Quod si alicuius Herois corpus qui morti imperat Deus a mor-

68 recto

68 verso

¹ Kéziratban: fortissimae.

² U. o. egerrime.

³ U. o. simillimo.

⁴ U. o. aegre.

tis injuria vindicare unquam voluit, quis dubitaret sapientissimum Regem Mathiam immortale corpus et nullae corruptioni obnoxium habiturum fuisse? Sed quia justissimus Deus primi parentis praevaricatione offensus hac una lege omne genus humanum damnavit neque sibi pepercit quin humanatus eadem qua caeteri homines conditione moreretur. At nos simplices homunculi hanc moriendi legem, quae cunctis corporibus aequa lance lata est tanquam injustam esse conquerimur. Tum rogo quae tanta superbia est ut aegre feramus si quod mortale fuit moriatur? an nescimus priusquam omnes resurrexerimus suum corpus immortalitate induere posse neminem. An Christo dicenti non credimus priusquam granum mortuum et sepultum fuerit in terra non resurget: sed ipsum solum manet. Platonici etiam dicunt Priusquam e corpore emigraverimus nos nullam consequi posse beatitudinem. Ergo mortem non modo detestari, sed etiam et nobis et amicis omnibus optare debemus et cum Paulo sentire dicente: cupio dissolvi et esse cum Christo. Morte enim duce ac praevia ab hoc fragili et immundissimo ut Bernardus ait mundo ad illud sempiternum et summum bonum pervenimus. qui enim in tot procellis et tempestatibus humanae vitae quiescere, nedum Beati esse possumus? Quod si qua foelicitatis imago inveniri potest quae tanta est ut ullam effigiem ullam similitudinem cum illo vero ac summo coelesti bono habere videatur? Haec enim mortalia bona quota sunt ad illam aeternam coelestis patriae beatitudinem? Haec tamen omnia quibus avidi mortales inhiant, Rex invictissimus noster Mathias duce prudentia ac fortuna comite comparavit. Quid illi defuit ad humanam quam nos vocamus foelicitatem? Tria sapientesque¹ homines bonorum genera appellant Bona animi Bona corporis Bona fortunae: quae omnia divinae voluntati subjecta esse, quis Christianus ignorat? Haec autem quantum integre illi divina benignitas indulserit non incongrue² pro tempore disseramus:

¹ Kéziratban: sapientique. Így is érthető volna, de egy kissé erőltetett mondatszerkezet volna.

² U. o. ingrué, nyilván a *con* compendiosus írással a másoló tollában maradt.

Hoc autem extrema laudationis genus, haec amplissima funera, hoc pietas, hoc ornamenta exequiarum expostulant. Quando etiam recte cuiusque vitam post obitum ex Solonis sententia iudicare possumus? Ille enim sapiens nec Croesum¹ viventem foelicis nomine dignum censuit. Qui si hic magnanimus heros illius tempore occidisset, illum ex omnibus qui unquam foelices vixere foelicissimum fuisse negare non auderet. Quod facile constabit si illum ab incunabulis in extremum diem breviter ordine deducam. Hinc illum
 69 verso
 ordiri satis superque mihi est: si enim omnia Coruinorum² gesta complecti vellem atque huius inclyti Regis omnes Romanos progenitores recensere, finem nunquam nostra reperiret oratio. Uti igitur non nullorum relatu accepi, fortissimus Rex Mathias Corvinus natus anno quadragesimo quadragesimo tertio post millesimum VII. Calend. Martias Libra existente in summitate coeli et capricorno aliqua ex parte in duodecima domo. Mater illius Esisabeth sapientissima virago ac quaedem heroica mulier fuit. Pater qui dicebatur Jancus gubernator, qui pro Christiana fide tantum sanguinis perfudit. Hi duo pater et filius ad Christianum nomen propagandum nati tanquam duo Scipiones Anibalem tot victoriis Turchum superbientem compescerunt: tot praedas: tot populos tot oppida ab illius immanissimo ore detraxerunt: sed ubi Janci gubernatoris mentio facta est; nec incongruum est ab illo in filium descendere; ut ostendamus filium a patre non degenerasse; sed paternae militiae gloriam non modo auxisse; verum etiam usque adeo superasse ut credendum sit filii futuri Regis auspiciu ac fortuna patrem tam prospere bella gessisse, utrumque vero, et totam hanc progeniem Corvinam Christianae Reipublicae gratia tanquam e coelo et Concilio Deorum defluxisse. Pater illius ex Dacia³ quae Transilvania dicitur oriundus ad Valerium Corvinum, et ad Sabinos suam originem referre creditur. Quem Sigismundus Rex mox Imperator quodam numine admonitus quam auspi-

70 recto

¹ A k eziratban: kis bet ivel: *croesum*.

² U. o. *Corinnorum*.

³ U. o. *Dacia*.

catissime secum in Pannonias duxit, ubi tanti viri virtutem admiratus tanquam praescius hunc solum fore: qui rem Christianam labentem suis humeris suoque robore fulciret illum ipsum Castro quod eorum lingua Hunia dicitur donavit; sed mortuo Imperatore Sigismundo idem illi sanctissimo Regi Wladislavo qui pro re Christiana se immaculatam victimam devovit cum alter Rex postumus Wladislavus adhuc infans esset adhaesit,¹ a quo Dux Transylvaniae qui Illyrica lingua Voevoda dicitur creatus: totas Pannonias tanquam in area aut in ludo Bellorum tumultuantes compressit, procerumque domesticas seditiones et peculiare Principum motus pacavit. Pacatis Pannoniis albae Nandoris² Praefectus Izak ex Zenderew³ Triballorum emporio erumpentem et proxima quaeque suis incursionibus Turchorum more vastantem fudit fugavit ac pene ultima strage affixit, mox cum praeda et spoliis et maxima captivorum manu Mesebeg⁴ Turchus e Transylvania rediret. Non tulit hanc aerumnosam⁵ depraedationem Janeus, sed stricto ense decertaturus pro tot captivis recuperandis illi obviam occurrit, ubi ita pugnavit ut non modo omnem praedam omnes captivos e manibus Turchorum extorserit, verum etiam ipsorum exercitum ita fuderit ut ipsum etiam Mesebeg ducem cum filio in ipso conflictu interfecerit. Priusquam conflixit hoc stratagemate usus fuisse dicitur Gubernator: nam cum illi per exploratorem nuntiatum fuisset plerisque⁶ Turchorum robustissimis demandatum ut in ipsa pugnae confictione uno agmine et uno impetu omnes unum Gubernatorem interficiendum curent, ipse quemdam alium militem aequaevis

70 verso

¹ A kéziratban: adesit.

² U. o. alba N — andaris.

³ A kéziratban hibásan: Isach et Spendo robo. Thuróczy alapján birtam a szöveget helyreállítani. Ugyanis Thuróczy ed. prin. 128. lap: dum eorundem dierum sub volumine Vayvoda quidem Thurcorum Izak nomine qui castrum Zenderew ceterasque rasciani regni arces et pene omnem rasciam siue seruiam ex dono praefati cesaris Thurcorum tenebat.

⁴ Mezitbeg.

⁵ Kéziratban: erumnosam.

⁶ U. o. plerisque.

sibi et forma haud disparem suis vestibus et equo cum illo commutatis suo loco supposuit: atque ita sospes et incolumis victoriam reportavit: amisso tamen illo quem pro Governatore hostes decepti occiderant. Hanc victoriam secuti omnes Getarum seu Transilvanorum qui defecerant ad Thurcum rursus ab Turcorum imperio¹ deficientes pristinam fidem Regi polliciti sunt ubi una conflictos duplicem victoriam gubernatori peperit; nam simul et hostes caesi et defectores recepti sunt: Haec cum Imperatori Thurcorum Amurato nunciata sunt, cui nondum apud Zenderewum² clades suorum militum ab eodem Janco accepta ex animo efluxerat; utroque recenti vulnere graviter permotus insuper Transilvaniae defectionis damno irritatus rursus maximo comparato exercitu equitatu peditatuque munitissimo Bassè demandavit: ut cum illo totam Transilvaniam mox etiam omnes Pannonias populatim depraedari faciat. Jam Bassa tanto elatus exercitu praedam victoriam ultionem animo concipiebat. Jam Danubio translato accesserat ad locum quae dicitur Vascapu cum Jancus Voevoda licet numero impares copias haberet, tamen potius mori quam Transilvaniam depraedari passurus non ab illo invadi expectavit, sed illi obviam ire statuit: ubi collatis signis et conserta hinc inde manu et stricto comminus ense ita fortiliter ab utrisque dimicatum est ut longo temporis spatio³ neuter terga vertere passus fuerit atque ita dubia victoria inter utrumque steterit, cum tandem Voevoda aut sibi moriendum aut vincendum ratus hostem cedere cogit, quem ita extrema strage adfecit ut ex tot milibus hostium vix pauci fugae praesidio evaserint atque ita et victoria et praeda et ultione tanti hostis spem fraudavit. Caeterum postquam hoc tam foeliciter bellum gessit multo majorem provinciam sumpsit. Nam cum Despotus e Regno Moesiae⁴ et Triballorum ab impiissimo Turchorum Amurato expulsus,⁵ in nostram

71 recto

¹ Kézirafban: imp.

² U. o. Spendorobum.

³ U. o. spacio.

⁴ U. o. Mesiae.

⁵ U. o. expensus.

71 verso

civitatem tanquam in portum aut in Asylum profugisset; vestraeque fidei secum maxima vi auri commisisset optimates. vestra ope vestra fide vestro consilio usus ad Regem Vladislavum profectus est. qui brevi opera et virtute et prudentia Janci Voevode in Regnum restitutus est. Nam idem Dux Jancus trans Danubium Turchorum Regionem ingressus omnia ferro igneque vastabat. Cumque ipsis¹ Turchorum Imperator conferret² manum semper victor evasit atque illum fere sex vicibus fudit fugavitque. Itaque tot cladibus Amuratus imperator deterritus omne Regnum despoti eidem restituere coactus est. cum tot victoriis cognatus est fortissimus Rex Mathias futurus. ut credendum sit filii fortunam in bello patri consortem fuisse atque utrumque, hunc praesidio coeli, illum manu pugnasse atque ut magis filio quam sibi pater ita uterque magis fidei Christianae quam sibi vincebat. Itaque divina benignitas illorum tanquam suis favebat victoriis. Hanc etiam paternae virtutis gloriam Mathiae nostro praetensam fuisse: quis nesciat? quo facilius tanquam per vestigia aut merita patris in regnum perveniret. Hanc enim viam fortuna aut potius Deus futuro Regi ad tantum culmen aperiebat. Cum autem ille fatalis in Thracia Varnae³ dies tanquam Alliensis instaret in quo se Vladislaus Rex et Julianus Cardinalis pro re Christiana devovit, ante tantum discrimen ipsius Janci in hunc Mathiam nescio quod fatum rei Christianae prospexit ac si dubium esset ipsi etiam Deo an idem ex ea strage esset evasurus, quem ipse totius Christianae Reipublicae causa tuebatur utcumque ea fata rebus Christianis minata fuerint, tamen unus erat parvulus infans Mathias, quem Deus tanquam unum ex Fabiis servabat; licet ille etiam ille fortissimus Janus ex eo bello, et ab illa Ungarorum strage tanquam numine quodam ducente evaserit: nec solum a Turchis, sed etiam a Dracula Duce: qui⁴ fugientem in Transilvania interceperat. Qui postea una cum filio ab eodem quem interceperat meritas luit poenas.

72 recto

¹ Kéziratban: ipsos.

² U. o. conferens.

³ U. o. *barne*.

⁴ U. o. quem.

Mox idem Gubernator in duplex adductus discrimen benignitate Dei evasit: Nam ab Amurato Imperatore multo cum majoribus copiis fusus fugatusque cum errabundus per invidia et quaeque aspera solus, atque inermis huc et illuc vagaretur, duobus ex turchis obviis atque unus e manibus ense extorto utrumque occidit. Mox in nostrum Mercatorem Petrum nomine incidit, a quo ad Despotum perductus cum se in portu aut in asylo¹ inviolabili esse crederet ab hospite illo atque amico, quem in Regnum restituerat: maxime ingratitude et omni humano et divino jure violato tanquam a nefario hoste in carcerem fuit coniectus. O, nefandum seculus, o, ingratitude inauditam, o, sacrilegum hominem! Illum etiam idem Despotus aliquo genere mortis perdere cogitabat: quo Duce Regnum receperat, quem pro Clypeo et muro et defensore suae fidei Deus prospexerat exoratus tamen a nostris civibus praesertim a Ceonico nostro² avo; Ungaris etiam cum maxima vi repetentibus eundem Gubernatorem in obsidem³ accepto filio ejusdem majori natu dimisit, quem postea pater bello repetitum, quod pro eo liberando intulit quam facillime recepit, huius tamen injuriae immemor Janus eundem Despotum idem suis copiis a Turcho defendit. Omitto quod idem Gubernator posthumum Regem Vladislaum et Coronam quae e coelo lapsa dicitur e manibus Frederici Imperatoris recuperaverit: non possum tamen silentio praeterire illam memorabilem victoriam atque ultimam ipsius fulminei Ducis: nam cum Machumetus Amurati filius Turchorum imperator omnium, qui sunt quique fuerunt bellicosissimi post Constantinopolitanae urbis expugnationem usque adeo superbire, ut omnia sibi et humana et divina cessura putaret ad Nandaris Albam cum maxima vi expugnandam accessisset exploratoque suis oculis oppido se illo quintodecimo die potiturum jactitaret: patrique Amurato palam detraheret, qui semestre spatium⁴ in eo obsidendo

72 verso

73 recto

¹ Kéziratban: asylo.

² E Ceonik a mi szónokunk rokona, mint a bevezetésben említettük.

³ Kéziratban: opsidem.

⁴ U. o. spacium.

frustra contriverat, quoque facilius voti compos efficeretur; et Danubium et Savum navigiis et ferreis cathenis interclusisset ne commeatus aut subsidiarii ad oppidanos possint accedere, eam obsidionem Dux Transilvaniae moleste ferens collectis militibus et navigiis quam celerrime comparatis: una cum sanctissimo viro Joanne Capistrano quodam fulmineo cursu Danubium secuit, ac navali adepta victoria oppidum ingressus est. Turchi vero cum complevisset fossas, cum muro solo adaequassent,¹ facto agmine intra moenia tanquam per aream irruperant: et jam muros introgressi, oppidum coeperant, cum illos Dux Janus subito impetu adortus ita repulit ita fudit ita prosecutus est, ut non solum ex oppido fugaverit, verum etiam machinas et omnia impedimenta dimittere coegerit: atque ita ut quo die ille insolentissimus Imperator Alba potiturus putaverat, eodem in extremum discrimen adductus suae salutis dubius fuit. His peractis tot laboribus fortissimi ducis Maximus atque optimus Deus praemium ulterius differre non passus, eum liberum a corpore et jam sui compotem in coelum merito evocavit: in cuius obitu Cometes² qui summis Principibus mortem nnutiare solet apparuit sive ille fulgor non Cometes fuit, sed aliquod numen quo ille fortissimus Dux in coelum fuit ablati. Huic vero fuere duo filii superstites uterque et patris nomine et sua virtute clarissimus: sed minorem natu, Pannoniarum regno fata servabant, eundem etiam sanctissimus vir Johannes Capistranus quodam numine adflatus Regem fore praedixerat. Major natu cum Udalricum³ Ciliae Comitem sibi fratrique suo insidiantem occidisset cumque veniam et impunitatem eidem Rex Posthumus Ladislaus jurejurando super Eucharistiam promisisset: hoc sacramento non impune pejerando fretus: securusque et nihil mali veritus Regem ad Budam Comitatus est. Sed cum multis

73 verso

¹ Kéziratban: adaquassent.

² Ez üstökös feltűnéséről megemlékszik Ransanus (Mátyás Florián kiadásában 247. l.); Thuróczinál (ed. princ. p. 143.) olvassuk: admirandum siquidem sublimi in ethere sidus comatus eius ante sublationem apparuerat. Megemlékszik erről a jelenségről Bonfini is.

³ A kéziratban: *horricum*.

Procerum invidiosa esset rerum gestarum gloria olim invictissimi Ducis Janci et ejusdem filiorum virtutes Regi timendas simularent, nihil pensi habentes hanc progeniem pro rei Christianae tutela divinitus esse datam, o, nefarium scelus! ipsi Proceres, qui erant a Consilio Regis subdola et maligna persuasione et clandestinis calumniis ipsum Regem levissimum impulerunt ad omne nephas divinum et humanum jus violandum, o, foedum facinus! Ecce Vladislaus infoelix in Transilvaniam patris olim provinciam profecturus erat cum subdoli proceres ficto ore blandientes simularunt Regi Ladislao per jocundum fore, si priusquam ipse discederet fratrem Mathiam tunc Bristiciensem dictum Comitem apud se relictum in sua Aula juberet assuescere. Tunc Ladislaus cum nihil mali suspicaretur neque hos artifices sibi ullam fraudem machinari intelligeret, fratrem Mathiam jam quatordecim natum annos ad Budam subito accersendum curavit: ut qui pluris faciendam Regiam voluntatem putaret quam patris mandatum, quo olim edixerat, nequando ambo filii intra Regios parietes simul reperirentur, cuius mandati memor constantissima uxor Elisabet filium dimittere non audebat; sed Mathias cum fratri morem gerere vellet invita matre ad Regem profectus est, qui ambo cum essent Budae a regiis militibus circumventi subito in carcerem conjecti sunt: nec eos Rex Vladislaus fuit contentus, sed (proh deum atque hominum fidem!) illius divini Gubernatoris filium majorem natu Ladislaum; et patri per quam simillimum Ducem strenuissimum tanquam capitis reum securi percuti jubet. Sed quid facis, o Rex, quid facis? haccine impietate; hoccine sacrilegio Ladislaum perdis? Non te illius patris gesta et de te et de Christiana Republica benemeriti? non spes? non luctus totius Pannoniae? non jusjurandum movet? Ecce ter securi percussus et terno ictu nihil offensus integra atque illaesa cervice se minime capitis reum proclamat vos tamen saeviores *Photino atque Achilla*¹ centies feriendum

74 recto

74 verso

¹ E két név érthetetlen. Alighanem Achillesnek a Hector holttestén elkövetett kegyetlensége lebegett a classikus emlékekkel szaturált szónok előtt. Az első névben *Turnus*-t sejtek.

tanquam proditorem dicere non erubescitis, scilicet unus erat vobis dolor, quod illum non vestra, sed carnificis manu feriebatis. Proh dolor vix tandem quarto ictu a cervice caput huic tali tantoque viro fuit excisum. Interea Rex futurus Mathias sui periculi immemor fratris fortunam graviter lugebat. His adversis laboribus invictissimum Mathiam fortuna fatigabat, quo non per otium¹ aut luxum; sed per maximam tolerantiam² atque herculeas aerumnas³ in Regnum evaderet: non enim molle liter et leve aditus per lasciviam et delitias tanquam Sardanapallus ad tantam dignitatem sortitus est. Sed quo dignior imperio efficeretur per quaeque dura et aspera rerum multa et animi et corporis patientia perpessus atque in multa malorum copia incalluit. Talem enim fortuna Regem factura qualem vix Plato confixit non lubricis⁴ rebus non tripudiis non turpi luxu atque socordia moliebat, sed quo fortissimum redderet⁵ maxima adversitate ac quodam novercali animo illius adolescentiam durabat; invictus tamen ab infantia Mathias omnia et aequa et iniqua iuxta tolerabat. Et licet

75 *recto* tot laboribus undique obsitus esset; semper tamen in Deo sperabat et tanquam Regni praesagus⁶ nunquam ab animi magnitudine dejiciebatur. Is suam pueritiam ab ineunte aetate in optimis litterarum studiis educarat atque ut decet Christianum hominem bonis moribus et institutis et sanctionia et religione et observantia et pietate erga Deum crescebat. Omnes qui sanctitate aut doctrina bonarum artium pollerent, maxima veneratione prosequeretur: neque tamen corporis studium deserebat, sed venando, equitando jaculando disciplinae militari se ab infantia adaptabat: omnes regias artes, omnia quae sunt aut pacis aut belli ita domestica, ita peculiaria habebat, ut jam puer impubis totius mundi imperio dignus ab omnibus judicaretur: qui cum in car-

¹ A k eziratban: ocium.

² U. o. tollerantiam.

³ U. o. erumnas.

⁴ U. o. ludricis.

⁵ U. o. fortissimus rederet.

⁶ U. o. presagus.

cere Viennensi¹ esset et pueris eecum Regem Ungarorum praesagientibus et vestrum quoque respondit, quod utrumque dictum manifestus aprobavit eventus. o, inenarrabilem Dei justitiam! Ecce ille fatalis puer stricto ense postulatus jam repente in Regnum evocatur. Non illum carcer, non vincula non mille fraudes a tanto rerum culmine possunt avertere. Jam Rex Posthumus cum Pragam accessisset eodem die anniversarii, quo Mathiae et Vladislao fratribus pejeraverat subita aegritudine correptus interiit quod illi ante diem contigisse non casu aut naturae injuria, sed contemptu religionis et perjurii mulcta jure ac merito crediderim. Juris enim jurandi religio neglecta semper ultorem habet Deum! caeterum nondum morte Regia vulgata Georgius Boemicus qui se Regio loco supposuerat regis nomine et litteris regio sigillo obsignatis mandat Viennensibus ut Comitem Mathiam Captivum e carcere in Pragae Civitatem quamprimum deducant. Vix dum ad Pragam hoc mandato Mathias accesserat et jam Regiae mortis non ambiguus rumor, sed certa fama ubique dissipata erat cum Michael Mathiae avunculus e Transylvania cum subita suorum militum expeditione trans Danubium ad Pestum e regione Budae, tanquam fulmen astitit et stricto ense anhelans uno ore cum omni equitatu peditatuque postulabat uti Mathiam Regem Proceres decernerent: sed sceleris patrati in fratrem eius conscii veriti talionem eum creare non audebant. Pueri tamen tanquam fanatici² ac quodam spiritu afflati per diversas regiones cursitantes iteratis vocibus: „Regem regem Mathiam“ clamabant. Danubius etiam nostro Regi futuro favit. Nam nocte proxima diei, qua Michael Silagius ad Pestum armatus accesserat, subito se durissima glacie³ tanquam marmoreo quodam ponte constravit, quae res Procerum auxit timorem cum armata manus Silagii nullo flumine arceretur: sed jam pedes ad Budae oppidum posset transmeare: tot rebus et fato quodam impulsu, Regem

75 verso

76 recto

¹ A k eziratban : juannensi (!)

² U. o. phanatici.

³ U. o. : glatie.

Mathiam creaverunt; caverunt tamen priusquam in hanc sententiam pedibus iverunt cum Silagii sacramento nequid ultionis aut ipse aut Rex Mathias ob Ladislai caedem esset exacturus: sed cum Princeps Georgius Mathiam tunc temporis apud se captivum Regem esse creatum audisset; prius illi filiam in matrimonium collocavit, mox autem multo auro redemptum dimisit. Tunc puer Mathias quintum decimum annum agebat, sed prudentia probitate atque omni genere virtutum maturus, atque quinquagenarius esse videbatur atque ita illum licet adolescentem omnis Pannonia suo imperio dignum censuit, fatis etiam illum ad tantam dignitatem promotum fuisse quis nesciat? Nam nisi hunc clypeum hunc defensorem publicum Rei Christianae periclitanti fata praetendissent, non solum in Pannonias atque Septemtrionem, sed etiam Italiam et in quaeque remotissima barbaro furori liber cursus esset. Coeterum imperio accepto primum proceres per Pannoniam tumultuantes cum maxima prudentia pacavit; mox cum Pannoniae fines in suam ditionem vendicasset, in Turchos expeditionem coepit

76 verso parare se enim non sibi, sed rei Christianae natum sciebat: neque tantum ad defendendos verum etiam ad propagandos Pannoniarum fines annum intendebat. Eo anno Thurcus Jaicensis¹ Despoti oppidum coeperat, cum Rex parato exercitu et rebus bellicis id oppidum in suam ditionem recepit. Clementissimus autem fuit in Thurcos quod supplices in deditionem venerunt atque illos suorum numero militum adscripsit. Post hujus vero oppidi expugnationem omnibus Christianis spem de se conceptam quam facillime et auxit et confirmavit: quapropter omnes et fatalem et regno praedestinatum et coelitus Regem datum existimabant. Cum etiam idem Rex Alibeg Thurcum Syrma arva transsavum vastantem paulo ante maxima strage affecerat, interea Fridericus Imperator coelestem coronam quam diu inficiatus fuerat, Regi maxima cum difficultate restituit. Qua recepta diadematus fuit; quum auspiciatissime in anniversario

¹ A kéziratban : Jaccensis. Itt Jajeza ostromáról van szó.

celeberrimae¹ Christi Coenae anno a salute Christi quarto et sexagesimo post quater et decies centesimum Regni vero ipsius anno sexto: quo tempore Thureus oppidum Jaicen² suis faucibus ereptum indignatus maximo rursus exercitu, et omni genere machinarum sibi recuperandum festinavit; sed Mathias, qui cum Thurcorum Imperatore decernere collatis signis vehementer ardebat paratis etiam obsidionis solvendae copiis ad Thurcum adoriendum fulmineo quodam cursu acceleravit, cuius adventu perterritus atque fugatus hostis non solum obsidionem missam fecit, verum etiam castris exutus et machinas et omnia impedimenta quo facilius aufugeret quam ocyssime reliquit, quae victoria quanta fuerit hinc licet existimare quod illum fugientem et turpiter profligatum vidimus, quem post Thraciam, Graeciam, Macedoniam et Triballos et Moesiam³ expugnatam totus Christianus orbis contremiscebat: cui nemo par erat in bello hunc solus Rex Mathias totiens et fudit et fugavit: neque unquam cum ullo hostium nisi quum victor evaderet manus conseruit: quamobrem Machumetus Imperator solebat dicere praeter se et Regem Mathiam imperio dignum esse neminem. Itaque totiens inducias a Rege postulavit: neque unquam illas concessisset nisi ab aliis finitimis Regnum Pannoniarum infesta retur. Jam Stephanus Moldoviae Dux a Rege defecerat gente ferocissima confusus, quae antiquitus Getae et Dachae vocabantur: tum etiam montibus quos nunquam Romani poterant expugnare cum Rex quicquam ex Regno amittere non passus ad illam provinciam recipiendam profectus est. Et iam in quodam Romano foro⁴ ut dicitur castra posuerat cum Stephanus desertor cum magna levis armaturae manu noctis conticinio Regia castra adortus est; ac cum contubernia lignea essent in quo Regii milites pernoctabant totum illud forum et stationes una cum hostibus se concrematurum sperabat: sed quum Regios milites non oscitantes offendisset

77 recto

77 verso

¹ A k eziratban : celeberrime.

² U. o. Iaceen. L atni a sz onok ingadoz as at e v ar nev enek tud as aban.

³ U. o. Messiam.

⁴ Rom an v as ar, mint Thur oczi  ertelmezi.

ab illis fusus fugatusque suorum fraudum luit poenam: in montes tamen nocturna umbra et nota regione viarum adjutus cum parvis militum reliquiis aufugiit. Tandem cum saepius belli fortunam ipsi Dachae experti semperque victi essent per deditionem in pristinam Regis fidem redierunt: atque ita debellatis fortissimis gentibus provinciaque recuperata victor cum Triumpho in Pannonias rediit. Quid dicam de fortissimo Duce Boemico Scisca¹ superato, quid de septenni bello contra tabifica heresi infectos Hussitas,² in quo semper victor extitit atque ita omnem Moraviam Zelesiam et Lusatiam suae ditioni adiecit et merito Boemicus tanquam Scipio Africanus vocatus est. Sarmatiae vero Regem cum posset superare supplici pacem donare maluit.³ Rex enim Mathias in Christianos hostes semper fuit clementissimus et quamvis maximis laecessitus injuriis in illos justum posset inferre bellum, tamen ob Christi fidem patiens saepius abstinuit. Solum enim Thurcos vincere affectabat caetera bella invitus ac pene coactus ab hostibus capessabat. In Turchos vero debellandos libentius quam ad symposium⁴ ibat. Quid de Sabacio Thurcorum armis et viris munitissimo oppido capto, quid de illa memorabili strage Thurcorum in Transylvania quam adhuc instar montium acervi testantur, quid de tot aliis expeditionibus in Thurcos dicam? quod si per Germanum imperium: jam et Illyricum et Triballos et Thraciam et Macedoniam et Graecos ab illo nefario hoste hic invictissimus Rex vendicasset, sed pertinacissimum imperium ab hac tam pia tam sancta provincia illum in se convertit, tunc enim maxime Pannoniis imminabat, cum Rex Thurcorum bello occupatus existeret, propterea Rex Mathias pactis induciis cum Thurco piam causam differre coactus est. Verum imperator non impune hoc bellum impedivit. Nam et Vienna et Novo oppido⁵ et tot castris munitissimo et omni vindelico amissis majore parte imperii multatus est:

¹ = Ziska.

² A kéziratban: Cusistas.

³ U. o. malluit.

⁴ U. o. simposium.

⁵ U. o. novo oppido, holott itt *Bécsújhely*ről van szó.

tot igitur partis victoriis tot urbibus et oppidis expugnatis, tot hostibus caesis semper in bello dextera usus est fortuna; opulentiam vero et rerum copiam tantam comparavit ut si illius argentea atque aurea vasa ab igne solverentur argenti atque auri flumina et lacus effluerent.¹ Sed plerisque² videor animi bona omississe, cum tantum per fortunam et foelicitatem illius mea oratione evagatus fuerim. Sed tantum abest ut tantam rerum gestarum gloriam illum fortuna et temerario casu comparasse existimem, ut ausim affirmare illum multo majori imperio dignum fuisse: cum enim fortuna varia ac mutabilis sit et huic tam constantissimam se praestiterit, quis dubitare potest Regem nostrum summa prudentia summo consilio summa industria summa sapientia atque omni animi virtute tantum imperii et conservasse et auxisse? quando enim in bello victor non exitit? quod nisi disciplina militari atque prudentia atque animi magnitudine summaque modestia administrasset fieri non potuit, quin aliquando in maximum discrimen adduceretur, neque cum illis sentio, qui foelicitatem horoscopo attribuunt aut si hoc concessero et virtutes ab eodem proficisci mihi³ ut concedant necesse est. Sed hoc christiana religio non admittit ne aliqua necessitate coacti: sed sponte atque ultro pro suo quisque arbitrio vitia et virtutes capessere videamur: nam alioquin virtus non esset libera, vitia etiam coacta in cogentem respuerentur. Itaque hic magnanimus Rex maxima cum virtute fortunam superabat: atque illam divina quadam prudentia atque incredibili sapientia quodammodo gubernabat et suo imperio obsequi et obsecundare faciebat; tanta enim justitia atque innocentia; tanta clementia atque humanitas, tanta animi fortitudo, fides, constantia, tanta denique modestia, pudor sanctimonia religio in nostro integerrimo rege fuit ut non solum hominum gratiam: verum etiam Dei favorem atque obsequium merebatur: quam vero

78 verso

79 recto

¹ A kéziratban: effuerent.

² U. o. plaerisque.

³ U. o. a *mihi* a *concedant* után ismét előfordul; m nyilván dittographia.

justus fuerit olim seditiosi Pannonii¹ nunc mites et pacati testantur: quam clemens hostes, qui victi eum dilexerunt, quam modestus tot sanctissimi mores quam prudens tot pacis et belli gesta quam fortis tot pericula tot labores superati testes sunt. Quis vero ullo ex aevo Princeps liberalitate ac munificentia huic comparari potest? An Titus, qui aegre diem amicis² unquam perdebat hic liberalissimus Rex tantum abest ut diem amicis³ unquam perdidit; ut ne horam quidem praeteriret: in qua doctum aliquem aut amicum non ditaverit. Doctos enim ea caritate amplexabatur, ut illos ex omnibus oris ad se accerseret externis etiam et absentibus dona mittebat quos aliqua virtute egregios audiebat, ita omnes eruditi probique ad illum tanquam ad vivaria currebant neque ab illo quisque bonus unquam indonatus abiisse dicitur: quos vero semel in suos acceperat nunquam temere amisit; neque vero aut crudelitate aut detrahentium calumniis ab ullo bono suum ingenium amorem alienabat, assentantiunculis enim et cavilatoribus nunquam patefaciebat aures, neque mala lingua tanquam veneno corrumpi patiebatur, omnes subdolos, omnes hyppocritos odio prosequabatur, liberae vero et apertae⁴ frontis homines diligebat; itaque omnes praemiis ad virtutem et innocentiam invitabat atque bonis exemplis multum suo tempori et posteritati consulebat: quantum vero exornaverit Pannonias sumptuosissimis et splendidissimis aedificiis tot Arces, tot portuus, tot subdiaria tot marmorei fontes tot Xysti pensilesque horti,⁵ Dietae Caldariae, hypocausta Piscinae, Euripi hyppodromique testantur. Duas praecipue magnificentissimas arces erexit. Alteram Budae, alteram Vicegradi ad publicos usus: quarum alteram splendidissima etiam exornavit Bibliotheca utraque vero cum omni vetustate potest certare atque illis aedificiis quae ex toto terrarum orbe mirabilia vocantur procul dubio possunt adnumerari. Non possum

79 verso

¹ A kézirathban: amici.

² U. o. Pannonias.

³ U. o. amici.

⁴ U. o. aperte.

⁵ U. o. orti.

hac ingenii imbecillitate¹ omnia illius gesta dicendo consequi: quae vix Demosthenes aut Marcus Tullius si reviviscerent sua oratione amplecti potuissent; omitto illius eloquentiam et vim, acrimoniam dicendi, quae Romanos progenitores penitus exprimebat. Corporis vero dotes in juventute maximas habuit, membra accomoda bellis artus heroicis, vocem gestusque Regales ab ineunte aetate et ferire et jaculari et equitari maxima cum dexteritate didicerat, frigoris et caloris et inediae² patientia cum Annibale certaret denique illum ex oculis ex vultu Martem esse judicares: quo fit ut nemo hoc beatissimo Rege omnibus bonis fuit affluentior, ut qui nihil mali unquam est passus praeter corporis valetudinem qui eum pedum dolore vexabat, ita tamen patientia se temperabat, ita indefatigabilem animum habebat, ut nemo illum valitudinarium, sed sospitem et firmum existimaret; sed Deus Maximus atque immortalis illum quem ad similitudinem et imaginem suam fecerat ulterius in hoc fragili et moribundo corpore relegatum esse non patiens illum in illam coelestem patriam perpetua beatitudine fruiturum: ab hac quam humanam vocamus vitam melius mortem appellandam jam brevi erat evocaturus, sed cum multo antea ut erat prudentissimus sibi tantum iter obeundum esse praevideret ut erat summi animi: atque omni terrore vacuus mortem nihil pertimescens qua duce et praevia ad aeternam foelicitatem se perventurum sperabat. Tranquilla mente atque animo inperterrito Reginae Beatrici suae sapientissimae conjugii filioque Janco sibi, avoque perquam simillimo suum regnum commendavit atque ita omnibus quam prudentissime rebus dispositis septimum et quadragesimum agens annum biduo ante anniversarium Coenae sacratissimi nostri Salvatoris obdormivit in Domino, atque ita compos sui atque huius tenebrosi carceris victor liberque in caelum evolavit. Quo fit ut omnis aegritudo quam ex illius morte ne dicam vita concepimus comprimenda sit neque illius causa lugere debemus: cum quo bene actum est qui semper quaeque optima

80 recto

80 verso

¹ A k eziratban : imbecillitati.

² U. o. inaedia.

vitam duxit: qui sibi et in rerum gestarum gloria et in memoria tot virtutum sempiterna, et in illa coelesti immortalitate indutus vivit adhuc vivetque sine ullo fine perquam beatissime neque nos omnino in terris tot virtutibus erimus orbat. siquidem Wladislaum Regem in quo nihil Regium nihil imperatorium desideratur: verum ac legitimum successorem habituri. Ille proavito ac patrneli solio et triplicis imperii majestate¹ fultus regnabit; hunc ego non solum clypeum, non solum defensorem nostrae civitatis, verum etiam totius Europae liberatorem atque universi Christiani orbis vindicem adsertoremque fore confido. Hunc solum licet sperare qui christiani nominis maculas quae jam diu insederunt et inveteratae sunt adolebit, hunc ergo et optandum et ab omnibus in Regem uno ore poscendum existimo.

81 recto

Hunc oppida, civitates regna nationes atque universae gentes omnis ordo sexus aetas pro sua quisque tutela ab immortalis Deo tanquam e coetu et Curia deorum coelitus mittendum supplices exoremus. Hunc omnes in Principem in tutorem in patrem patriae secundum Deum ipsum nobis consalutemus, illi sacerdotes Patritii, cives faustis acclamationibus vota nuncupemus, illi precibus foelicem et fortunatum auspicemur eventum quem non tam sibi, quam communi bono atque saluti impetraturum² non dubitamus. Quare ego genibus flexis manibus ad coelum sublatis Te palam clementissime³ Jesu cum omni populo supplex oro, ut nobis hunc Regem optatissimum tutelae ac communi bono habendum praestes ac tuo ductu et auspiciu diu sospites atque fauste et feliciter conserves et vincere et valere et imperare facias. Reliquum est his Ellogiis defunctum Regem de nobis benemeritum honestare.

Qui Thurco eripuit munita tot oppida victor
 Qui fregit vires Teutonis ora tuas
 Quique rebellantes Dachas, fortesque Ceruchos
 Compulit ante suos succubuisse pedes

¹ A kéziratban: maiestati.

² U. o. imperaturum.

³ U. o. elaclementissime.

Pacavitque Hunnos proceres, longoque coegit
 Limite promotas crescere Pannonias
 Quique Vienensi de carcere Regia gessit
 Sceptra: puer sacrum qui diadema tulit,
 Hic situs est, tantum Regem si dicere fas est
 Mathiam parvo posse jacere loco.

81 verso

Epitaphium¹ ejusdem.

Hunnia me genuit Corvino e sanguine dicor
 Victorem rapuit victa Vienna suum
 Alba tenet patrii manes, me in bella vocabant
 Turcharum et sacrae relligionis amor
 Sed me infestantes dum Sarmatas atque Ceruchos
 Persequor et gentes Norica terra tuas,
 Vix Ego perstrinxi Turcas, pater ipse Joannes
 Quos quater et decies vicerat ante meus,
 Sed quodcumque mihi patriisque superfuit armis.
 Vincere mox Istro fata dedere meo.

¹ A másoló EPI: EIVSDEM . . .ból olvasta ki tévesen: Episcopi eiusdem, holott = epitaphium eiusdem; mert hiszen e versnek sirsvers szerkerete van.

V.

Berezetés.

Cervinusnak hő óhajtása volt Magyarországra jutni, Ulászló udvarába. A humanisták szokott útját követve, Ulászlónak költeményeket szentel, újakat helyez kilátásba és megküldi egy hódolattól áradozó levél kíséretében. Első levele, dr. Rácski Ferencz állítása szerint, 1492 szept. 13-án keletkezik; az utána következő, a mint a levél kezdő sorai-
ból kitűnik 1499-ben. Úgyde a kéziratban az a levél, melyet első helyen közlünk, más keltet tüntet fel. Ugyanis *Idibus Aprilis* kelt, tehát április 13-án. A második levelet két évvel később intézi Ulászlóhoz. Ennek kelte a kéziratban hiányzik.

Az Ulászlónak szentelt költemények közül azok, melyekről szó van az első levélben, a *Parsceve*: Krisztus kinszenvedése az 1678. sz. vat. kódex fol. 30—38. lapján olvasható, továbbá *in S. Stephanum protomartyrem*, u. o. fol. 211—12; melylyel rokon: *ad Florentiam postulantem lacram S. Joannis*, u. o. fol. 20—23.

Úgy látszik, hogy Ulászló nem fogadta a Cervinus ajánlkozását valami nagy melegséggel, mert 1502. decz. 13-án új levéllel sürgeti Ulászló válaszát, mint a hogy nem kis tolakodással első levelében is türelmetlenül kívánta. E levelet harmadik helyen közöljük a dr. Rácski Ferencznek a Starine-ben megjelent és többször idézett tanulmányából.

Az Ulászlóhoz intézett leveleket a vat. 2939. sz. kódex 134. verse és következő lapjairól másoltattam le. Második

itt közzétett levele mellett küldi meg a VI. sorszám alatt olvasható költeményt.

E költemény egy elegia, melyben a költő az eme levélben felpanaszolt sorsát énekli meg.

Az Ulászlónak szánt költeményeket: *Ad Regem Vladislaum*, *Annunciatio Virginis Deiparae* és *Ad Regem Vladislaum* mind a vaticani 1678. sz. kódexből másoltattam le és VI., VII. és VIII. sz. alatt találja meg a szíves olvasó.

SERENISSIMO REGI LADISLAO UNGARIAE BOEMIAE
FOELICITATEM.

Operae¹ pretium erit Serenissime Regum si Majestas v[estra] sacratissima vultu hilari,² fronte serena hoc praesens opusculum eidem consecratum et legerit et perlegerit, atque saepius repetitum suo acerrimo iudicio examinaverit. Si enim tantus lector, ac tam candidus iudex mihi contigerit me laboris mei ac vigiliarum mearum nunquam poenitebit: alioquin si in malignum lectorem atque interpretem mei labores inciderint non nihil meo nomini ac eiusdem sacrae Majestatis laudibus derogabitur. Quibus si fieret neque paraseve Christi Maximi³ optimique, neque laeva⁴ sancti Joannis Baptistae neque Poeticae laudes ab injuria carere poterunt. Quid enim non denigrant, quid non confundunt illi, qui se plurimum se scire fatentur cum nihil sciant. Nos vero hac mistura opus nostrum variavimus ne coelestis vestrae celsitudinis verecundia continuis suis laudibus sui ingeniti ruboris impatiens sit. Quod sane et priscos Poetas factitasse memoriae proditum est, cum coetaneos Principes suis monumentis commendarent. Sic Simonides⁵ antiquissimus Poeta cum Scopae⁶ Regis laudes caneret, illis magnam partem in commendationem Castoris et Polucis asseruit: quorum ope ab iminenti exitio liberatus fuisse traditur. Idem ut caeteros omittam noster Maro, ac Horatius⁷ fecerunt; qui cum universa sua opera Augusto

135 recto

¹ A kéziratban: opere.

² U. o. hilari.

³ U. o. Xi. Mi.

⁴ U. o. leva.

⁵ U. o. Symonides.

⁶ U. o. Scope.

⁷ U. o. HORatius.

ac Maecenati dedicarent in illorum. laudibus non nimis immorati sunt; sed quo magis lectoribus placerent diversa varietate suum carmen asperserunt. Ego vero licet omnes antiquos Poetas si dicere fas est religiose ac pie colam, tamen pace omnium dixerim hac parte illis jure ac merito anteponendus sum quod non Castoris et Polucis laudes aut partem alicuius obsceni¹ operis Vestrae Majestatis carminibus uti plerique² fecerunt interposuerim: sed Christi Maximi Optimique ac Sanctissimi Jo[annis] Baptistae quibus suas etiam laudes eadem sacra Majestas Vestra libentissime impartiretur, nedum illorum gloriae ac sanctissimo nomini ulla ex parte quod nefarium est, aut resistendum aut invidendum putet, quum etiam eadem mansuetudo atque modestia vestra nihil sibi vindicare patiatur sed omnia sua . . .³. Deo immortalis ascribatur: qua quum sis⁴ Serenissime Rex Ladislæ eo libentius meum opusculum, et accipies et leges quod inter tuas laudes pie ac sancte de Deo loquamur: quod si fecerit Eadem Serenitas Vestra me suis litteris certiorum facere non dedignetur, quo sciam quanti me clientellamque meam ac libelli mei dicaturam faciat. Nam ab eadem et gratia et auctoritas ingenii mei patet: imo etiam suarum laudum. Quare dedita opera Nicolaum Tabellarium conduxi⁵ qui Majestati⁶ Vestrae una cum hac epistola libellum meum redderet, atque responsum arbitrio ejusdem accipere maturaret. Etsi enim frater meus Stephanus orator ad Eandem⁷ proficiscatur una cum collegis amantissimis mei: tamen quom publica negotia gerant, me illis hoc privatum munus demandare nequaquam passus sum. Quare quicquid id operis est a meo Tabellario libenti animo atque hilari.⁸ vultu accipere digneris, quod Serenitati

135 verso

¹ A kéziratban: obsceni.

² U. o. plerique.

³ U. o. lacuna: alighanem: bona maradt a leiró tollában.

⁴ U. o. érthetetlenül áll: quo quom sit.

⁵ U. o. conduci.

⁶ U. o. Maj. i.

⁷ U. o. ab eadem.

⁸ U. o. ilari.

Vestrae et ingenio et sumptu pro viribus concinavimus: quod sive placuerit sive displicuerit Majestas Vestra significat me mihi declarandi gratia. Nam si placuerit coetera volumina quae in manibus imperfecta habeo mature ad unguem exacta eidem dedicabuntur: sin minus nullius posthac operis editione me gravari patiar, ac si mihi gravi edicto interdiceretur quicquam alterius.

Ad nutum enim Majestatis Vestrae et scribere et silere paratum esse scias; utrum vero faciam digneris mihi imperare, sive quid manu sive ingenio sive facultate agere possum Tuus o Rex magne quod optas explorare labor: mihi¹ jussa capessere fas est quod si praesens experiri velis valeat Rhacusa valeant Patrii Montes: uno enim levissimo nutu proficiscor quocumque imperas. Malim enim sub Majestate Vestra servitium pati, quam aliis imperare. Tale enim servitium.

Fallitur egregio quisquis sub Principe credit Servitium, nusquam libertas gratior extat.

Quam sub Rege Pio, nemo ita serviret Majestati Vestrae quin mallet quam liber esse si sapiat. Ego vero sive absens sive praesens sim modo velit Eadem Serenitas vestra ejusdem servus atque mancipium vocabor. Valeat Serenitas Vestra ac me commendatum habeat.

Datae Rhacusae Idibus Aprils MCCCCLXXXIXIII.

S. R. M.

Mirabere forsitan Optime Regum Wladislave cur qui tamdiu (hoc est septennium) (totidem enim aut plures anni sunt, exquo nescio quid Opusculi ad te misimus) tanquam silentii deus Harpocrates², aut Angerone³ compresso ore tacuerim nunc audax temerarius impudens hiscere; et tantum Regem tot et tanta negotia⁴ cum pacis tum belli

¹ A kéziratban csak labori áll; úgyde itt Vergiliusból vett idézet van, helyreállítottam a helyes értelem érdekében.

² U. o. Arpocrates, az ismert egyiptomi isten, a néma hallgatás titokzatos istene.

³ U. o. Angenore, egy hallgatag istennő, a Roma titkos és megnevezhetetlen öröklékének öre, néma lepecsételt ajakkal ábrázoltatott.

⁴ U. o. negocia.

sustinentem interpellare audeam; quasi desint istic qui tuae maiestati delicatissimis auribus sturnatim gracculatinque obstrepant tamen neque diurni silentii neque repentinæ garrulitatis reus culpabor si modo non me, sed fortunam meam in culpa esse cognosces. Illa enim in me interpellando non temperat, illa omnes de me ludos facit illa otium¹ illa patrimonium extorsit ac pro his assiduum laborem et annum Minerval reddidit.² Nam me de Oratore Rhetorem, de Poeta trivialem ac sellarium professorem fecit et velut ex pristino relegatum aut motum Senatulo ut Dionisium³ Tyrannum Corinthi sic me Domi ludum aperire coegit, in quo sane ut in pistrino⁴ aut in ergastulo, nunquam mei semper alieni juris sum, neque tam pro me quam pro te medius fidius indignor, cui iusta volumina per litteras olim pollicitus ne litteram quidem solvendi occasionem habeo itaque pendent opera interrupta minaeque Muro- rum ingentes aequataque machina coelo. Illa enim quae olim in otio⁵ incohavimus cuius operis partem Tua Celsitudo tantopere per litteras commendavit; nunc imperfecta ac (sic diis places?)⁶ plena Aranearum sunt: ac sine cedro regiae laudes tineis blattisque obsitae carptim ac mordicus Semicomesae ut a Capris vites abroduntur. Quod si laudibus confundi⁷ vis, si tetra ab his animalia abigi si meis libris hoc est tuis monumentis famam, gloriam, vitam salutem dari, otium⁸ est studiis meis impetrandum; otium⁹ sive in secessu, sive in ore tuo imperandum, vel brevis occasiuncula tui nominis ornandi propagandique tribuenda: nam licet solidis rebus et recte factis quae vera gloria est abunde polleas, tamen rerum gestarum memoria nisi litteris conservetur

137 recto

¹ A k eziratban : ocium.

² U. o. redidit.

³ U. o. Dyonisium.

⁴ U. o. pristino.

⁵ U. o. ocio.

⁶ U. o. (sidiis places)  rthetetlen.

⁷ U. o. confudi.

⁸ U. o. ocium.

⁹ U. o. ocium.

caduca brevis et momentanea solet esse. An Piramides, an Mausolea an colossi, quam poetarum monimenta famam ac benefacta hominum corroborant. Quod si me benigne Princeps solvendum¹ vis esse, si me per litteras oboeratum diutius non pateris; atque tuarum laudum decoctorem, exime me a ludo in quo male ac laboriose ago et tanquam Hercules Theseum a Carcere et Cerbero, sic me ab hoc ergastulo in quo me pueri bellua multorum capita tenent adsere me mihi, hoc est tibi, hoc est litteris et musis vindica nisi majus meos discipulos quam libros utpote quos magis milites quam Poetas, aut Oratores facio. Ut enim Chiron Achillem sic ego illos per intervalla Romano more et armis et litteris exerceo. Atque in utroque versari non incongruum puto talem olim Augustinum nostrae juventutis florem ad te emisimus, optimae indolis adolescentem et armorum et litterarum disciplina expolitus: quod nihil mansuetius nihil candidius nihil amabilius nihil etiam amanti; et nunc currenti ad te calcar addidimus tuae clientellae tuo obsequio penitus anhelanti, quod si tantae fidei tanti candoris tantae probitatis et industriae et plenum bonae frugis adolescentem tuorum numero ac impensius adgregaveris, non erit Serenitati Vestrae poenitendum; ille vero et si mea jam precox deserit studia doctiorem tamen tanti Principis aula, quoddam bonarum artium peculiare domicilium ac omnium virtutum culmen ac fastigium praestabit; plus enim te spectando famulitia tua quam mei discipuli me² audiendo proficiunt. Non est igitur periculum quod Augustinus apud tantum Regem unicum litterarum fautorem, ullius disciplinae jacturam facturus sit: neque enim tui aulici tam luxu ac deliciis quam virtutibus affluent: tuorum igitur familiarium consuetudinem praesertim tuum probum os tuam lucem atque Majestatem conspicuam, atque venerabilem meo discipulo invideo foelicemque eum existimo qui te praesens praesentem audiet videbit et alloquetur quae res si mihi contingeret me fortuna non invidere non potuit.

137 verso

138 recto

¹ A k ezirathan: solvendo.

² U. o. mei

Nam si tempestiviter otiarer¹ tuam vel absens nedum praesens demereri possem benivolentiam, nunc utrumque mihi denegatum est per fortunas meas in quibus tam graviter fluctuo ut me a clarissima ac pudicissima demum conjuge viduatam orbare non pepercerunt quam vero mea voluntas pertinax sit in te commendando, quibus interpellata fluctibus ab his studiis avocetur his meis versibus tibi testatissimum erit.

* *
*

Qui me subrusticus pudor retardat, fortuna tenuis erubescit; pusilla eruditio deprecatur, tua regia magnitudo deterret, instigat studium, fides, clientella, amor imperat, praesertim humanitatis facere cogit opinio, ut licet privatus, ad talem tantumque regem scribere non pertinescam. Et hoc maiori fiducia, ne dicam audacia, facio, quod meas litteras ea fronte, quae decet regem et hilari et serena, legis: quod mihi documento est, tanto regi meas nugas, quo magis missas, non displicere; quod si minus ut doctissimo, saltem ut nominis gloriaeque tuae studioso, plus etiam quam debes, facis. Tanto nimirum regi placere magnae loco mercedis est, et cui mea perexigua doctrina respondere non possit, amor, fides, studium, obsequella vel praevalere possit. Quae illi doctrinae, quae tuarum laudum studiosa est, faves; retulit enim mihi Blasius Moscogna, vir nobilis et praestans tuaeque maiestati deditissimus, quod proximis meis litteris mirifice sis delectatus, quibus nostri memoriam, et loci et temporis intervallo et tot et tantarum rerum paene multitudine, immo potius, exoletam, renovavimus. Quod mea culpa, vel potius fortuna, factum est, et quadam temporum meorum ratione atque incommoditate, quod me crebris litteris tuae maiestati non repraesentaverim. Nam tibi quum nunquam praesens innotuerim, sed per carmina et libellum perexilis Minervae, litteris saltem

¹ A k eziratban: ociarer.

mei nominis memoriam tenere debueram; quod sane non esset ommissum. si mihi gravior fortuna otium meum non extorsisset. Nunc eodem tenore me fatigat, nisi quod tuum numen, tanquam in tempestate laboranti, nescio quod salutare sidus affulsit: cuius ope certa mihi spes est a tot fluctibus evadendi in portum et otium; quo tua bella et paces perpetuis possem commendare monumentis. Quod si per te cum fortuna in gratiam redimus, hoc est: si me praesens praesentem tuorum numero adregaveris, meae musae, quae tibi ancillari cupiunt, tuae maiestati non erunt dehonestamento; sed invicem tu illis non minus praestabis quam accipies ornamentum. inter tot principes nostri saeculi quolibet ore celebrari dignissime, stimulus et calcar omnium poëtarum, nec Vergilii aut ingenio Ciceronis impar argumentum. Quod si vel historiam vel solutam plusculum diligis orationem, utroque genere dicendi non erimus poenitendi. Seu genium et mores quaeris, non medio ore meis litteris erit collarium; sin patriam et fidem, adhuc aliud superpondium et auctuarium damus. Quod si te regem praestas, qualem mihi per litteras et nuncios pollicitus es, atque ideo debes, quod regia promissa, quo facilius praestari possint, eo magis debentur. Nos tibi tuarum rerum scriptorem non omnino respuendum, nec poëtam fortasse barbarum praestabimus, qui tibi nunquam suam lucubrationes non consecrabit, quarum nonnulla poëmata, primitias mei ingenii, quasi arrabonem meae devotionis erga maiestatem tuam, habes; quae propediem excussoribus formarum cum caeteris opusculis, ut iustum volumen sit, denuo tibi nomini inscribenda, dabimus. Quod si, benigne princeps, accesseris, quam primum ad vos cum essedis versuum advolabo; quod tuum erit facere, atque per litteras me a civibus meis impetrare, ne illos ultro deseruisse videar, qui mihi satis honestum praestant salarium. Quare si me tuae vocationis praerogativa dignabere, mea peregrinatio et commeatus a civibus meis erit honestior; neque iniuria a liberis et domo avellar, si non oblatis sed invitati hospitis utar privilegio, quae res in tuum nunquam intermoriturum decus redundabit. Quare ut laeto supercilio

annuas, te etiam atque etiam rogo, numenque tuum prostratus adoro. De ceteris rebus h. e. publicis nihil scribo. praeter quod hostis tuus repentina consternatione panicum terrorem repraesentat, quod non de manubiana praeda, sed vita et salute sit decertandum, quod nusquam minus quam domi sibi tutum esse cognoscit. Vale. Datae Rhacusae Idibus Novembris MDII. anno salutis, regnorum vero Ungariae anno XII. Boemiae XXXI.

VI.

AD REGEM VLADISLAUM.

Cod. Vat.
1678

23 verso

24 recto

Quamvis Smyrnaeos princeps mereare cothurnos
 Sisque Bianoreae dignus honore Tubae
 Nec satis ingenii confidere robore possim
 Nec sperem meritis Carmina digna tuis
 Simque puellares pro tempore dicere flammas
 Aptior et querulas sollicitare fides,
 Quam videar dignus tantis et idoneus actis
 Et par pro titulis esse poeta tuis.
 Namque dehortatur nugas tua fama minores
 Territat et lusus gloria tanta meos,
 Meque Ladislavi probitas prudentia virtus
 Obruit ingenio non capienda meo.
 Non tamen haec aetas mea detractaret et huius
 Grande recusaret sumere¹ molis onus :
 Ut cupio, nec te mea musa refelleret essent
 Otia si Musae quantulacunque meae
 Sed mea ceu variis pinus jactata procellis
 Quaeque indignanti Naufraga fertur aqua.
 Nunc his nunc illis mens volvitur anxia curis
 Fluctuat et multis irrequieta malis.
 Fluctuat et fatis male contristamur iniquis
 Nec nostrae Aspicio sidera dextra rati.
 Accumulat tantos conjux miseranda dolores
 Quae mihi primaevi floris adempta fuit ;
 Cujus morte mea mutarim funera ; cui non
 Ad stygios amnes deprecer ire comes.

¹ A k eziratban : summere.² U. o. : ocia.

Ergo alios aliis nectit fortuna Labores
Ne quando miseris non sit acerba modis
Atque ita nunc rerum sub conditione sinistra
Excidit ingenii portio quanta mei.
Securos igitur poscant tua carmina vates
Quorum mens nullis debilitata malis.
Non vacat haec tantis agitados scribere curis
Quae vacuo festi tempore vatis egent.
Nam mihi tempestas trux impedit atque moratur
Quod jubet officii gratia magna tui.
Ergo desidia nec tanta silentia nostrae
Nec nobis vitium hoc attribuisse velis,
Sed potius casu fortunae adscribere nocentis
Tale voluntatis pignus habere sat est.

VII.

AELII LAMPRIDII CER. POE : LAU. ANNUNTIATIO
VIRGINIS DEIPARAE.Cod. Vat.
1672

8 recto

Innuba Virginitas, nullis obnoxia Mater
 Connubiis ; Casta fertilitate gravis,
 Caelestique Toro dignata puerpera : crescat
 Quo tuus intactae virginitatis honos.
 Namque immortali Nupsisti coelite viso
 Protinus et sponso es Nobilitate Deo.
 Sed tibi connubium felix sine labe virili.
 Contigit, o virgo voxque marita fuit.
 Fusio ¹ fit verbum Christus ; genitabile numen
 Et verbum Matris connubiale suae.
 Sponsus idem Matrisque parens et filius Almae
 Virginis Humanum siderumque genus,
 Quod neque Mortalis, sed inennarabilis Auspex
 Augurat et coeli pronuba lingua decus.
 Namque ² Salutigero foelix tibi Nuntius ore
 Missus ab Aetherei devolat arce patris,
 Inque Ministerium verbi quod cuncta creavit
 Sic coelestis Hymen conspiciendus ait :
 „Sis felix paritura Deum : Deus Aetheris alti
 Est tecum : Domini gratia tota tua est.
 Foeminei sexus fortunatissima mater
 Fortunati ambo tuque puerque tuus.“
 Haec ubi divino sermone salutifer et qui
 Ore coruscanti fulguris instar erat,

8 verso

¹ A kéziratban egy czikornyás betű, mely P. vagy F. Termézetesen a *Fusio* ad helyes értelmet.

² U. o. Nanque.

Protinus horrescis Caelesti exterrita visu
 Sive verecundi tarda pudore metus :
 (Nam rudis audito tiruncula noscere ¹ partus
 Ut rosa purpureo tincta colore rubes)
 Qualia sint tecum Misteria tanta volutas.
 Nec sequitur velox grandia vota fides.
 Ergo Auspex rursus : ² Virguncula parce timori :
 Numinis aeterni gratia magna tua est.
 Namque ³ tuo felix utero florebit Jesus :
 Dicetur summi filius ille Dei.
 Hic hic magnus erit : David Genitoris habendam
 Cui Dominus sedem regna paterna dabit,
 Aeternumque Domus Jacob famulabitur illi
 Imperium finem cujus habere nequit.
 Tu vero simplex qui sis paritura requiris
 Indocilis partus : inscia virgo maris
 Ille autem haud dubita tua viscera casta manebunt ⁴
 Partus et augendae virginitatis erit.
 Divini novitas non explorabilis ortus
 Quem tu mirificis es paritura modis.
 Concipis humano nec sanguine ; foeda nec unquam
 Gaudia sunt spoliis perfruitura tuis.
 Utque tribus pueris innoxia flamma pepercit :
 Sic tibi divina temperat ardor ope. 9 recto
 Ut clementer ⁵ humum penetrabilis aura maritat
 Voxque levis tenui corpore lecta subit ;
 Tranat ut in vellus taciturnum proximus humor
 Solis et occultus subter operata calor :
 Sic Deus arcanos ⁶ meditatur in intima lapsus
 Nec tibi virgineum sermo resignat opus.

¹ A kéziratban : compendiose : Nore.

² U. o. hiányzik a kettőspont, holott nyilván az angyal szavai következnek.

³ U. o. Nanque.

⁴ U. o. manebant.

⁵ U. o. clamentem.

⁶ U. o. archanos.

Qui mare qui terras qui lucida sidera fecit,
 Illius abstruso Numine Mater eris.
 Huic tua pubertas, delectus et optio facta est;
 Nec sua conceptum templa profanat onus.
 Spiritui Sancto quem nunc tener ignis obumbrat
 Est uteri felix Aula futura¹ tui.
 Perque tuas serpet virtus Divina latebras
 Afflatus fies Mater onusta sinus.
 Devolat en Caelo praepes simulatus ab alto
 Auspicium Thalami connubiale tui
 Spiritus ille Dei Deus implerisque jugali
 Flamme materiam vivificante novam.
 Ignescitque tuus tacito spiramine venter
 Servat et illaesum flamma marita Decus.
 Utque antiqua Rubus flammis inadusta coruscas
 Fertilis et nullo semine terra vires.
 O qualem virgo fundes uberrima fructum
 Gestabit venter gaudia quanta tuus.
 Namque² facis seros Mulctam finire Nepotes
 Nec sinis a primo serpere virus avo.
 Tu via veridici florescis in astra prophetae
 Tu pia Siderei Nectaris urna capax.
 Cuncta quod effecit dotabere conjuge Verbo
 Aucturoque Decus Numine Mater eris.
 Sic incrementum Sancti sensura pudoris
 Aetherea partus Nobilitate tui.
 Quique tua gaudet³ vestiri corporis umbra
 Virgineae fructus fertilitatis erit.
 Cernis ut⁴ Elisabet confecta senilibus annis
 Maternum tremulo corpore gestat onus,
 Utque refflorescit conconcepto pignore felix
 Computat huic senas menstrua luna vices:
 Sic utero gaudet pregnante victa senectus
 Res adeo infecta est nulla volente Deo.“

¹ Széljegyzetben: tenenda; de e javítás fölösleges.

² A kéziratban: Nanque.

⁴ Ú. o. gaude; én javítottam ki, hogy helyes értelmet nyerjen a mondat.

Dixit et actutum posita formidine supplex
 Suscipis aeterni Nuntia verba Dei.
 Paulatimque tumes foeta divinitus alvo
 Voce salutari casta puella gravis.
 Majoremque sua Tellure vel aequoris undis
 Et caeli spatiis ¹ omnibus una capis.
 Non tamen immensa virguncula mole gravaris
 Sed levior tanto es Mater onusta Deo.
 Teque idem pariter sustentat (ut omnia) foetus
 Vectoremque vehis coelibe ventre tuum.
 Iamque puerperum salvi sine fraude pudoris
 Exit et humano vagiit ore Deus,
 Miraturque suum nasci natura parentem,
 Miraris partus innuba virgo tuos.
 Utque recens subiit penetralibus intima clausis
 Viscera maturum clausa reliquit onus
 Innocuumque piae Matris servavit honorem
 Gavisus nasci sospite flore puer.
 Hic ille hic infans veterum quem cuncta virorum
 Saecula Divinis vaticinata modis
 Consilii magni est hic Angelus: hunc fore dixit
 Messiam Christi Moses imago sui;
 Hic novus Emanuel neque enim ² mentibus Esaias
 Daviticaque Deum voce locuta chelys ³
 Totque alii vates praesago carmine quorum
 Pectora veridicus movit anhela furor.
 Nec solum veteres illum cecinere Sibyllae
 Et docuit, qui nunc mutus Apollo silet.
 Mira fides vix dum pignus semestre salutis,
 Materna functus voce propheta puer
 Infantemque Deum caeca veneratur ab ⁴ alvo
 Joannes Matris pondus anile suae.

10 recto

¹ A kéziratban: spaciis.

² U. o. abbreviatura jelzi az *enim* szót, melyre a vers miatt szükség van.

³ U. o. chelis.

⁴ U. o. széljegyzetben az *ab* ki van javítva *in-re*. A javítás fölösleges.

Qui tamen Eoae gemmas immiscuit algae,
 Tellurem auríferas fundere jussit aquas ;
 Vesti fluos ditat pretioso ¹ vellere Seras ²
 Et toto varias orbe creavit opes :
 10 verso Nudus inops inter stipulas et stramina reptat
 Nudaque nascentis terra cubile fuit.
 Ablegavit opes et luxum infantia frugi
 Mollibus et membris frigora ferre docet.
 Solvit et in primis humana piacula cunis
 Ostentat precium ³ publica poena suum.
 Indomitumque gelu pecudes mirantur iniquo
 Afflatuque foves Hospes Aselle tuo
 Bosque conspirat tepida studiosior aura
 Inque vicem est anima fatus utraque Deus.
 Agnovere suum tegetes et culmina numen
 Tactaque sidereo nectare fragrat humus
 Ambrosiam redolet praesepe et nocte beata
 Lucidior media nascitur aura die.
 Te nascente puer vulgo florentibus arvis
 Fundit odoratas Bruma benigna rosas.
 Nec modo fragranti Libanus desudat Amomo
 Spirat Idumeis Nardus amoena rubis,
 Mellaque destillat : preciosa balsama Syon.
 Nectareusque rigat proxima rura liquor.
 Sed procul extremus Tanais Scythiaequae ridentis
 Pigra nec offensis floribus halat hyems
 Temperiemque novam sentit plaga solis iniqui
 Decolor et Lybici vernat harena soli
 Tota florescit tellus velut orbe renato
 11 recto Errorum nebulas depositura graves.
 Destructum antiqua nam fraude repullulat aevum
 Ortu integrescunt Aurea saecula tuo.
 Oris et effigiem et manuum monumenta ⁴ tuarum
 Amota duplex labe refingis opus.

¹ A kéziratban : precioso.

² Görögös accusativus *Seres* helyett.

³ A kéziratban esodálatos hanyagsággal *precum*-ot irtak.

⁴ U. o. momta. A *momenta* is érthető ; de itt a Krisztus megváltó munkája következtében keletkező *Új Ádám*-ról lehet szó.

Deformata prius liventis felle veneni
 Jam tua nos melior Christe figura sumus.
 Mortiferos frustra fera vipera pandit hiatus ¹
 Infelix morsu deperitura suo.
 Te lucemque tuam tremat Orcus et intima Ditis
 Tartara portentis exanimata novis.
 Utque aegro furiae suspirant crinis acervos
 Serpentisque gemunt fata propinqua feri,
 Exultantque pii Manes nova sedibus imis
 Lux quoque natalem testificata tuum.
 Nimirum reparas hominem qua tenditur orbis
 Rursus et in caelum saecula supulta vocas.
 Ergo profanatas ² Dignaris visere Terras
 Legibus accintus Monstra piare novis.
 Scilicet et vitii ³ hominum rituque nefando
 Et foeda offensus religione puer.
 Nasceris ut sanctis mortalia saecula reformes
 Moribus et monitis instituenda tuis.
 Humanumque genus simulacra carentia sensu
 Diraque dedoceas monstra putare Deos.
 Utque suo gladio Mors occidat aegraque fracto
 Gutture laxatos ⁴ reddat Abyssus Avos.
 Namque ultro fragiles moribundi corporis arctus
 Sumis ⁵ et extingui membra sepulta sinis,
 Quo crescat surgentis honos corpusque subacta
 Morte salutarem pandat in astra viam.
 O foelix pietas superi simul infera gaudent
 Indiciis ortus exhilarata tui,
 Et sola terrarum et caeli connexa reclamant
 Aethereus resonat nomen herile fragor.
 Et formidatum duplicatur imagine fulgur,
 Caelite persultat Terra polusque novo

11 verso

¹ A kéziratban: hyatus.

² U. o. próphanatas.

³ U. o. viciis.

⁴ U. o. széljegyzetben az első két szó helyett áll: ore relaxatos. E javítás is fölösleges.

⁵ U. o. Summis.

Attonitusque horret praestricto lumine pastor
 Mortalis viso numine sensus habet.
 Mox hominis dempta caligine jussa capessit
 Natalemque Dei pastor adorat humum.
 Quid dicam Eoo venerandis littore cunis
 Munera portantes accelerare Magos
 Atque actos reges Duce sidere cum nova solis
 Antiquum vicit stella diurna iubar.
 Memnonias liquere Domos atque ultima Bactra
 Et procul Aurorae Ditia regna suae.
 Rumoris fesso quo nuntia¹ fama volatu
 Tardaue longinquo deficit orbe fides,
 Illis virgineos testantia sidera partus
 Nuntia² nascentis prima fuere Dei.
 Caelestisque fides stimulis ingentibus egit³
 Extremo attonitos ex oriente magos.
 Praevento rumore volant atque ocius Euro
 Nec via velocēs longa fatigat equos.
 Jamque explorandis obiter natalibus oris
 De Christo Solymum consulere genus.
 Utque recognoscunt Bethlemica culmina tantum
 Municipem et civem promeritura Deum,
 Quae sese jactant fidibus Davida canoris
 Et consanguineum progenuisse Ducem.
 Jam per Idumeos iter irrevocabile tendunt
 Rursus et Herodis regna cavenda feri.
 Gaudentesque iterum caeleste revisere sidus
 Aetherea clar[um] luce sequuntur iter.
 Nec mora; succedunt septum face sideris ardens
 Signa lacessito cuius inusta⁴ solo.
 Aurum thus myrrham; regalia dona ferentes
 Hoc regi, Tumulo hanc illa dedere Deo.

¹ A kéziratban: nuntia.

² U. o. nuntia.

³ U. o. aegit.

⁴ U. o., vagy a másolók hibájából e sor érthetetlen volna. Az egész sor így hangzanék: Signa lacessito cujus musta solo. Nyilván a musta = inusta. T. i. a bethlesemi csillag Krisztus szülőhelyére nyomta lángjegyét.

Quique per exiguas tegetes non atria Regum
 Natali voluit Nobilitare suo,
 Fecit adorari praesepe crepundia pannos
 Prostratis teneros regibus ante pedes.
 In foeno et stabulis Majestas tanta reperta est ¹
 Aulaque siderei Regis ovile fuit.
 Pro Trabea regum quem non suus ambiat aether,
 Ambitur panno pauperiore Deus, 12 verso
 Et vinculis compressa suum manus aestimat orbem
 Immensumque suo robore librat onus
 Et solium et fascēs sunt stramina gemma nec aurum
 Munere nec tanto purpura digna fuit.
 Sed culmi et tegetes et pastoralia tecta
 Stramineae venit gloria tanta casae.
 Et voti et pretii penuria compos abundat ²
 Auctorisque sui copia dives eget.
 Pars quota nec tanti rerum pretiosa supellex
 Tale ministerium digna subire fuit.
 Sola puerperio felix ³ admissa verendo
 Divitiis (?) potuit taedia ferre suis. ⁴
 Felices culmi, felicia stramina : felix
 Praesepe : infantis conscia terra Dei.
 Idaei tibi ficta Jovis cunabula cedant
 Nec nisi mendacis fabula vana soli.
 Stantia nec placeant haerentis littora Deli
 Latona Geminum parturiente jubar,
 Nec minus et Baccho reptata vel Hercule tellus
 Adsurgat stabulis quaelibet ora tuis.
 Quod si laurigeros posset mutare triumphos
 Maluerit ⁵ munus Martia Roma tuum.
 Hinc tibi bellipotens Ladislaus ⁶ militat et tot
 Debita pro sanctis suscipit arma locis.

¹ A kéziratban : repertae.

² U. o. habundat.

³ U. o. felix. Így van alább is felices, felicia, felix.

⁴ U. o. *sui* helyett a javítást én eszközöltem.

⁵ Maluerit.

⁶ Itt kezdődik az Ulászlóra és a korviszonyokra vonatkozó rész.

Hunc tu Diva pio Ductu comiteris euntem
 Nec, rogo, frustrari regia vota velis,
 Cernere quo liceat per amica per hospita sanctum
 Perque Ladislai Regna puerperum.

Ne pia conculcet sacraria barbarus hostis
 Et contacta tuo proterat arva pede.
 Quod praesepe tuum tanto radiavit alumno
 Indignum est violet sanguinolentus Arabs.
 Angelicisne choris ostensa et sidere caeli
 Regibus et famulis nobilitata casa
 Et tellus reptata Deo spurgabitur? et quae
 Divini rubuit rore cruoris humus
 Praedone sacrilegus famulus bibet ore cruento
 Jordanem loto sacra fluenta Deo?
 Da monumenta ¹ tui Regina puerpera partus
 Tutus adoratur quisque viator eat.
 Supplicibus pateant cunabula sancta rudem quae
 Vagitum infantis promeruere Dei.
 Oscula figamus saxis; incisa loquuntur
 Quae tua per merores singula gesta notas,
 Notaque lustremus passim vestigia sanctum
 Nec dum impune juris concelebretur iter
 Sed loca Matronae pueri innuptaeque puellae
 Tuta petant partu sanctificata tuo,
 Et tibi reginae Solymis famulentur in oris
 Paulinas ² videant saecula nostra pias.
 Atque iterum deserta sacer Strigonis ³ Alumnus
 Deviaque et rupes antraque vasta colat
 Perque Palestinae saltus regionis abundet ⁴
 Turba eremi ⁵ cultrix relligiosa pii.
 Te duce sic orbem purget Vladislavus et illam
 Quae te progenie victor adoret humum.

¹ A kéziratban compendiosus irással.

² Alighanem a szentföldi zárdák védelmét ajánlá Ulászló figyelmébe.

³ A kéziratban: stridonis, érthetetlen.

⁴ U. o. habundet.

⁵ U. o. heremi.

VIII.

AD REGEM LADISLAVUM.

Cod. Vat.
1678

Qui pro avi solio et patrueli culmine regnas
 Et postliminio scepra recepta tenes,
 Cujus nunc reduci jactantior ore potestas
 Gaudet et optato principe laeta frui,
 Quod mea deductum Tyberino a flumine munus
 Vecta coronatis musa propagat equis,
 Indulgetque tuis populis et amabile carmen
 Gaudet in Illyrico littore Roma loqui;
 Hoc tibi sacramus: fidi Rex. Magne clientis
 Tam procul audita perfruiture lÿra,
 Cuius honoratos crines redimire Quirinus
 Et gavisus sua Maxima Roma manu
 Nec mea Rachusae merces ingloria venit
 E septemgeminis parta corona¹ jugis
 Cum modo tot victis rivalibus optio praecox
 Portarem externus Romula sarta puer.
 Tu quoque carminibus nostris delectus haberis,
 O, decus, o, vatis mutua fama tui.
 Te solum mea musa ducem et Pannonia nacta est
 Crescit et officiis illa vel illa tuis
 Militiae cura:² et pacis virtute secundus
 Rex sacer et Belli fulmen et orbis amor.
 Namque³ Ladislavi victricibus intonat armis
 Ditandis eadem prodiga dextra bonis,

13 verso

18 verso

¹ Ceruinus Rómában koszorús költő lett 1485-ben Palilia ünne-
pén (ápr. 21.).

² A kéziratban érthetetlen hibaként csúszott be: *cunam*.

³ U. o. Nanque.

Fundendis opibus telisque¹ accomoda pactis
 Congrua servandis officiosa fide.
 In bellum praeceps et munere² vincit amicos,
 Officiisque³ hostem viribus una manus,
 Vincere quae semper consuevit nescia vinci:
 Sic Marte: ut meritis cedere turpe putat.
 Utraque magna licet victoria principis et quae
 Hostem armis et quae vincit amore suos.
 Altera sed major quae non ex parte vocanda est
 Militis et quam sors nulla juvare potest.
 Hanc tu solus habes, multorum est gloria belli
 Jure sed officii laurea tota tua est.
 Illa tamen victi spoliis immanibus hostis,
 Largius haec populi gaudet amore sui.
 Utraque te virtus propriis insignibus ornat
 Censentur duplici culmina tanta bono.
 Adde quod ore pio superis astrea relictis
 Praesertim est animi fida magistra tui.
 Hinc pietas venerada tuae sacraria mentis
 Possidet magno robore juncta fides.
 Nec phoebaea tuum vincant oracula pectus
 Ipsa nec insano numine plena Themis.
 Concilium usque adeo caeli Rex magne mereris.
 Atque omnes supera vellis ab arce deas.
 Quo duce nunc summi probitas a culmine caeli
 Delapsa et terris conciliata redit.
 Quaeque tuo virtus obnubi gaudet amictu.
 Auctor alternas coepit habere vices.
 Ornatuque pari et geminata sorte superbit
 Atque utrinque suum fertque refertque Decus.
 Hinc fato conjuncta tuo clarescere visa est
 Dignaque supremae culmina sortis habet;
 Nam virtute pari juncta est hinc inde potestas,
 Atque animi dotes regius ambit honos.

¹ A kéziratban: taelis.

² U. o. iráshibából: munera.

³ U. o. Officiis zavarossá teszi a szöveget.

Hinc pacis bellique decus duplicataque consors
 Inelyta majestas culmen utrumque tenet.
 Par bene conveniens virtus et celsa potestas,
 Quod bene concordēs regia sceptrā decent.
 Non igitur proavos te sospite Buda requirat.
 Nec patrui imploret nomina sancta tui,
 Nec desiderio senioris luceat aevi
 Suspiretque suos paannonis ora Duces :
 Tu reddis veteres nec tam meruisse videris.
 Quam vicisse tuum Rex sacer omne genus,
 Quod nisi jam proavis olim demissa fuisset
 E caelo caderet Sancta tiara¹ tibi.
 Quae merito crines regno sociata Boemo
 Ambit et gemina luce serena nitet,
 Fronte peregrina quae non invita coruscat
 Gaudet et ad stirpem laeta redire suam :
 Quae sic aucta tua virtute refulgurat atque
 Cingit; sic meritis cingitur illa tuis.
 Quod nisi nobilitas fastigia tanta tulisset
 Et generis sancti continuatis honor.
 Hoc regnum poteras sola virtute mereri
 Rexque animi sola nobilitate legi.
 Jure tuis igitur socialibus arctos habenis
 Inque unum corpus Parrhasis ursa coit.
 Unaque Sarmaticum concordia fluxit in axem
 Totque regit populos mutua parque fides.
 Utque Savum et fluvios nolim memorare minores
 Te septem geminis Ister adorat aquis ;
 Teque Boristenii latices venerantur et albis
 Calcatusque tuis Vistula² gestit Equis,
 Continuoque libens famulari gurgite vellet,
 Et fluxisse tuus totus ubique cupit³
 Diversoque tuum commendat littore nomen
 Rex sacer invictus quolibet axe sonas.

14 verso

¹ A kéziratban : thiara.

² U. o. visula.

³ U. o. capit. A javítást a mondat szellemében én tettem.

15 recto

Nec bello quam pace minus gens barbara testis.
 Per te, perque tuas agmina fracta manus.
 Sic vastare humos et desolare profectus
 Flumine trajecto depopulator Alis¹
 Pannoniae fines tribuit commune sepulcrum
 Quaerebat natis hic ubi regna suis.
 Solus et ammissis sociis ac paene superstes.
 Indigno rapidae munere vivit equae;
 Ludibrium, gentisque suae quota portio flatus
 Ventorum: atque umbras horruit ille suas.
 Caetera Pannonicis prostrata cadavera campis
 Dira vel arctois² piscibus esca natant.
 Caedibus innumeris et tempestate cruenta
 Ister anhelantes decolor auxit aquas,
 Justaque sacrilegi praedones praeda fuerunt;
 Hoc pretio constet quaeque rapina velim.
 Hostes arte sua pereant injuria vindex
 Semper in auctores pernicioosa redi!
 Servetur sic torvus Alis,³ vivatque futurus
 Debita victori palma secunda suo,
 Inferiisque suis populatum mitiget Istrum
 Et pariter natis victima juncta cadat.
 Qua vero socios pietate tueris: eadem
 Fratri indulxisti regna paterna tuo
 Quod refuso infames mirentur sole Micenae
 Saepeque fraternae conscia Roma necis.
 Aut quod Echioniis vix fas est credere Thebis
 Victum armis fratrem vincis amore pio.
 Sic pia sanctorum rediit concordia fratrum
 Et redit unanimi gratia vineta fide.
 Si qua fuit penitus nunc exulat illa simultas
 Et procul amborum corde revulsa jacet.
 Frustra igitur frustra spargat furiale venenum
 Frustra in vos livor perfida bella gerat.

15 verso

¹ Ali bég. Nem lehet megállapítani, hogy melyik török támadásról van itt szó.

² A kéziratban: arctois.

³ U. o. alis.

Ite procul fraudes, furiae procul ite nocentes
 Non hic Thebana est aut pelopaea Domus.
 Sed simplex Spartana fides et qualis Atridas
 Aut Siculos¹ fratres alliciebat amor.
 Tuque tuas depone faces et parce Megaera.
 Parce precor Reges dissociare pios²
 Ocius³ Euryalum Nisus, Phocaeus Orestem
 Pÿrithoique suum Thesea fallat amor
 Quod vos invidiae possint mala verba furentis
 Vinceret allectus Tisiphonesque⁴ furor.
 Nec vos credulitas, nec mens mala caecus et error
 Decipit aut rabies aeris et atra fames.
 Ah potius pereatis opes, pereatis Avari
 Omnia cum regnis aera perite suis,
 Quod vos ulla quaeant divellere regna vel aurum
 Turpiter aut vestram commaculare fidem.
 Illum dira precor furiarum verbera caedant,
 Ille petat refugas Tantalus alter aquas,
 Aut Ixionum semper volvatur in orbem
 Et grave Sysiphio monte volutet onus,
 Et graviora ferat : cui sordida massa profano
 Cognata poterit carior esse fide,
 Aut cui pluris erit frater quam regna vel aurum.
 Ille pios inter⁵ jure locetur avos
 Utque Ladislavus gentili ab aethere summo
 Negliget inferni tertia regna Jovis,
 Instituet⁶ suos per saecula longa nepotes
 Normaue venturae posteritas erit.
 Sic caelo et terris te praemia digna⁷ sequentur
 Nam simul ornandus certat utrumque bonis.

16 recto

¹ A kéziratban : *siculo* : itt Damon és Pythiasról van szó.

² U. o. *Reges dissociare genus* : a széljegyzetben *Reges* helyett : *sanctum*, mely szó egyeznék a *genus*-szal De a *genus* fölé a javító kéz *pios*-t tett, mi helyes értelmet ad.

³ U. o. *ocius*.

⁴ U. o. *Thesifonesque*.

⁵ Az *inter* a *pios* után vetve, mérész traiectio.

⁶ U. o. *Institues*, nem ad helyes értelmet.

⁷ U. o. *magna*. A javítást a széljegyzetből vettem át.

Astra dabant precum meritis auctaria tellus
 Claraque virtutes fama locuta tuas,
 Cujus ab illustri pietate docebitur omnis
 Posteritas titulis instituenda tuis.
 Tantorum neque : enim¹ probitas ingloria Regum,
 Prorogat aeternum cuncta per ora decus.
 Haec pietas quod si victura superstite fama
 Et fratrum stabilis gratia rara fides,
 Inter Tantalidas numerabere, sive Laconas
 Quoscumque aut reges saecula tulere² pios
 Scilicet et longum promittere versibus aevum
 Rachusio³ aeternum carmine notus eris.
 Saxa locuturis non te spirantia formis
 Non te Phidiaca marmora ducta manu,
 Nec tam Lisyppus, nec tam illustraret Apelles
 Quantum Romulei nobile vatis opus.

¹ U. o. compendiose : neq n.

² U. o. tubere. Nyilván tollhiba.

³ A szokott humanista önérettel végzi a raguzai költő e költeményét, melynek utolsó része az Ulászló testvéri szeretetét annyi klasszikus példával igazolja, bár a beszótt átkok és fohászokodások gyanússá teszik e testvéri érzést.

IX.

Bevezetés.

Közzétettem Ceruinusnak a nagybátyja fölött tartott emlékbeszédét a benne előforduló, nem egy érdekes történeti vonatkozás miatt. Ceruinus a cicerói bővölködő stílus híve. Áradozása megeredt folyamként hömpölyög. Dr. Rácski Ferencz többször idézett tanulmányában felsorolja beszédeit. Jelesebb szónoklatai: Raynaldus Gratianusnak raguzai püspökké történt választatása alkalmával 1510 május 5-én tartott beszéde, melyből dr. Rácski szép részletet közöl (190. l.). Történelmi szempontból is érdekes az a beszéde, melyet éppen a püspök felhívására 1517-ben a raguzai zsinat alkalmára írt. Ebben Raguzának az egyházi ügyekre vonatkozó állami jogait fejtegeti, mi bizonyítja, hogy az egyházi ügyekben a magyar állami jogviszony uralkodott Raguzában is. Tartott beszédet György püspök felett is, ki 1513-ban halt meg és a sz. Benedek-templomban lett eltemetve. Dr. Rácski felsorol még több beszédet, de melyek minket nem érdekelnek.

AELIUS LAM: CER: P. L. PETRO SORGIO
FRATRI SUO.¹

En orationem quam habui funebrem in avunculum meum patrem tuum, quam olim debui, nunc mitto, non quia noluerim (absit hoc a me) ut tibi paternas laudes invideam quae mihi tecum communes sunt; sed quia mihi defuit librarius et ego multum diuque occupatus (ut scis) professione mea litterarum et familiari² cura et horariis precibus vix inter respirandum haec scripsi et emendavi, non mea igitur sed tot rerum quibus obruor, culpa est, quod tardius hanc orationem quam velles accipis, uberius tamen est, et quasi corpulentior; quae prius pro ratione temporis habita fuit exilis. Scis enim inter parandas exequias hanc subito laudationem effudisse: quare olim paene crudam nunc maturiorem accipe quae moram etiam tibi persolvit cum ad te veniat expolita, ut operae pretium³ sit expectasse, ut sponsam aliquam, quae dum comitur ornatur annus abit; si tamen decenter ornata et pulchrior prodit, nedum tarditatis veniam impetrat, sed ipsa mora fit amabilior.

138 verso

¹ A czím = Aelius Lampridius Ceruinus Poeta Laureatus.

² A kéziratban: famigliari.

³ U. o. praecium.

AELIUS LAMPRIDIUS CERUINUS POETA LAUREATUS ¹
 IN JUNIUM SORGIUM AVUNCULUM SUUM
 FUNEBRIS ORATIO.

Cum celerius quam opinabar Avunculus meus decesserit et ego gravibus curis distinear, neque in hoc obitu a lachrymis temperare possim: et hunc qui supra privatum virum est in funere laudandum susceperim, non mea, sed fortunae et temporis erit culpa, si neque larga aut magnifica neque amplitudine defuncti digna fluxerit oratio et eo magis quod in otio ² et umbra sine usu et stilo studiorum intermissione dicendi desuetudine ac situ quodam consenuerim: scitis enim quantis angustiis, quo sermone quotidiano inter provinciales obruor, ut vix successivo tantum tempore nec nisi libris legendis vacare possim; quo magis magisque mirandum esset litteras et verba Romana: quae nunc ubique locorum in tanta hominum colluvione degenerant, mihi penitus non exolevisse; praesertim cum mihi non patria nec ingenerata, sed nova et ascita et aliunde sita fuerint: quae tamen si mihi propria et nativa contigissent: neque alius sermo quam latinus mihi peculiaris ac domesticus fuisset, deprecandum tamen hoc munus jure merito videretur in tanta civitatis expectatione, celebritate consensu et non unius Aristharchi, sed ad unguem exactissima et semper recta quasi ad amussim ³ multorum censura. Praesertim in hoc emplo sacratissimo tot sacerdotum Domicilio peritissimorum, cum mihi non sit agendum inter fratres Arvales aut Salios, aut flamines, Diales, aut reges Aricinos, sed in Schola, et familia tot Theologorum et in coelesti Christianorum meliori quam Platonis aut Xenophonis aut Ciceronis R. p. quominus habuisse videor rationem defunctum ornandi, superstites consolandi, mei nominis servandi: qui repentinam laudationem in obitu tanti viri: neque solum

139 recto

139 verso

¹ A kéziratban: ugyanazon abbreviatóval, mint fentebb láttuk

² U. o. ocio.

³ U. o. amussim.

Equestri. sed etiam Senatoria dignitate praediti sine ulla
 justi temporis occasione suscipere non veritus sim; quasi
 nesciam nihil triviale, aut obscurum, aut exile, sed amplum,
 magnificentum luculentum excelsum et immortale¹ quiddam²
 huic funeri ornando conferri oportere, alioqui maligni lauda
 toris esset et infelicis ingenii tot laudes deterere, gloriam
 elevare: amplitudinem coarctare, fastigium detruncare famam,
 non extendere: proinde nequid tanti viri laudibus dero
 getur, multo majori temporis et ingenii copia; nec nisi
 Demosthenis aut Ciceronis opus esset eloquentia. Nam ut
 imaginem Alexandri magni nemini praeter Apellem et Lysip
 pum licuit effingere; sic fortium virorum pacis et belli
 praeclara facinora, ne scribendo devenustentur multum
 diuque neque ab omnibus sudari oportet, quod utrumque
 cum mihi desideretur: videlicet idonea temporis et ingenii
 facultas: temere me arbitror facere qui rude quiddam et
 inexploratum in talis ac tanti viri laudes non verear effutire:
 tua tamen pietas Petre vir integerrime paternis laudibus
 prospectura caeteros omnes obaudit; me unum, quod vehe
 menter exoptat, et expetit, sperat vel ex tempore praesta
 turum praeterea neminem: quod si vulgus et triviales magi
 stros repudiatum, me praeter omnes selectum iri non
 poenituerit; et tua te non fefellerit opinio, non ingenio,
 sed Aleae dicentis erittribuendum, incertum anceps fallax
 et citra rerum verborumque optionem nec lima elaboratum,
 nec cura perfectum dicendi genus sequuturi. Nam si bene
 ceciderit sors bis commendabimur benedicendi copia et
 gratia celeritatis, alioqui non fallor minore plausu et delecta
 tione dicentis ornatu nitentia quam contemptu et fastidio
 quae negligentius obolescunt suscipi solere: magisque sub
 sanari quam laudari digna, utcumque erit iuvabit me interim
 haec Avunculo meo justa persolvere, deque posteris illius
 saltem amore atque benivolentia sin minus ingenio bene

140 recto

¹ Hogy mily hibás használata fordul elé az írásjeleknek a Cerui
 nus iratait tartalmazó kéziratok másolásában, el lehet képzelni, midőn
 e szó után pontosvessző áll, holott a következő szóval szoros kap
 csolatban áll. Én az írásjeleket hallgatólágosan átjavítottam.

² A kéziratban quidem.

meruisse. Nam defunctorum laus instar patrimonii haereditarium bonum est nullumque majus in suorum desiderio solatium, aut efficacius exemplar quam cognatorum est ad bonos mores; quamvis igitur repentina oratio periculorum¹ plenum opus Aleae. Cuncta tamen temeritati non permittam pro temporis et loci ratione cursim dicturus, et mensariorum more facturus, qui multorum annorum rationes in unam tabellam² colligunt: aut naves gubernantium, qui portus maria³ littora insulas in unius membranae corio, minore veritatis, quam magnitudinis dispendio circumscribunt.⁴ Sic ego breviter ero contentus et signanter tanti viri laudes indicare non persequi perstringere non complecti mox eadem
 140 verso
 uberius et copiosius ubi justum tempus dabitur litteris relaturus, quamvis ut aliquanto plura, non tamen omnia quae de tanto viro dicenda sunt libris vel voluminibus capi possunt. Quo fit ut non unus aut alter dies: sed ne plurimi quidem tantis virtutibus enarrandis satis esset.⁵ Facilius enim quis illius pacis et belli praeclara facinora nimis quam satis ut puto laudaret: quo magis in hoc temporis articulo laboro et ineptire videor, dicam tamen non ut volo, sed ut scio et possum nec ab re est animi bona corporis et externa commoda recensere: neque quicquam quod domi aut foris militiaeve privatus aut in potestate gesserit conticescere. Ut tamen ordine quo quaeque pars exposita est transigatur, a virtute primum: quae sola est animi laus, incipiendum, cujus contemplatio laudem procreat, admirationem parit et immensum illius comparandae studium accendit: sed ab illa primum quae semideos facit cujus meritis non unus Hercules in coelum relatus est: hoc est fortitudine sumemus⁶ initium cujus heroicae virtutis undeviginti natus

¹ A kézirat másolatában: pericoloso.

² A kéziratban: tabullam.

³ U. o. marria.

⁴ U. o. circumserunt, érthetetlen.

⁵ U. o. az írásjelzés itt is felette hibás. Az *esset* és *facilius* közt semmi írásjel nem volt, holott pont szükséges.

⁶ U. o. summemus.

141 recto

annos adhuc indolis¹ singulare prae-buit experimentum. Nam cum legatione fungeretur apud immanissimum Turcarum Imperatorem missus ab Illustri Despoto qui prope Danubium regnabat et ejus Collega vir, princeps esset Michael Angelus, Machumi Bassae frater (quod nomen est proximae secundum Imperatorem dignitatis) quinque cum quadraginta millibus aureorum pertinaciter flagitantibus Turcis (tanta enim summa vectigalis paciscendae pacis gratia fuerat allata) nec nisi suspecta pax et insidiosa confoederatio, nec aequis conditionibus ad formulam² responsura concederetur: nullo vitae periculo aut hostium minis³ crudelissimis⁴ convinci potuit quin in dissimulanda pernegandaque pecunia, et sua fide et opibus Despota conservandis pertinax esset, adeo ut cum carnifex illum capite luiturum diceret, nisi confestim vectigal redderet, ille imperterritus et sui propositi tenax se malle de vita quam de sui principis fide decedere pronunciavit, o, magnanimo viro dignam vocem, nec carnificis, aut Tyranni vultu effoeminatam, o, posteris imitandam fortitudinem, qua pulcherrimae mortis occasionem velut obviam: libens non detrectavit, ut tanquam victimae et Martyr suum sanguinem Deo dedicaret; sed imperator jus gentium violare veritus Despota principis legatum incolumen et illaesum dimisit, incredibilem illius dicatorum factorumque admiratus constantiam sospes igitur salvus etiam tot pecuniis, sed magis integra fide ad suum principem reversus tanta gratulatione susceptus est, ut illi venienti ter assurrexerit, ter publice gratias egerit⁵ Despotus.⁶ Secunda legatio illius ut minus laboriosa, sed magis honorifica. Nam Vladislaus Rex posthumus, Despoto gratificaturus; cum cuperet amicos illius Equites facere, hunc imprimis in gratiam Despota torquibus aureis donavit: quem honorem nunquam Domi obtentare voluit;

141 verso

¹ A kéziratban rendkívül megrongált a szöveg; *in ille* áll, mi teljesen érthetetlen. A javítást én eszközöltem.

² U. o. *formula* nyilvánvalóan hibás.

³ U. o. tévesen: *nimis*.

⁴ U. o. *crudelissimi(morum)*.

⁵ U. o. *aegerit*.

⁶ U. o. *Despothus*.

magis animi conscientia,¹ quam pompae splendore aut Equestri dignitate contentus; quo pudore claro, atque honesto non minus auctoritatis, at minus invidiae suos inter Cives comparavit. Quam vero illius justa splendida magnifica ampla fuerit militia; quantum laboris periculi molestiae sumptus, pro recipiendo Despoti² Regno, quod hostes occupaverant, susceperit, ut nihil arduarum et difficilium rerum stabili et perpetua fide pro principe adiuvando formidaverit. Danubius et Pannonia virtutum parens testis. Hinc illud olim scripsimus

Juni gloria magna Sergiorum
Cuius Militiae nivalis Ister
Et Pannonia bellicosa testis.

Neque enim in bello tantum; sed etiam in praelio versatus est atque inter confertissimos Christiani nominis hostes bis pugnasse bis vicisse dicitur, ductu et auspicio Janci Gubernatoris in cuius castrensi contubernio sumptuose instar principis curribus vectus; ut nemo magis in tot victoriis jure ac merito gloriari possit. Haec foris, domi vero duplicem legationem nec magis Ungaricam quam Turcicam gessit. Priorem aequae splendide magnifice administravit atque constanter. Nam cum Rex Mathias a nostris civibus Ulatei³ ducis demortui depositum peteret ausus et dicere: quod tu nunquam optime Rex faceres nobis faciendum suades. Nam tu quicquid polliceris omnibus exhibes et fidem vel hostibus servas; quam minore periculo posses praevericari; qui non modo tua conservare par es; sed etiam aliena obtinere difficilius velles quam posses: nobis vero quibus nihil praeter fidem integrum superest: si ea salva non sit, omnium gentium praeda atque ludibrium sumus: sumus enim quod jurisjurandi neglecta religio Deos ultores habebat: sic ille cum regem non Tyrannum gereret, huic deprecationi magis quam suae libidini locum dedit. Caeterum illa Turcica legatio magni et excelsi animi est; nec sine

142 recto

¹ A kéziratban tollhibából: conscientia.

² U. o. Despoti.

³ Nem bírtam e név történeti voltát pontos adat alapján megtalálani.

ampla et splendida mentis propositione: et maxime in hoc commendanda, quod nihil ad privatum commodum respicit: sed tota respublica ¹ est quae sola et unica causa est, tanti laboris, molestiae periculi suscipiendi. Quid de justitia talis ac tanti viri dicam sine qua Reges Tyranni Magistratus mera latrocinia sunt, in qua servanda quam rectus fuerit, testis curia, testis Magistratus, testis publice et privatim tota civitas; quod natura, quod usus, quod juris et aequi cognitio, quod recta ratio suaserunt, illum semper et fecisse et dixisse neque gratiae, aut simultati, aut privato commodo quam justo et aequo illum tribuisse: aut potius voluisse tribuere: imprudenter enim laudantis esset dicere nunquam illum titubasse; nunquam exorbitasse, ausim tamen affirmare quandocunque placuerit, opinione non voluptate lapsum fuisse, cujus rei cum clara et constans fama sit, et adhuc recens recordatio, illorum qui vivunt; me nihil falsi dicere, nihil veri silere, nihil in gratiam facere non modo senatus, sed etiam tota civitas est testis locupletissima, quorum assidue non meminisse, ut ingrati esset animi, sic etiam civis, cum de republica tum etiam de bonis moribus male merentis. Neque vero illud liberalissimi patris exemplar bonis civibus non imitandum quod tibi opem trevir ² prudentissime ut ille magis integer reipublicae vacaret; jam provectori totam rem familiarem gubernandam commisserit? Nam cum Senum praesertim tenacitas et avaritia sit morbus insanabilis; ita omnes supraquam oportet, aut decet invigilant et serviunt pecuniae, cuius habendae cupiditas una cum ipsa crescit, ille degeneris et abjectioris animi putavit esse, privatae rei studio a publicis rebus averti. Quare curas familiares filio commendavit ipse senatoriis muneribus acriter indulsit quod utrumque bene et commode successit: nam quo plura in filium contulit eo plura possedit: illius opera crescentibus divitiis quas omnes filius ad patris imperium tenuit, neque aliter quam jussit tantae liberalitatis auctor dispensavit omnia solus habens, atque omnia.. dilargitus. Neque vero tam pervigilem Argum fuisse fabulamur;

142 verso

143 recto

¹ A kézirat másolatában: reipublica helytelen.

² A kormányzó collegium czime.

neque illos Dracones quorum alter poma, alter aureum arietem custodiebat: quantum ille pro vectigalibus et publicis bonis et legibus et justitia tutanda: fixos inconviventesque oculos et soporis immunes habuit; exhausto tamen (ut fit) saepius aerario; propter gravia tributa et finitimorum hostium sumptus sic patriae suffragatus est: ut non solum investigandae pecuniae verbis hortator fuerit, sed etiam oblati ultro divitiis coeteris Senatoribus exemplar et praerogativam — dederit; ut nemo suspicatus sit illum aut pecuniis aut laboribus aut saluti suae pro republica parcere; proinde illum neque hiems intractabilis, aut pluvius dies, aut ardor aestatis, aut ulla corporis valitudo et ipsa morbus senectus, quin comitia et senatum frequentaret, unquam retardarunt; quem vero aut servire aut se vivo regnare passus est prout¹ reipublicae libertatis tuendae Clypeus et defensor acerrimus, cui non obstitit a quo non dissensit, cuius gratiam aucupatus, cui vel unico verbo ancillatus cujus similitudinem veritus? quid non libere et aperte fronte gessit, a quo unquam vel amico vel consanguineo pro patria abalienari timuit? quis ab illo tanquam a Catone injusta petere ausus? qua spe, quo emulamento, quo metu? quo dolo? qua gratia unquam a sententia potuit abduci, cui non inimicitias pro patria? cui non perpetuum bellum indixit, ut judicare nescias an justior an constantior fuerit? hoc idem de temperantia et omnium virtutum matre prudentia possum affirmare. Quarum alterius oris probitate, frontis verecundia, oculorum temperie manifesta et perspicua signa praebuit; alteram tot urbibus perspectis, tot moribus exploratis: tot diversarum rerum variis percepit eventis, hinc illius continentia, parsimonia frugalitas, modestia, sobrietas clementia, liberalitas circum-spectio providentia, docilitas, nec vulgaris memoria; sed qualis in Cynea aut Simonide; aut Temisthoele; aut Mitridate, sive in Seneca laudatur: sic ille, quae nunquam aut vidit aut audivit, aut legit memoriter tenebat: nihilque facilius quam injurias de more Julii Caesaris obliviscebatur: hinc illum conscia tot gestarum rerum recordatione et prae-

143 verso

144 recto

¹ A kéziratban: pro, érthetetlen.

teritorum reminiscencia oraculum quodam¹ esse diceres, neque Annales, fastus, historias² quotidiano sermone illius anteferes. Itaque in senatu nemo prudentius, nemo crebrius sententiam rogatus dixit; nemo gravius, nemo constantius. Quid dicam de corpore, cuius dotes breviter perstringam. Vires quas studio et industria rei militaris roboraverat labori subeundo pares, staturam magis proceram quam mediocrem, membra bellis accommoda firmissimas manus, sensus fere omnes integerrimos: conspicuum et venerabilem in senectute incessum: vocem bellicam et canoram, gestus omnis decoris plenissimos, cultus ornatissimos, sed citra luxum et nihil eviratos habuit; jaculari equitare et Romano more exerceri solitus, dotes corporis a natura datas, assiduo usu et tricocinii documentis auxerat: inde robore et arte lacertorum fretus, una manu binos arcus et una vice multis admirantibus saepius inflexit; quantum vix in singulis alii facere potuerunt; eumque crudam adhuc indolem sagittis ad scopum dirigendis exerceret, spectante Principe bis idem signum percussit, quare ab eodem praeter caeteros arcu et aurea pharetra, quasi solus hoc munere dignus haberetur donatus; sic ille quod semper dissilit et adeo diversum est robur et prudentiam vires corporis et ingenii conjunxit. Nec solum Ulyssem aut Ajacem, sed utrumque rarissimis dotibus praestitit. Quid dicam de rebus extraneis, patria, parentibus, patrimonio; patria illius caput Illyrici est; in sino Adriatico Venetis secunda. Nam semper illis primas partes tribuo, Illyriam vero ab Illuro et suis posteris denominatam omnium provinciarum amplissimam et numero gentium et diluvio quodam populorum affluentissimam esse nemo est qui nesciat.

144 verso

Nam quicumque Moscum interjacet ultimum
Thetymque germanam et mare ponticum
Et Dalmatarum Australe littus
Illyriae Imperio superbit.

Neque vero illa unquam procreandis illustribus viris effoeto corpore senuit; siquidem tot imperatores, tot Reges, tot

¹ A k eziratban: quodam.

² U. o. hystori as.

excellentes in omni doctrina et sanctitate viros; et quorum memoria nunquam interitura est, genuit. Quis Claudium ex Dalmatarum; quis Diocletianum, quis Aurelianum, Maximum, Probum, Constantinum et ex Triballis Justinum Romanos Duces, et imperatores Maximos Illuriciano sanguine procreatos non meminit? Quis Orpheum? Quis Zalmoxidem?¹ quis Anacharsim? quis Democritum? quis ipsum Martem ejus idem provinciae municipes inficietur? quis Quirinum Siscianum praesulem Martyrii corona illustrem? quis sanctissimum virum Hieronymum aequae linguarum, atque doctrinae et integritatis et omnium virtutum genere cumulatissimum non admiretur? ut taceam Gothos nobis Conterraneos: qui rerum potiti sunt: quorum etiam foeminas fuisse bellicosas ex Amazonum genere memoriae proditum est, ut Pontifices Romanos Cajum et Joannem etiam Martyrio coronatos² omittam: quis sanctissimum Regem Vladislavum cui coelitus corona delapsa est? quis illum qui se victimam pro re Christiana devovit nostri Regis Patrum satis praedicare posset? ut innumerabiles taceam. Hunc nostrum Regem Vladislavum cum bello, tum pace clarum, qui suis majoribus non tam nomine quam similitudine et cognatione virtutis respondet; quis orbis terrarum imperio dignum non judicet? Sed omitto nationes; redeo ad Patriam urbium Dalmatarum primariam, cuius originem indagare non tam necessarium quam difficile est. Constat tamen Epidauro³ a Sarracenis eversa huc reliquos cives migrasse, mox etiam posteriores Romanos ad Illuriam recuperandam bellum gerentes⁴ Reges secutos mortuo Rege ibidem consedissee et nostram Civitatem (hoc est) priorem Coloniam casu et fortuna auxisse. Nomen vero Ragusae⁵ inditum a regendo unius litterae permutatione cum Barbara colluvies Romanum sermonem ubique locorum depravaret: neque vero perne-

145 recto

145 verso

¹ A kéziratban: Zamolsidem.

² U. o. coronatus. A javítást én eszközöltem.

³ U. o. Epidario.

⁴ A *bellum* után a *gerentes-t* a helyes értelem helyreállításáért magam tettem a szövegbe.

⁵ Ragusa etymonját a *regendo* keresni legalább is kétes dolog.

gaverim nostram Civitatem multis nationibus coaluisse Romanis Graecis Sclavis. Nam si nimis antiqua repeto in nostris majoribus referam Aesculapium Apollinis filium et Epidaurum et Achaiam¹ quae post Ogygen habitata tantam famam in regendis civitatibus comparavit: ut S. P. Q. R. maximam legum et institutionum partem ab inde transtulerit Nostram vero Epidaurum non aliunde primitus fluxisse ipsum nomen testatur, cuius meminit Gregorius in Epistolis; et Hieronymus in Hilarionis² vita: et in quarto Caesaris Commentariorum libro mentio est: et in Plinio capite XXI libri III naturalis historiae³ quam ibidem fuisse etiam Romanam Coloniam facile cognoscimus. Quod si posteriore Colonia prior aucta est recte nos scripsimus.

Ocelle mi Ragusa, Ocelle mi patria
Soli marisque quod solum omne circuit
Propago vera verior Colonia
Bis prolesque Quiritum.

146 recto

Cum vero binominis Ragusae (ut Epidaurum sileam) alterum nomen sit Illyricum: nam et Dubrounicus⁴ hoc est silvia sive luceria dicitur nomen ipsum attestatur: haec loca Sclavos tenuisse: qui commerciorum⁵ usu et hospitalitatis vinculo: nostris majoribus socii confoederatique fugarunt ab his locis Sarracenos et omnes Adriatici Maris insulas et Garganum montem occuparunt: nostrae vero ditionis⁶ nedum omnia salva sed etiam in dies aucta reliquerunt. Quare cum fidem Christianam, nec sine nostrorum persuasione recepissent, multos ex illorum principibus in nostros optimates ascivimus. Praesertim Belli Regis socios: qui Romam profecti et mox una cum Romanis huc reversi sunt; ut Illyricum recuperarent quo Rege, quem secuti fuerant, apud suos Triballos mortuo et sepulto hic consederunt:

¹ A k eziratban: Achium.

² U. o. Illarionis.

³ U. o. hystoriae.

⁴ U. o. Dubrovnicia.

⁵ U. o. Commertiorum.

⁶ U. o. ditionis.

Sanctisque quorum reliquias secum attulerant suadentibus hic esse standum: nec usquam sanctiorem locum esse; nam nostri Majores in Epidauro Joannem Episcopum habuerunt; et ab inde profugi Christianis manibus huius Civitatis fundamenta jecerunt. Semper enim ab incunabulis Ragusa Christum professa, nec ullo vicinarum gentium contaminata est contagio: quibus expurgandis sacrae fidei lavacro nunquam desiit esse studiosa. Nam et feras gentes tanquam mater officio pietatis amplectitur et in gremio suo salutaribus aquis renascentes coelo donat: quare divinitus protegitur, et avitam libertatem perpetua serie conservat. et cum Athenae Lacedaemon Thebae et reliqua Graecia perierint, haec a tot fluctibus emersit; et quasi redivivus ignis ab extinctis carbonibus reluxit: proinde videre licet urbem Ragusam opulentam, magnificam legibus armatam¹ moribus decoratam, religionis domicilium, pacis nutricem, quietis matrem optimarum artium segetem et seminarium; alienis tutam, hospitibus amicam, bonis asyllum,² calamitosis per fugium, malis tamen perniciem,³ neque enim cum opus est rei militaris ignara, mare proximum tutata est. Nam ut navigantibus tutum praestaret accessum tot pyratas saepius captos suspensosque suae temeritatis poenas luere coegit infensa latronibus et pacatissima.⁴ Caeterum omissa patria, veniamus ad familiam cuius sucurculus ut major fere pars patritiorum Romano germine sobolescit: hinc illud summi poetarum Genus a quo Sergia nomen haec gens tot insignibus viris in nostra Civitate censetur: sed maxime Ceonico Pasquali⁵ nostro Avo et huius defuncti patre: neque enim de suo principe tantum benemeritus est: cujus ob singularem prudentiam a consilio fuit, sed etiam patriae tutela et publicae⁶ libertatis praesidium. Nam cum Chercegus Volachorum Dux

146 verso

147 recto

¹ A kéziratban: armata.

² U. o. asyllum.

³ U. o. perniciem.

⁴ U. o. pacatissima.

⁵ A Ceruinus-esaládnak ez az a hírneves tagja, melyről a bevezetésben szólottunk.

⁶ A kéziratban: publice.

sane¹ Dardanorum excursionibus et latrociniiis nostram regionem insectaret ab Ungarorum Rege per indutias ad Imperatorem Magmedem² suo sumptu legationem impetravit: qua sane tota nostra respiravit respublica, cuius opera latronibus illis ab Imperatore Turcarum visis quiescere nostris mercatoribus liberi commeatus esse coeperunt. Ideo cum Senatus noster sanxisset sumptus legationis, quos Ceonicus pro patria feceret ex publico sibi restituendos graviter deprecatus est; quod ille pro domo sua et patria non modo sumptus, sed etiam sanguinem cum opus esset effundere, non subterfugeret: CCCC igitur aureos et ultra patriae gratuitos pro sua liberalitate sponte atque ultro remisit. Secunda liberalitas illius rara in Civitate nostra quod suo labore partas divitias cum fratre communicavit: ita ut illum aequae ac se locupletaverit non solum vero mercaturis exercendis de more Civitatis dilatus est: sed tot proventibus et stipendiis pagorum, quos Toplicam Dubocizam et Gospogin potoch Illyrici vocant. Has enim villas, hos vicos dono principis vectigales habuit, ut taceam filiarum dotes, et quatuor generos; immo si fratris filias numerare velim plures. Hic igitur pater huic filio praeluxit; cuius splendor in sua posteritate crevit. Nam filius majus reliquit quam accoeperat patrimonium, plures honores in civitate nostra, quam pater gessit, ut qui XL. annos in Magistratu tanquam Fabius in auguratu vixit. Nam decies Rector in culmine civitatis stetit censorium jus, sive provisorium et tutelarum Blasii³ perpetuus Procurator et publici thesauri custos aerarius qui summus est honor creatus est omnium denique dignitatum quas gradatim suscepit, continuato cursu circuitum tanquam sol annorum, luna mensium vices iteravit: ubi illi neque fortitudo constansque perseverantia neque ulla tolerantia⁴ sive confidentia neque justitia sive aequitas continentia clementia⁵ modestia neque ipsa mater omnium

147 verso

¹ A kéziratban: sine. Így sincs sokkal jobb értelme. E szó teljesen fölösleges.

² U. o. II. Mahomet szultán.

³ Balázs védszent.

⁴ A kéziratban: tollerantia.

⁵ U. o. clementia.

virtutum in gubernanda r. p. defuit prudentia. Quae vero liberalitas illius fuerit tot largitiones in egenos docent. Nam Francissenis et Dominicanis annuas pecunias et aureas vestes ad Sacerdotes ornandos et festorum pompas obtulit: multo etiam plura semotis arbitris mercantium familiis dedit, ostentationis et aurae popularis contemptor in sororis etiam filia collocanda quadrantem dotis dono supplevit, multorum etiam preces muneribus praeventit et illis qui naturali pudore pati extrema mallent, quam petere per alios ut ipse dator ignoraretur saepissime donavit sanctissimos viros Paullinum Nolanum et Nicolaum Episcopos imitatus, atque illud praeceptum secutus ignorandum sinistrae¹ quod dextera dederit; neque nobis canendum tuba cum liberales sumus civium² vero animos non corruptelis, aut largitione sed humanitate et fide et benivolentia et integritate conciliabat et virtutibus cultum honorem reverentiam parabat neque enim turpem questum aut infame compendium aut illicitos census ut quadruplatores³ faciunt: Deo templis, aegrotis et omni ope destitutis, aut captivis redimendis ut non nulli faciunt obtulit; sed patris et suo labore partas opes et utriusque parsimonia conservatas; ad inopiam multorum sublevandam liberaliter et honeste deprompsit: sed quemadmodum vetustatis opinio fuit Herculi decimas offerentium divitias augescere, sic illa pia pecuniarum effusione magis magisque videbatur ditescere, qui licet in victu quotidiano parcus et frugi fuerit et modico contentus: tamen in publico largiores epulas dabat, tapetis auleis abacis splendidius et rara et excellenti suppellectile sumptuosus. Domus vero illius ultra privatos homines opulenta et magnifica est operosis cubiculis, luminosis fenestris, trabibus inauratis. Praeterea villas domos et omnia caetera nitoris plenissima. Venio ad ultimum actum et supremum vitae tanquam alicuius fabulae peractionem cum semper ab ineunte aetate rebus divinis cultum fidem observantiam pietatem praestiterit in hac

148 recto

148 verso

¹ A kéziratban: sinistre.

² U. o. civum = tollhiba.

³ Ez igen érdekes új szó a magyarországi latinság szókincsében.

extrema validudine, qua tandem ingravescente decessit, singula vitae commissa quae in toto vitae curriculo perpetravit optimo Sacerdoti confessus non minus lachrymis quam Sacerdotis expiatione penitus abolevit: et sic omni sordium aspergine detrusus puris sensibus ac sine ulla labe sanctissimum panem accepit.¹ immo Christum immo potius ab illius immensa magnitudine receptus² est; in illo et per illum per omnia saecula sine fine permansurus. Quare non dubium est Junium Sergium Avunculum meum propter vitam integerrime actam et ultimam mortis sanctimoniam: Deo optimo conciliatum aeternae foelicitatis gaudio perfruiturum. Quod cum ita sit, cum praeterita si qua est humanae vitae foelicitas tum praesens quae vera est et solida gloria luctus muliebres ululatus lachrymas planctus querelas lamenta maenias dehortari videntur. Nam si flemus illos qui fragilitatem incorruptioni.³ mortalitatem immortalitati mortem vitae commutarunt non illorum, sed nostra lugemus incommoda, quorum jucundissima consuetudine atque dulci praesentia⁴ sumus orbat; sin vero qui suum diem tam pie, tam sancte ac devote obiverunt miseros aut nullos putamus, maligni atque ingrati divinae clementiae et illorum foelicitatis interpretes sumus, quare ut recte sentiamus illum nobis coelitus delapsum haec putemus dicere.

149 recto

Qui modo fretus eram germano corpore, cuius
 Hospitium consors pars fuit una meis,
 Hei mihi divellor quicum spiravimus una,
 Concordes qui cum res simul una fui,
 Corporis atque animae nexus solvuntur amici,
 Copula naturae mutua parque fides.
 Hinc procul invitus quamvis ad sidera cessi,
 Invitus membris auferor ipse meis.

¹ A kéziratban: accoepit.

² U. o. recoepit.

³ U. o. *corruptioni*, nem fejezi ki az ellentétet, mely a következő két szó egymásmellé helyezésében is megnyilatkozik.

⁴ U. o. *presentia*.

Verum operae precium est divortia cernere nostri
 Corporis et tanti est flebile dissidium.
 Namque¹ ego nunc foelix tenebrarum et carceris expers
 Laetor ab humana colluvione procul.
 Ut prius includor, nec carcere sive sepulcro
 Nec patior tenebras, quae mihi corpus erant,
 Lux mihi natalis mors est: haec ultima meta
 Mortis et aetherae lucis origo fuit.
 Adde quod hic pulvis redivivo corpore surget
 Nec cinis est tumulis irrecidiva² suis
 Namque³ hominis facies mea sole micantior ipso
 Clara renidescet, praepes et ales erit.
 Interea sobolis reparabimur indole: namque:⁴
 Hic patris ille, sui filius instar avi est.
 Ergo querelarum jam sit modus: ecce supersum
 Caelo anima, in terris posteritate mea.

Finis.

¹ A kéziratban: Nanque.

² Az *irrecidiva* itt a vers kedvéért áll; de soloecismus; mert a cinis-szel nem egyezik.

³ A kéziratban: Nanque.

⁴ U. o. Nanque.

X.

Bevezetés.

Ceruinusnak a Vatican 2939. sz. kéziratában két levele fordul elő ily czímmel: *Episcopo Varadiensi*. Van még egy harmadik is, melynek nem ez a czíme, de mindamellet nem kétséges, hogy szintén püspökhöz szól.

E levelek 1501 nov. 13-án, 1502 okt. 26-án és 1509 május 14-én irattak. A püspök neve nincs említve, azonban máshonnét tudjuk, hogy Ulászló király kancellárját, a veszprémi püspököt (Szatmári Györgyöt) a nagyváradi püspöki székre helyezte át és hogy ezen püspöki széken egész 1506. évig ült, hol Turzó Zsigmond követte, ki székelt 1513-ig. György püspök Ulászló kedvence volt, a ki VI. Sándor pápához intézett levelében dicséri az ő „ingenii dexteritatem. singularem fidei integritatem litterarumque eruditionem“. Az első két levél Györgyhöz, mint a király kancellárjához iratott.

A harmadik levél (vat. cod. 2939. fol. CLIV—V.) a címzettet így szólítja meg:

„Reverendissime in Christo pater et domine.“

Ezen megszólítás azt mutatja, hogy a levél püspöknek van írva. Dr. Rácski Ferencz megjegyzi, hogy „magában a levélben két olyan hely is van, a miből azt lehetne következtetni, hogy az uralkodóhoz volt intézve. Hasonlóképen a végén is azt mondja, hogy török követek jöttek a Dunamellékéhez, hogy a fegyverszünetet meghosszabbítsák „cum rege nostro“, a ki alatt csak II. Ulászló érthető“.

E levél zavarba ejt. Az egész azért iratott, hogy a királyi udvarba esekedve vágyódó költő áradozó hízeltetését kifejezze a király iránt, de másfelől a hang bizalmasabb, mint a mely egy az uralkodóhoz folyamodó szájába illenék.

Azt hiszem, hogy a kódex írója egy a királyhoz intézett levél mellett a kancellárpüspökhöz küldött kísértő levelet contaminálta a királyhoz intézett folyamodvánnyal.

E három levelet a Starine után közlöm, dr. Rácski Ferencz szövege szerint.

ELSŐ LEVÉL.

„*Aelius episcopo varadiensi S. P. D.* Indulgentia tua, non censura, fretus ad te scribo; quod me non exilis fortuna aut ullius doctrinae fiducia aut ulla virtus, sed opinio et fama constans tuae benignitatis facere subinvitavit. Nam quod in me desideratur dignum aliqua commendatione (multa autem, immo omnia desiderantur), incredibilis humanitas tua et pudor ingenuus et simplex et lacteus candor copiosissime praestabit. Videre mimirum videor, nec iniuria mihi spondere possum, tuo patrocinio me apud regem et commendatum et commendabilem fore. Licet nempe superioribus annis illius maiestati quaedam poemata nominatim dedicaverim et proximis diebus nostri memoriam paene exoletam per epistolam et longiores elegos interpellaverim: nisi tamen tu favore atque auctoritate, qua plurimum et secundum regem polles, et illa tua comi facundia et nectaris instar oratione dulci, quam Homerus Nestori tribuit, praesto esse et opitulari volueris, qua parte illi placere possim non video. Quod si volueris quantum potes, bene mecum agitur, et supra spem et supra vota; sin minus non est, in quo confidam, hoc est per me nequeo commendari. tuae vero commendationis usura non esse commendabilis non possim, quam praerogativam si mihi praestiteris, vel immerenti, sin minus re, saltem animo conabor mereri, cuius magnitudo quamlibet facultatem apud rectum iudicem aequabit; si modo, cum gratias habemus, solvimus et cum solvimus, habemus,

ut noster Cicero putat. Quare digneris me plusculum regi commendare; quod fortasse mutuum dabis. nam invicem nostris monumentis aeternitati te commendabimus. seu quod magis dicere volui. commendare pro viribus conabimur. seu quod prosa. seu versa oratione possum. quod utrumque plerique admirantur. ego multo minus esse puto in dies. tamen non nihil auctum iri spero tuae gloriae splendorique praedicando totum inserviet; nec unquam desinam tibi cliens esse devinctus atque obnoxius. Vale. meque commendatum habe et eo magis quo minus sim commendabilis. Datae Rhacusae anno salutis MDI. idibus novembris.“

MÁSODIK LEVÉL.

„*Aelius episcopo Varadiensi, suo principi.* Credo te publicis occupationibus distineri, aut potius in maritando rege¹ et tripudiis et reliquis nuptiarum delitiis fatigari atque, ut Helenae poculi, omnium oblivisci, iocosque inter et Fescennina dicteria nihil loci esse aliorum spectare, nedum aliquid serio aut dicere aut cogitare; ac propterea negotiis gravioribus interimmissis scribendis litteris non vacare. Nam quod mihi non respondeas, ne te per arrogantiam facere credam, candor et humanitas tua deprecantur. Ergo mihi saltem post repotia responsurus es; et ita spero, quando tibi, candidissimo homini nihil facilius nihil gratius est. Neque nimirum te puto tuam timere liberalitatem, aut benevolentiae esse parcum. quod utrumque a te postulo et nihil praeter. Haec vero et immerentibus, quae tu faciliter praestas quo magis te mihi praestaturum confido, quod non tam usui meo quam tuae gloriae inserviet et non sunt munera dantis dat et accipiens. quod utrimque est maxima merces, totaque

¹ Itten Ceruinus II. Ulászlónak Annával kötött házasságára ezélez, ki Franciaországba Velenczén át s Horvátországon keresztül jött Magyarországra és 1502. aug. 10-én megkoronáztatott Székesfehérvárott. Az esküvő Budán volt: Ragusa városa is képviseltette magát az ünnepélyen Guëttië Kelemen és Rajnini Marinus által, kikkel a város egyúttal 4500 aranyat érő ajándékot is küldött.

auctoris. An adhuc consultas, quid facturus es? Mehercle non puto nam,

„Gratia, quae tarda est, ingrata est gratior namque
Quae fieri properat, gratia grata magis.“

An adhuc animum meum potentiolem vis esse? nam litterae meae balbutientes male illum produunt, male arguunt, male internuntiant. Quid si ita est balbum lectorem quaere, nam balbi balbos intelligunt; illi iudicabunt, illi expriment meas cogitationes. Sin minus sermone plano h. e. latino, saltem nutu et signis. Sed tamen, amoto ludo et ambagibus, paucis accipe quod volo; si potes, accersas et egere vetes et scribere cogas.

Nihil praeter tuam et regis benevolentiam et liberalitatem postulo. Minerval domi habeo honestum; tamen si vestrum est honestius, vale Rhacusa!.. Hoc facio, quia me foris aegre meo sumptu sustentarem; alioquin nemo me esset liberalior; quod facere penes te est, facias; ego quoque quod mearum partium est, navabo diligenter. Neque similior vobis, quod offeror, quia Venetis invitor, nisi me Traianus Bullanus¹ fallit, qui me per litteras publicitus accersit, ut Venetiis quanti velim, doceam. Idem Alexander Farnesius, cardinalis et Paulus Ursinus, me Romae facere vellent. Sed ego a vobis conduci mallet et istic studia optimarum artium profiteri. Quaeris, quanti contentus essem vobis annuam operam locare? Ingenue fateor: ducentis Vladislavis; aut CCC, si non tuus essem convictor, ita pluris oporteret propter sumptum, quem facerem, et filiolas,² quas tres habeo indotatas, quibus maritandis me aliquid peculii corrogare, vobis non esset indecorum. Neque tam labori meo quam gratiae tuae referrem, quod nulla aetas conticesceret: scirentque posterius de te, quod de episcopo Nolano aut s. Nicolao praedicatur, ne dicam de Phalari, qui licet tyrannus,

¹ Ceruinus e barátja tiszteletére, ki Velenczébe hivta, irt egy költeményt: ad Traianum Bullanum. Urbs Veneta czímen (cod. 1678. fol. 18—20.)

² Ceruinus nejét ifjan veszté el. Három leány gondja terhelte. Innét az ajánlkozás jobb javadalmú állásra.

magnifice et liberaliter fecisse dicitur, quod Stesichori poëtae filiabus legitimas dotes impenderit. Quod si mihi quis faceret, non esset deis immortalibus inferior, et merito quidem nam deus est mortali iuvare mortalem.

Ego cum Cinthio tuam epistolam ostendissem (is nimirum nuper in meam domum divertit, duarum triremium praefectus) in qua scribis, ut animum meum patefaciam tibi, consuluit, ut omnia, quae velim, aperte tibi committam, cui vel Cereris sacra recte possint ei quaelibet mysteria credi. Uterque de tuo candore et humanitate non dispar tulimus iudicium; uterque tua verba non vulgi, sed magni ponderis esse putavimus. Quare mihi currenti calcar addidit, ut tibi totus addicar, totus devovear, ac meam tibi simpliciter detegam voluntatem; ita nimirum commodum atque operae pretium fore putavit.

Quod si meus animus patet, si voluntas mea tibi cognitissima est, vide quid agendum sit mihi et consule, tuum mihi consilium erit instar oraculi. Ego illa, quae mihi iusseris, me facturum polliceor: atque tantillum a tuo nutu deorbitabor modo vicissatim intellexero, quid me facere iubes.

Parturiebam opusculum hexametro carmine, dum haec scriberem, quod eram ad te missurus: sed prius solvit tabellarius, quam edidi: quare aliam mittendi expecto occasionem.

De rebus novis nihil habeo, nam illud vetus est. Italiam more cameleontis in horas et in singula momenta mutari; et orientemque semper monstra parturire, nunc etiam adorare; neque ulterius pictorum sola basiare regum, sed municipem tiaratam, novam Semiramidem, non armis sed trabea et gemmis indutam lucem, imperatorem immo deum haberi, ut de Sertoriana cerva¹ jam plane vetustati credendum sit. Haec tamquam ab illa Platonis republica, quae nusquam est, prosiluerit, legem communibus nuptiis promulgavit. Ita nempe

¹ Czélszás Sertorius gimszarvasára, mely Dianától ihletve jóslatokat és intéseket adott S.-nak. E gimszarvas eltűnéséről, csodás megkerüléséről csinos elbeszélés olvasható Galliusnál. N. A. XV. 22.

oratores nostri se compertum habere nuntiant. Rursus Saturni morem revocat omnia inter consecratos indivisa atque aequalia faciendi. Itaque nunc Venus et Juno apud Arsacidas promiscua est et tamquam non una sed utraque lateat in felle, haec opes illa suas delicias praestat; nam ubi terram matrem pedibus scalpit, affatim aurum emicat et ingentes divitiae scatent, quibus stipendiis suos complices et sequestres ditat. Huius animalis consultorem dicunt ephoebum regem, pulcherrima facie praeditum et instar Bachi aut Apollinis investem, ut uxores ita omnia omnibus sua communicare, omnibus patere, omnes admittere cuiuscunque haeresis, atque tamquam Veneris baltheo omnes ad te vel christianos allicere quos pluris quam Magmedis professores, facit. Haec insuper mendacia dicunt: campos, quos ille devoverit, sterilescere, quod victum denegantibus diras imprecatur, rursus illorum, qui comneatum praestant, omnes agros fortunari. Hanc vero augeri religionem, quam fratres illi maiores ancillantur, et hoc facere se pradicant iussu coelitem, quos illum saepius allocutos fuisse testantur. Qua credulitate subiungantur animi Turcarum, ut iam apud illos assidue transfugia et defectiones fiant. Ipse imperator cum hanc rem in coetum et concilium suorum procerum retulisset et prudentum responsa poposcisset, post multas eorum altercationes decretum est: hoc bellum omnino esse totis viribus capessendum, et Alisophum cum suis sequestribus, magis quam christianos omnes hostem iudicandum. Neque obstitit, quin hoc decerneretur, quod orator Arsacidum nomine sui regis pacem oratum accesserit et munera non parvi pretii obtulerit: unum tapete Babylonici operis, libros tres regiis decoratos umbilicis, et camelos XX; libri unius evangeliorum Christi materia est, alterius lex Magmedis cum quibusdam controversiis, tertii historia a condito aevo. Sed Turca fraudum consultissimus, timet Arsacidas et dona ferentes; et mavult bellum apertum, quam simulatam pacem. Nam haec illi legatio, tamquam exploratio esset, et insidiarum plena, suspecta fuit. Quare infecta pace orator seu magis speculator discessit; Turca vero hoc unum bellum cogitat, hoc unum machinatur, cetera h. e. christiana quolibet suo dispen-

dio ommittenda putat. Haec scripsi ut potui citius quam asparagi coquantur, quod utinam epistola non probet. Si videbitur rursus ad me illam remitte, ne illius exemplar meus desideret librarius. Nam licet non digna sit inter reliquas reponi, tamen illa mihi digna videtur, licet monstrosa sit, qui forte fortuna, ut simia facio, turpissima bellua, quae suos tamen partus pulcherimos putat. Utcunque est, nemo qualescunque liberos sanae mentis interire cupit.

Reliquum est te rogare, ut Blasium Mlascognam, cui has litteras ad te dedi, quem, tamquam alterum, me am tuorum numero adgreges. Dignior alter nemo sodalitis est, nemo favore tuo. Neque habeas commendatum et regi nostro serenissimo me de manu in manum, ut dicitur trades; nitriensique reverendissimo, meo veteri amico, me insuper commenda. Datae Rhacusae MDIIVII. Calendis Novembris."

HARMADIK LEVÉL.

„Reverendissime in Christo pater et domine. Post debitam commendationem. Crimine quo merui, regum placidissime princeps, quove errore miser, ut praeter amicos tuos omnes ego solus absens sim, nec ore tuo nec vultu nec sermone perfruar. Quo desiderio tam diu maceror miser nec magis servus libertatem, exul post liminium veniam, deportatus gratiam, eiectus portum desiderat, quantum ego te videre, te alloqui et tuae maiestati genuum cernuus ac supplex adorare cupio. Quod si mihi contigerit, et vivam et moriar felix, alioquin nec vivam nec moriar libens. Nam licet et in senatu sim et inter meos nemini secundus sententiam roger, tamen adeo desiperem si non tuam benevolentiam ac liberalitatem, quam Nolanum senatum, pluris facerem, licet sententiis dicendis, patriae tutandae et in dilecta rerum non indecores simus, sed nihil ad tuum equitatum caesar; quod si fortuna mihi obsecundaret iam diu te coram tuendo meos oculos explessem; sed quia non licet, animum expleo, qui te absens absentem auditque videtque. Ut autem magis hoc desiderium leniam, frequenter ad te

scribo. Quod si rescriberes, tecum colloqui praesens viderer, neque tantum intervalli et meam incusarem fortunam; praesertim si cognoscerem tuam erga me non exolevisse benevolentiam, aut sane nihil est temere quod proferam; adeo in illa omnes spes opesque meas sitas puto, ut cuiusvis rei quam illius iacturam mallet. Quod si me diligis, hoc saltem tuis litteris declara, ut vivam, ut moriar libens, nam nulla re magis, quam tua me gloriari iuvat amicitia. Quod si diutius taces, ut Amyclae¹ silentio pereo, sin vero loqueris, tui sermonis melle politi, velut Mercurii virga reviviscam aut in gramine Glauci² fiam immortalis.

De rebus meis hactenus. De rebus publicis accipe: imperator per plures dies non prodiit in lucem, quod graviter aegrotantis indicium esse dicunt; oratores tamen illius ad Danubium morantur, pro rogandis indutiis cum rege nostro. Arsacidae vero nescio, quid machinantur, nam novus Pacorus rediit ad Cappadociam, propterea in oriente tumultuantur.

Vix haec paucis cetera quae vestra plurimum scire interest, nec hic scimus. Quod hostes apud Danubium machinantur, aedificando³ ponte opus est, ne ripae insanis praesidiis⁴ deserantur. Vale. Datae Rhacusae MDIX. postridie Idibus Mais.“

¹ Serius magyarázata szerint Amiclaeben törvény tiltotta meg szólani az ellenségről, nehogy a lakosság ijedtségében fejt veszítse, de ép ez okozta Amyclae vesztét (Vergilius Aen. 10, 564.).

² Az anthedoni halász, ki a rege szerint bűbajos füvek élvezése következtében magát istentől megszállottnak érzé és a tengerbe ugrott, hol Tethys és Okeanos tengeri istenné tették.

³ A szövegben érthetetlen: edicto.

⁴ A szövegben érthetetlenül *praeciis* (sic!) van. Itt a part őrizéséről van szó.

XI.

PHILIPPI BEROALDI BONONIENSIS AD NOBILEM PHILIPPUM GYULANUM PANNONIUM DISCIPULUM SUUM EPISTOLA¹.

Isocrates ille summus disciplinae Rhetoricae professor: ex cuius ludo litteratorio tanquam ex aequo (sic!) Troiano innumeri principes exilierunt: super discipulis duobus theopompe atque ephoro ita diiudicabat: ut alteri frenis: alteri calcaribus opus esse dictitaret. Tu vero mi Philippe theopompo quam ephoro similior: non tam stimulo egres ad studia excolenda quam freno. Cum tuapte sponte propensus adeo sis ad litteras sitienter hauriendas, ut ardore quodam inflammatus rapi videaris. Et cum doctoris officium sit ut docere, discipuli ut velit praebere se docilem: ego quidem operam do: ut ex promptuario meo penora neque mucida neque putrida tibi expromantur. Tu autem tanta ingenii docilitate existis: ut dociliores te oppido quam paucos cognoverim. Jam sexqui annum in meo contubernio mecum degis, quo toto tempore nulla per incuriam dies transmissa est: quin aut ipse tecum aliquid musitaveris: aut ex me quidpiam audiveris dignum auditu dignum memoratu. Ex hac vigilantia: ex hoc pertinaci studio, ex hac quotidiana exercitatione tantum profecisti: ut linguae vitiligines repurgaveris: ut salebras barbarismorum: qui transmontanis fere gemini ac peculiare sunt: latinitatis dolatorio levigaveris:

¹ Az Ábel-féle Praefatio-gyűjteményhez méltóképp csatlakozik e praefatio, melyet közlés végett Balogh Elemér pozsonyi ev. ref. lelkész úr volt szíves átengedni. Gyulai a bolognai egyetemen lehetett Philippus Beroaldus tanítványa. Az eredeti nyomtatás ismert rövidítéseinek kiegészítésével adjuk a szöveget.

ut iam ipsa & versu pericliteris ingenium. Et cum in eo sis adolescentiae lubrico, in quo fere aut cadere, aut titubare contingat te nullus vitiorum turbo iactavit, non delitiae nostrates: non condiscipulorum sodalitates: non illicibiles voluptates transuorsum trudere potuerunt a cultura litterarum: sine quibus cultus omnis est incultus & vita vix vitalis. Non fecisti quod conplusculi scholasticorum: qui ad nos prout barbari veniunt, ita barbari in patriam revertuntur: rigidi prorsus et indolatiles: quos nulla scobina clinare: nulla ascia possis expolire. Coeperunt tamen aut pridem: quod mihi magnae voluptati est: plerique omnes transmontanorum me potissimum auspice et doctore barbariem exuere elegantiam induere. Nitorem linguae detersa rubigine ostentare: nec tam verbosas leges sectari quam eloquentiam latialem assectari: quibus non tam cordi est Bartolus et Baldus quam Plautus et Plinius: tu autem impensam operam das: ut in pannoniam nitidior redeas atque elegantior: neque nulla ex parte sis Gyulanae familiae dehonestamento: quae clara honorataque apud pannonias est: ex quo non pauci longo ab hic seculo extiterunt nobilitate monstrabiles: et in presentia tres fratres tui Ladislaus. Georgius, Nicolaus praefecturis militaribus decorati, inter quos Georgius quem morem non nitatur: cum primis enitescit. Comitatus affabilis: liberelitate munificus: bellica virtute per pollens: et ob id maximo panoniarum regi periucundus. Qui cum bellum continenter gerat adversus turcos truculentos: eum ducatu bellico exornatum veluti obicem opposuit procellae efferatarum gentium suffrenandae atque ferociae retundendae. Tu vero militiae huiusce nostrae litterariae sacramentis initiatus. Et eloquentiae candidatus: nihil omittis earum rerum, quae tibi, quae tuis, quae familiae esse possint ornamento. Quod mihi hortamentum sane fuit et incitabulum ut tibi nuncupatim dedicarem commentarios Tusculanarum quaestionum quos nuperrime excudi: quibus spero me dedisse tale temperamentum: ut neque immodice extuberarent: neque auguste astringerent: quorum doctrina: neque promiscua est neque pertrita utpote ex philosophiae deprompta sacrario: intercisum flosculi intextum: ut spirantes suaueolentiam magis:

quam graveolentiam. De tota re tu caeteri sinceri lectores bene opinor iudicabunt. Virulentorum linguas et oblatratorum morsus nihil moror. Quod superest deum rogo at mihi tantis per vitam proroget: dum ero ad hanc commentandi facultatem idoneus. In manibus sunt commentarii apuleiani: quos intervallo brevi intermissos ad officinam revocare contendo: ut litteratoria incude formati usui esse possint mercis nostrae negociatoribus et condimentorum nostrorum alimenta sectantibus. Vale et dilige doctorem. Habes mi Philippe commentarios tusculanarum quaestionum totidem a me mensibus, quot libris constant pro virili parte exactos elucubratosque: singulis enim quaestionibus singulos menses impendimus, subsicivis tamen horis ista tractantes: alio qui ut optime nostri: lectionibus publicis privatisque distenti. Scio plura congeri addique potuisse: nec infitior: sed parcendum fuit aurium fastidio: cum non minus interdum peccet: nec minus fastidiendus sit qui effusius dicit: quam qui astrictius: spero haec annotamenta studiosis et bonae frugi scolasticis profutura, placituraque: et tibi potissimum, cui nostra omnia qualiacumque sunt probantur. Vale.

Commentarios hosce quaestionum a Philippo Beroaldo diligentes compositos. Impressum Venetiis per Simonem dictum Bevilaqua. M.CCCC.II. die decimo Septembri.

Omnes sunt terni. A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M.

N. O. P. Q. R. S. T.

Τελευτη.

Commentarii quaestionum tusculanarum editi a Philippo Beroaldo.

XII.

Az Ábel által kiadott *Analecta* és az ő hagyatékából kiadott *Analecta nova* cz. gyűjteményekbe fölvett Mátyást magasztaló epigrammákon kívül a *Delitiae CC. Italarum Poetarum hujus superiorisque aevi illustrium collectore Ranutio Ghero* CIÖICCVIII II. 353—354 lapján találtam a híres Angelus *Politianus*-tól írott következő két epigrammát, melyeket a Mátyás udvarában felállított nagyszerű kút díszítésére Florenczből küldött marványszobrokról írt.

In fontem Ungari Regis.

Usque Florentino vectum est hoc marmor ab urbe
Matthiae ut regi largior unda fluat.

In eundem.

Tusca manus, Tuscum marmor, rex Ungaris auctor,
Aureus hoc *Ister* surgere fonte velit.

U. o. II, 789. találtam még a következő eddig ki nem adott epigrammot: Julius Caesar Scaliger „*Heroes*“-éből:

Mathias Scaliger, cognomento Corvinus.

Romano inuictos deuici robore Parthos
Parthica nam generis semina Turcus habet.
Romano intacta, est mihi gens deuicta Scytharum:
Finibus et passa est cadere torua suis.

Bis tricena inii sub signis proelia pulsus,
Bis sum non victus: caetera victor abii.
Sarmata pro ludo est: terror Legionibus, armis
Germanus didicit dura timere meis.
Plurima pro patria Caesar, pro se omnia semper,
Unquam pro me ego nil, omnia pro patria.
Non mi est Hungariae regnum: donamus, at orbis,
Quam sic defendo, caetera turba mea es.

Johannis hantael de hanti Lerespomen
Casi Secus:

R^m in Christo Patri ac Dno D. Sigis-
do Ligo Viradenti dignissimo Domino cha-
rissimo et obsequio Antonius Gajus Becas
us Artium, et Medicinæ professorum omnium
municus S. P. q. comendat. humiliter dicit.

Quantum et q̄ amabile, utrumq; secus in te sit
R^m mi Dñe consideravi sēp̄ et semper obstu-
pi, nō aliter quippe, q̄ sancte ille mulieres, in
prima sabbati, post parasceue, cū aromaticis ad
Dñicum sepulchrum accedentes, ut Redemptoris no-
stri Iesu benedicti corpus inungerent, quando ange-
lum viderūt, mire pulchritudinis, stola indutus ut
nix, candida facie p̄fulgida rutilantem, ut Euāge-
lista Mattheus scribit. Cum enim ad corpus et
extrinsecum decus tuum aspicio, te diuitem, et profa-
pia generosum, etate iuuenem, specie formosum, Di-
gnitatis officio, uenerandum, ep̄ali et candidissima ch-
risti uigie indutum, cœlestis angeli p̄fers imaginē.
Cū nō corporis etiam clausis oculis, intrinsicā et p̄stā-
tissimam, admirabilem, animi tui pulchritudinem
contemplari uoluerō, nō tantum admittor et obstu-
pro, uerum etiam i contemplatione mea totus de-
ficio. Nō secus q̄ qui se putat, ut aquila, fixis i Solem

A kézirat első lapjának fac-similéje.



A kézirat egykorú bőrkötésének fac-similéje.

XIII.

GAZIUS ANTAL HUMANISTA ÍRÓNAK

EGY KIADATLAN KÉZIRATOS MUNKÁJA,

MELYET THURZÓ ZSIGMOND VÁRADI PÜSPÖKNEK AJÁNLOTT.

ÍRTA ÉS A M. TUD. AKADÉMIA I. OSZTÁLYÁNAK 1903. ÉVI MÁRCZ. 2-ÁN

TARTOTT ÜLÉSÉN FELOLVASTA

DR. RÉCSEY VIKTOR,

Bevezetés.

Az ezredévi kiállítás sok, addig nem ismert hazai történeti emlékünk felderítésére szolgáltatott alkalmat. Csekélységem is azon kitüntető megbízásban járt el, hogy országszerte összekeresett ily kiállítandó, ismert és ismeretlen történeti emlékeket. Egynéhányat ezek közül már volt szerencsém a maga idején és helyén bemutatni. Egy azonban és tán a legértékesebb még hátra maradt, mivel a megbeszéléshez megkivántató adatok felkutatása hosszabb időt vett igénybe.

A szepességi káptalan régi könyvtárának poros polczain, a szepeshelyi templom tornyában ugyanis többi között egy kéziratot munkára akadtam, mely további utánjárásom szerint hazai és külföldi szakembereink előtt eddig ismeretlen maradt.

Értékét emeli azon körülmény, hogy külföldi tudós írta egy hazai főpapunk számára és annak ajánlotta és később tulajdonát képezte a híres *Henckel Jánosnak*, Mária királynőnk udvari papjának.

Tehát itt három egyéniség érdekelhet bennünket, *Antonius Gazius*, a szerző, *Thurzó Zsigmond* püspök, az ajánlás elfogadója és *Henckel János* a tulajdonos.

A kérdéses munka czime:

„*De tuenda et proroganda viridi ac florida hominis iuventa Libellus*“, quem *Antonius Gazius Patavius, Artium*

et Medicinae professorum omnium minimus ex uariis sapientium antiquorum sententiis collegit et in Christi Jesu nomine feliciter incipit.

A munkának külön czimlapja nines, hanem, mint a régi kódexek, mindjárt az előszónak beillő ajánlással kezdődik, melynek rubruma ekként szól: „R^{mo} in Christo Patri ac D^{no} D. Sigismundo Episcopo Varadiensi Dignissimo Domino charissimo et observandissimo Antonius Gazius Patavus! Artium et Medicinae professorum omnium minimus S. P. quem commendatum humiliter dicit.”

A kézirat colophonjában pedig mondja a szerző, hogy ezen munkáját 1508-ban fejezte be és következőképen végzi:

„Diuino cooperante auxilio et propitiantibus sanctorum suffragiis Ego Antonius Gazius patavus artium ac Medicinae professorum omnium minimus Librum hunc compleui die XVII. Aprilis currente anno salutiferae incarnationis 1508. Pro quo sit nomen Dei benedictum ex hoc nunc et usque in seculum.“

Miután a Gaziusra vonatkozó biographiai és bibliographiai munkákat átkutattam és ezt a művet nem találtam köztük, utána néztem személyesen Páduában és ott az akkori egyetemi rektor *Carlo Francesco Ferraris* és az egyetemi könyvtár igazgatója *Dr. Marco Girardi* szíves készséggel kezemre jártak és Gaziusnak alábbiakban ismertetett kézíratairól értesítettek.

Megtudtam Páduában, hogy ott sem ismerik szerzőnek ezen művét, valamint arról is megbizonyosodtam az ottlevő kéziratokkal való összehasonlítás által, hogy Gazius ott meglevő kézíratai a mi könyvünkkel egy és ugyanazon kéz művei.

Velenczében a „Bibliotheca Marciana“-ban is kutattam Gaziusra vonatkozólag és ott *Dr. Marpurgo Salamon* könyvtárigazgató szíves volt Gaziusnak ottlevő kézíratait rendelkezésemre boesátani. Alább írónk kézíratainak kiadatlan jegyzékében erre még visszatérünk.

Mivel tudvalevő, hogy Gazius élte vége felé hosszabb ideig Lengyelországban működött, ott is kutattam és *Estreicher Rozbierszky Károly* a krakói egyetemi könyvtár

igazgatója, ki maga is foglalkozott Gaziussal, szívesen kezemre szolgáltatta adatait.

Ezek alapján tárgyalom először kéziratunk tartalmát és irányát, *Gazius Antal* rövid életrajzát és irodalmi működését, bemutatom röviden *Thurzó Zsigmond* váradi püspököt, kinek a munka ajánlva van és adom a kézirat külsejének leírását, felemlitem a későbbi tulajdonosokat.

Sajnálom, hogy minden fáradozásom daczára sem sikerült az előadottnál többet felkutatni szerzőnk egyéniségére nézve.

Érdekes jelenség azon körülmény, hogy Gaziusnak hazánkban semmiféle könyvtárban sem tudtam még nyomtatott munkáját sem megtalálni, holott a Velenczében találtam egyik kéziratára is azt írta, hogy 1515-ben írta Budán, a midőn ott betegen feküdt. Ezen itt megbeszélt kéziratunkat is, valamint a Bakócz Tamásnak ajánlottat is valószínű, hogy hazánkban írta. A melyeket nyomtatott művei közül használtam, azokat is a lipcei egyetemi könyvtárból sikerült kölcsön venni.

A mint alább a munka ajánlóleveléből megérthetjük, Gazius azért szánta művét *Thurzó püspöknek*, hogy tanácsokkal szolgáljon neki, miként nyújthatja viruló életét és célját bizony nem érte el vele. A könyv 1508-ban készült el és *Zsigmond püspök* már 1512-ben jobb létre szenderült.

Fáradozásom eléggé meg lesz jutalmazva, ha hazai irodalomtörténetünket csak egy lappal is gyarapítottam.

Kéziratunk rövid tartalma és irányzata.

Kéziratunk ajánlólevelében előre bocsájtja a szerző, mennyire gyönyörködött mindig *Thurzó Zsigmond püspök* testi szépségében. Annyira megy a magasztalásban, hogy ha tekintetbe veszi ünnepeltjének előkelő származását, magas egyházi méltóságát, ifjú korát: akkor mennybéli angyal képét látja benne. Ha pedig szemet húny testi szépsége előtt, akkor a szellemi és jellembeli kiválóságok, melyekkel a váradi püspök ékeskedik, egészen elbódítják az író. Úgy, mint a sas, mely a napnak nézve, elkáprázik ennek verő-

fényétől. Midőn angyali erényeit, tiszta, nőtlen életmódját, jámborságát, bölcsességét szemügyre veszi, nem tudja, angyalt lát-e emberi alakban, vagy embert angyali mezben. Elragadtatásban úgy érzi magát, mint Krisztus tanítványai a Táborhegyen és ámulatából csak a püspök alázatossága ébresztette fel, mely megértette vele, hogy ő is csak por és hamu.

Azt óhajtana, hogy Zsigmond püspök oly viruló egészségben maradjon és meg ne öszüljön úgy, mint ő (Gazius), ki már öszülő fejjel írja e sorokat. (Pedig Gazius is csak 47 éves volt akkor.) Ily jól fentartott épiséggel és kedélylyel mások előtt is tündököljön vonzó példaképül, a mint Tamás (Bakócz) esztergomi bíboros érsek, kinek egy másik munkáját ajánlotta: „Az öregek életének fentartásáról és megnyujtásáról“; más öregek vigasztalására nyújtja szép életét.

Ily hízelgő kívánságokkal zárja Gazius ez ajánlást, mint egy udvaronc humanista valóságos mintája.

Gazius ezen munkája részben bölcséleti, részben orvosi vagy természet-bölcséleti; de mindenképen humanitarius jellegű. Munkáját 31 fejezetben tárgyalja.

Irányzata a valóságos humanistát tárja elénk. Művének elején általánosságban szól az ember kötelességéről, hogy testi épiségét fentartsa, ápolja. Azután áttér Aristoteles, Plato, Seneca vélekedéseire az emberi egészség fentartásáról, majd megszólaltatja a szentatyákat: sz. Ágostont, sz. Ambrust, Lactantiust és másokat. Hivatkozik Albertus Magnus, Boëtius stb. véleményeire.

Továbbad a mellett érvel, milyen nagy befolyása van az emberi, testi és lelki életre a csillagrendszernek.

A maga kora hű fiának bizonyul abban is, hogy nagy fontosságot tulajdonít a köpölyözésnek és az érvágásnak. Megkívánja ezeknek tervszerű alkalmazását.

Kéziratunk végén mondja, hogy ezen könyvét 1508 április 17-én fejezte be; de hol írta meg, mint egyéb munkáinál, itt sem jegyezte fel.

Tanácsainak alkalmazását Thurzóra ekként fejezi ki:

Quam vitam et pacem presentem et perennem *Rmo Dno meo D. Sigismundo Varadiensi* Episcopo Dignissimo et omnibus fidelibus per suam inestimabilem misericordiam.

Deus optimus trinus et unus, pater et filius es spus s. concedere dignetur ad laudem eius et gloriam, qui sit per infinita seculor. secula benedictus Amen.

Valószínű, hogy a *Bakócz Tamásnak* ajánlott, eddig még lappangó műve is, bár az öreg kor kívánalmaihoz alkalmazott, ugyanolyan életszabályokat tartalmaz.

Sehol azonban nem nyilatkozik meg az igazi orvos, mivel csak az általánosságnál marad az egyes testi bajok érintésekor is. Ha valamely baj elharapózik, akkor már az orvoshoz utasítja az olvasót.

I. Gazius Antal életrajza.

Antonio Gazio született, Vedova szerint,¹ 1461 deczember 10-én Paduában.² Szülővárosában elvégezvén a nyilvános iskolákat, az ottani híres egyetemen az orvostudományból habilitáltatta magát 1485-ben.³ Ezen a híres főiskolán ismerkedhetett meg több magyar főúri sarjadékkal és alighanem erre az időre vezethető vissza ismeretsége a Thurzóékkal; mert ezen időtájban hallgatta az egyetemet Paduában Thurzó Ferencz későbbi nyitrai püspök, ifj. Thurzó János boroszlói püspök és Thurzó Zsigmond, a későbbi váradi püspök is.

Paduából Gazius később Olaszország más városaiba költözött, hol mint orvos nagy tekintélyre és gazdagságra tett szert. Sem a páduai, sem a krakói forrásmunkák és az ottani kutatók sem vesznek tudomást arról, a mit Veszprémi⁴ közöl róla, hogy hazánkba csak akkor jött el, mikor már Európának más országaiban is híressé lön.

Velenczében levő kézírataim találtam azt a jegyzést, hogy ezeket a kéziratokat 1497—1501-ig Velenczében írta. Ezen értekezéseinek utolsójára pedig azt írta, hogy szent Katalin vértanú ünnepén írta 1511-ben Budán, midőn ott betegen vesztegelt.

¹ Vedova, Biographia degli scriptori Padovani. 1832. 444—446. l.

² Papadopoli Historia etc. II. 191. l.

³ Codex coll. fil. et. med.

⁴ Succincta Medicorum Biographia. III. 110. — Utána Szinyyei, M. Írók. III. 1055.

Valószínű, hogy már Mátyás király idejében került hazánkba és a királyi udvar humanistaival is összeköttetésben állott. mivel, mint előszavában mondja, egy másik munkáját, mely eleddig szintén ismeretlen vala, „*De conseruanda et proroganda senum vita*“ czim alatt *Erdődi Bakócz Tamás* esztergomi érseknek ajánlotta.

Úgy látszik, legbensőbb és legtartósabb volt viszonya a híres Bethlenfalvi Thurzó-családhoz. *Thurzó János* a körmöczi kamara-gróf és későbbi krakói polgármester nagy bánya-vállalataival alapította meg a család emelkedését és fiait, valamint testvérének, Mártonnak fiait a páduai egyetemen képezte ki.

Márton fia, *Thurzó Zsigmond*, Páduából már mint a humanismus lelkes követője tért vissza és kétségkívül tagja volt azon dunavidéki tudós társaságnak (*Sodalitas Litteraria Danubiana*), mely Vitéz János püspök elnöksége alatt a bécsi és budai humanistákat közös tevékenységre sarkalta és melynek budai tagjai, mint Ábel Jenő¹ oly szépen ecseteli, a királyi kancellária személyzetéből kerültek ki. Ezen személyzet legszellemesebb tagja volt, mint Wenzel Gusztáv mondja, *Thurzó Zsigmond*, kinek kitűnő tehetségeire már *Bakócz Tamás* esztergomi érsek ráismert és kinek befolyása által nyílt Zsigmondunk előtt az az út, melyen mindig magasabbra emelkedett.²

A humanisták, a középkori Európa ezen vándor tanárai, legalkalmasabbak voltak arra, hogy valakinek hírnevét messze földre terjesszék, és *Thurzó Zsigmond* nemcsak soraikhoz tartozott, hanem őt azok legtekintélyesebbjeihez, mint *Aldus Manutius*, *Hassenstein* stb. baráti kötelék is fűzte.³ Ezekhez tartozott *Antonius Gazius* is.

Midőn *Thurzó János* kamara-gróf krakói polgármester lett, magával vitte Veszprémi szerint *Gaziust* is, a ki mint *Ciampi*⁴ is mondja, *Zsigmond* lengyel királyt halálos bajá-

¹ Magyarországi humanisták és a Dunai Tudós Társaság. 6. lap.

² *Thurzó Zsigmond, János, Szaniszló és Ferencz négy egykorú püspök. Értekezések a tört.-tud. köréből.* 1878. IX. szám.

³ *Bunyitay, A váradi püspökség története, I. kötet, 116. lap.*

⁴ *Ciampi Sebastiano, Bibliographia Critica. Firenze. 1834. I. k. 116. l.*

ból kiragadta. Ez nagy tekintélyt szerzett neki Lengyelországban. De hogy mikor tért vissza ismét hazánkba, nem lehet kideríteni. Annyi tény, hogy Thurzó Zsigmond nagy előszeretettel ápolta a humanistákkal való összeköttetéseit. Midőn egyszer Horatius és Vergilius egy legújabb zsebkiadása került a kezébe, azonnal írt Milanóba régi barátjának, a híres humanista *Aldusnak*, kérve őt, hogy az ő és Szatmáry György korlátnok barátja kedvéért rendezzen hasonló kiadást Ciceró műveiből.¹ Thurzó ezután 1501 febr. 24-én szerémi püspök lön. 1503-ban aug. 3-án már mint nyitrai választott püspök szerepel. A következő év végével erdélyi püspök, végre 1506 jan. 28-án már váradi püspöknek lön megerősítve. Mikor Várad püspöki székét elfoglalta, alig volt több 40 évesnél és 1507 júliusában Ulászló király Thurzó Zsigmondot jelölte ki a pápához követül.²

Midőn tehát Gazius Antal „De tuenda et proroganda viridi ac florida hominis iuventa libellus” czimű munkáját a püspöknek ajánlotta, méltán a fiatal és üde férfikor fenntartásáról és ápolásáról szólhatott hozzá. Nem is sejtette püspökünk kedvelt humanistája, mily rövid időre szól az ő classikus nyelvezeten írt tanácsa.

A munka, mint tudjuk, 1508-ban kelt, a midőn hazánkban a pestis pusztított; oly iszonyúan, hogy még a század végén is megemlegették az emberek.³

Zsigmond püspök későbbi éveit egy áldatlan per keserítette el, melyet saját káptalana ellen kellett vinnie és a mely a római szentszékig és a királyi trónig is eljutott. Mielőtt azonban ez a per lebonyolult volna, élte virágjában váratlanul sirba szállt 1512-ben.

Halála élénk részvétet keltett még a külföldi körökben is. *Aldus Manutius* ugyanis már a következő 1513-ik évben Ciceró Epistoláinak egy újabb kiadását ajánlotta emléké-

¹ Wenzel Gusztáv, Értekezések a tört.-tud. köréből. 1878. IX. szám. 18. lap.

² Bunyitay, A nagyváradi püspökség tört. 365. lap.

³ Valentinelli, Bibliotheca manuscripta ad S. Marcum Venetiarum. IV. köt. 289—290. lap.

nek s annak előszavában siratja Thurzóban nemcsak az elvesztett jóbarátot, hanem a nemesszívű, nagytudományú férfiút is.¹

Hazánkban különösen két keblet érintett fájdalmasan halála. Egy meglelt férfiét és egy ifjúnak keblét. A férfiú *Henckel János* volt, a boldogultnak váradi kanonokja, főpapi helynöke és barátja, a ki ugyanekkor szintén örökre megvált Váradtól. Az ifjú *Oláh Miklós* vala, a Hunyadiháznak utolsó melléksarjadéka, Magyarországnak egy fél-század múlva primása, a ki azt írja róla: ő volt az én második atyám.²

A harmadik, a ki Zsigmond püspök halálát különösen fájlalhatta, bizonyára Antonius Gazius volt, a ki ugyanazt a szerepet vitte Thurzóéknál, mint Galeotti Mátyás király udvarában.

Gazius alighanem ekkor hagyta el végleg hazánkat. Valentinelli a velencei „Bibliotheca Marciana” kéziratairól szóló művében említi, hogy Gaziusnak ottlevő egyik kézirat munkájában feljegyezte, hogy 1520-ban Nürnbergben írta.³ tehát mikor hazánkat elhagyta, még akkor is a külföldön járt, mielőtt saját hazájába visszatért volna. Bár Veszprémi szerint Lengyelországban halt meg: Páduában megbizonyodtam arról, hogy Vedovának van igaza, a ki azt állítja, hogy Gazius élete végén visszatért szülővárosába és ott működött irodalmilag tovább is, míg 1528-ban őt is kiragadta a halál az élők sorából. Teteme is ott van eltemetve, a szt. Ferenczrendiek templomában levő családi sírboltban.

Gazius első munkáját 27 éves korában írta meg és ifjúkora daczára meglehetősen nagy irodalmi tevékenységet fejtett ki. Alább felsorolandó munkáim kívül, melyek nyomtatásban jelentek meg, írt ő bölcseleti és hittudományi, asketikus munkákat is, melyek azonban csak kéziratban maradtak reánk.

¹ Wenzel Gusztáv, *Értekezések a tört.-tud. köréből.* 1878. IX. szám. 18. lap.

² Bunyitay, *A nagyváradi püspökség tört.* 365. lap.

³ Valentinelli, *Bibliotheca manuscripta ad S. Marcum Veneziarum.* IV. köt. 289—290. lap.

Kéziratban maradtak következő munkái Páduában:

1. „De geniture e di predizione astronomiche.“¹ Ez Velenczében maradt meg Bernardo Trivisano patricius könyvtárában.

2. „De viduitate ad Lucreciam Minam Nobilem Patavani.“ (Manuscriptum Autographum.) Fol. parvum. Opus adhuc ineditum.² Ez Volpi-testvérek könyvtárában vala Páduában.

3. *De fructu sacrarum Scripturarum.*

4. *De jejunio.*

5. *De elemosyna.*

6. *De peccato.*

7. *De felicitate Beatorum.*

8. *De tolerandis calamitatibus.*

9. *De oratione.*

10. *Declarationes super Psalmos.*²

² Vedova idézett műve. I. köt. 446. lap.

Gaziusnak Velenczében a Bibliotheca Marciana-ban maradt kéziratai a következők:

I. *De labe peccati, capitula 38.*

II. *De mirabilibus Sacramenti confessionis virtutibus, cap. 25.*

III. *De venerabili eucharistiae sacramento, cap. 20.*

IV. *De spiritali fidelium armatura ad iugem et periculosam cum daemonibus callidissimus hostibus, dimicationem necessaria, cap. 22.*

V. *De charitate, virtutum omnium parente, unica brevi ac certissima via salutis, cap. 30.*

VI. *De aestimanda frugi. et bonis operibus conterenda temporaris pretiositate, cap. 10.*

VII. *De contemendis terrenis opibus et de veris acquirendis divinis, cap. 22.*

VIII. *De phisici integritate et de perfecto medico, ad monarcham sapientiae Hieronymum de la Turre Veronensem, praeceptorem optimum, cap. 14.*

¹ Zeno, Lettere etc. V. köt. 232 lap.

² Volpi Libreria etc. 78. lap.

IX. *De viduitate servanda, ad Lucretiam Minam nobilem patavinam, cap. 9. V. Volpi, Libreria, p. 78.*

X. *De servando virginitatis candore, perutilis ad salutem consequendam tractatus, quem Antonius Gazius . . . ut filios ceterosque ad perpetuum coelibatum hortaretur, compilarit, et ipsam veram tyriacam voluit non immerito nuncupare, cap. 40.*

XI. *De abnegatione et sui ipsius contemptu, seu de vita perfecta suscipienda, cap. 40.*

XII. *De grano salis terrae condimento, de fructuoso scilicet praedicatoro, cap. 34.*

XIII. *De perutili angelorum nobis deputatorem ministerio, iugi salubrique custodia libellus. cap. 19.*

XIV. *De inferno et aeternis impiorum suppliciis, cap. 30.*

Valentinelli ezeket írja Gazius velencezi kéziratáról.¹
Lat. 3. 7.

Antonii Gazii opuscula 14, nempe:

Opuscula omnia haec, quae inedita esse reputo, ipsiusmet auctoris manu scripta et emendata sunt. adiecta in fine uniusque descriptione eorundem annotatione Venetiis *exarata* sunt *annis 1497—1501*, ultimo excepto, cuius in fine haec Gazius adscripsit: „Divino favente numini, in festo vel solemnitate candidissimae ac gloriosae virginis ac martyris Catharinae, currente anno Christi Domini 1511, dum *Budae infirmus essem ego Antonius Gazius, artium et medicinae professorum omnium minimus, sacreque theologiae discipulus* utinam non inutilis, de inferno et impiorum suppliciis praesens opus absolvi . . .“

Továbbá más codex-jelzés alatt a következő értekezések fordulnak elő Gaziustól a velencezi „Bibliotheca Marciana“-ban: Lat. 8. 99.

„Antonii Gazii, *tractatus autographi octo ad iudicia stellarum introductorii, ex dictis astrologorum collecti.*

a) *Tractatus primus. „De recta nativitatis figura et animo . . . prius et per eatum seminis seu per conceptionem . . .“*

Finis: „*Currente anno Christi 1511, die 4 novembris,*

¹ Bibliotheca Manuscripta ad S. Marcum Venetiarum. II. kötet 106—107. lap.

Budae consistens . . . libellum ad astronomica iudicia introductorium perfecti . . .“

Tractatus per alphabeti ordinem digestus est.

b) *Tractatus secundus*. „*Astronomia* est scientia, qua duorum luminarium et quinque planetarum figura . . .“

c) *Tractatus tertius de vitae significatoribus habendis*. „Primum inquirendum est aut puer nutrietur vel non quia de paulo post morituris superfluum esset . . .“

d) *Tractatus quartus. Dominus anni quomodo cognoscatur*. „Dominum anni sic poteris investigare. Vide quis planeta fuerit in aliquo quatuor angelorum . . .“

e) *Tractatus quintus de effectuum temporibus*. „Erecta et rectificata figura nativitatis. Primum consideratione dignum est fortunam vel infortunium . . .“

f) *Tractatus sextus*. „Cum figuram nativitatis vel alterius cuiusque principii erigere volueris ad gradum ascendentem . . .“

g) *Tractatus septimus, de verificatione*. „In scientiam nativitatum mortalium hominum introductorium . . . per magistrum Joannem de Glogovia pro universitatis cracoviensis maiestate et gloria, communique studentium profectu et studio, anno 1495 feliciter recollectum“.

Textum universum Joanni de Glogovia tribuendum censeo.

h) *Tractatus octavus. Modus rectificandi genituras*. „Ut iunioribus in studio astrologiae incipientibus modus rectificandi genituras . . .“

Initium tantum Gazii manum revelat. Cetera, ut et proxime insequentia . . . ab eo scripta sunt qui fol. 304. notavit: 1520, 1 aug. fol. autem 307: „Et sic est finis 1520, Nurembergae, in die d. Bartholomaei“.¹

A harmadik velencezi Gazius-codexnek jelzése. Lat. 314. Czime pedig a következő:

De eximiis Athanasiae laudibus et de in aestimabili elemosinarum efficatia. Ennek a kéziratnak keltezése 1496 november 1-éje.²

¹ Valentinelli idézett műve. IV. kötet. 289—290. lap.

² Ez nines meg Valentinelliben, hanem dr. Marpurgo könyvtárgazdátó mutatta Velenczében.

II. Gazius Antal nyomtatásban megjelent művei.

1. Corona florida medicinae siue de conseruatione sanitatis. F. 1atit.: DE CONSERVATIONE SANITATIS. F.2a: Incipit tabula Capituloru libri huius solemnissimi || qui Corona Florida Medicinae: siue Conseruatio || sanitatis: intitulatur. F. 5b: Finis tabule libri huius. F. 6a: Hi sunt auctores principales quorum sententiae & uerba in propria forma hoc in opere sunt adducta etc. F. 7a: Florida Corona Medicinae omnibus sanitatem aff || fectautibus utilis & necessaria: edita per Antoniu Ga- || ziu patauinu Artiu ac Medicinae pffessor. minimu. || Capitulum primum in quo Auctor inuocat || Altissimi & sanctorum eius adiutorium. F. 123b: Diuino fauente numine Ego Antoni. Gazius pa || tauus medicoru oium minimus die XII Augusti de || anno dni MCCCCLXXXX psens opus absolui. Ad lau || dem redemptoris nostri & ad tuam: & amicorum tuorum utilitatem. D. M. obseruandiss. cui iterum atqu | iterum me comendo Vale. || Impressum uenetijs per Johannem de Forliuio & | Gregorium fratres Anno salutis. MCCCCLXXXI. die XX. mensis Junii. Registr. et insign. typogr. f. r. ch. c. S. 2 col. 56 l. 123. ff.

Florida corona Impress. in officina Simonis Beuilaqua impensis Bartholomaei Trot bibliopolae in praeclaro emporio Lugdun. 1500. Decemb. XX. 4.¹

Ugyanaz, Leyden, 1514. és 1539.

2. De uino et cereuisia tractatio. Cracouia. 1539.

Ugyanaz. Augsburg, 1546 és Padua, 1549.²

3. De Somno et Vigilia Libellus. Basilius 1539. (Constant Aphricani Opera-val együtt.)

4. Aerarium Sanitatis. Augustae. 1546.

Ugyanaz. Padua. 1549.

5. Quo medica mentorum genere purgationes fieri debeant, sive de Ratione euacuandi Libellus. Basiliae, 1540. és 1541.³

6. Euacuandi Ratio per Antonium Gazionem philosophu

¹ Hain „Repertorium Bibliograph. I. 7501—7502.

² Haller, Bibliotheca Med. P. II. p. 254.

³ Haller id. m,

& medicum Patauinu, breuissima methodo conscripta. (Regulae Viriversales Curationis morborum, tercentum quadraginta-quinque aphorismis per D Arnoldum Catalanum Philosophu & Medicu, diligenter conscriptae, atq. D. Georgii Pictorii Villingani, Ensishemij superioris alsatiae archiatri, commentarijs utilissimis illustratae. 104. l. 311. Iapon: Basileae, Per Henricum Petri An. Domini. M. D. L. XV. Mensis Martio.

III. Gazius néhány nyomtatott munkájának részletesebb leírása.

Aerarium Sanitatis Auctore clarissimo viro D. Antonio Gazio, quondam Serenis. Sigismundi Regis Poloniae etc. physico. Excusum a quodam vetustissimo exemplari manuscripto. Eiusdem de Vino et Ceruisia Tractatio. || Patarii Jacobus Fabrianus excudebat. MDXLIX.

8^{vo} 22 szlan. lev. Cursvi nyomás. A czimlapon Ziegler Jeromos csak egy tetrastichonja. I^b lev. Ulhard Fülöp augsburgi nyomdásznak ajánlása Gereander Pálhoz, 1546. évből keltezte, a mely évben Ulhard e munkácskát először kiadta.

2^a—4^a lev. Gazius Simonnak, Antal fiának ajánlása Thurzó Ferenczhez, Paduából, 1539-ből. „Decrevi paternum idem sanitatis aerarium . . . ex archetypo transscribere et tibi in patriam profecturo veluti pignus non vulgaris ni fallor amoris erga te mei dare, qui tecum et domi et foris semper haberes“ Az „Aerarium sanitatis“ végén még egy epilógus van: „Habes Francisce mi nobilissime, parvulo hoc in opere, magnum cuiusvis candidi ac periti censoris iudicio thesaurum, quem ex Italia una cum bonis litteris, quas in ea didicisti tecum auspicato in patriam deferas“ stb. A „De vino et cerevisia“ című kicsi értekezést is megelőzi Simonnak egy, Thurzó Ferenczhez Paduából 1538 decz. 13-án intézett ajánlása, melyből megtudjuk, hogy atyja, Antal, e munkát Krakóban, a hol akkoriban Zsigmond király házi orvosa volt, azon okból írta: „ut nobilibus quibusdam Polonis commodius responderet, qui, ut assolent in mense, nescio quo ducti spiritu, cervisiam usque adeo nonnunquam extollebant, ut vino quoque aut nihil aut certe

parum admodum tribuere viderentur“. Megvallja, hogy eleinte azt hitte: „lusum esse aliquem sive iocum“; de csakhamar meggyőződött arról, hogy komoly, hasznos, olvasásra érdemes munka van előtte. „Hoc itaque maturius perspecto, subiit mox, quod eidem patri meo, cum esset in Hungaria, id quod ipse mihi saepissime postea retulit, summa quaedam semper fuit ac prope singularis necessitudo cum optimo illo et integerrimo viro patruo tuo Joanne Thurzó qui tunc in amplissimo illo ac opulentissimo regno undequaquam florebat“. Ő tehát a fiúnak utólag akarja háláját e kis mű átnyújtásával kifejezni, melyet e czéla atyja kéziratáról másolt le „praesertim quod aeque succurreret id me nequaquam temere facturum per hosce dies, Christi servatoris nostri natalitia celebres, quibus ubique fere iam mos increpuit, ut ultro citroque ad amicos et hospites apophoreta seu strenae mittantur“ stb. Az értekezés végén ismét néhány meleg szót intéz Thurzóhoz. L. Veszprémi-t III. 110.¹

Estreicher-Rozbierszky Károly következő leírását adja az ő bibliographiai munkájában Gazius néhány művének:²

Gazius D. Antonius (Gazzi) († 1530). *Aerarium sanitatis Auctore Carissimo viro D. Antonio Gazio, quondam Serenissimi Sigismundi Regis Poloniae etc. Physico. Excusum a quondam retutissimo exemplari manu scripto. Eiusdem de vino et ceruisia tractatio. Patavii Jacobus Fabianus excudebat.* 1549. (8-rét, iv: A—C₄ (a 20. lap [tábla?] hiányzik a végén).

A czimlap tulsó lapján utóirat P. Gereandro Ulhard Fülöp által. Augustae Vindelicorum, pridie Kalend. Octobris 1546. Wierzbowski. 130.

Egy másik kiadványa: *quondam Sereniss. Sigismundi Regis Poloniae etc. Physica. Eiusdem de vino et ceruisia tractatio.* Ad lectorem Hieronimi Ziegler Tetrastichon. Natura Cuiusvis . . . [a nyolczadik sor befejezése:] . . . docet iste liber. Warsz. Univ. Varsói egyet. könyvtár.

¹ Bibliografia polska. Tom. XVIII. Lit. G. 58. lap.

² Apponyi Sándor gr. „Magyar vonatkozású külföldi nyomtatványok“. 1900. Bpest. I. köt. 309. sz.

A nyomda és az év megjelölése nélkül, 8-rét, 24 számozatlan levél. Az utolsó lapon a Pegazus van ábrázolva két szikla tövében, oldalt játszadozó múzsák. A cím hátsó lapján: Paulo Gereandro Philippus Ulhardus. Kiadja és nyomtatja ezt a munkát Datler Vilmos Augsburgban.

Ajánlása: *Thurzó Ferencz*-nek Gazius Simon (fia) által. Pataviumban. 1539, melyben mondja, hogy azt atyafiságos hálából ajánlja neki. A C₃ lapon kezdődik a másik ajánlás Gazius Simontól *Thurzó Ferencz*-nek, melyben mondja: patris mei monumenta evenit, ut alia praeter id unum, quod praecipue queritur, occurrant incidit in manus parva quaedam schaedae, in qua ille cum essemus in Polonia et Cracoviae commoraremur de vino et cerevisia peculiariter egerat. Idque uon alia ratione, quam ut nobilibus polonibus commodius responderet in mensa . . . Tovább mondja: patri meo cum esset in Ungaria summa quaedam semper fuit, cum optimo illo viro patruo tuo Joanne Thurzo, qui tunc in amplissimo illo regno florebat . . . Az utolsó négy lapon folytatódik e mű: De vino et cerevisia.

Opusculum de vino et cerevisia. Cracoviae apud Hieronymum Vietorem mense Augusto Anno 1539. 8-rét.

Ezen kiadás nem jutott kezünkbe. Csak az 1546-ra szóló Aerarium 2. részében van meg. Ott az ajánlás Gazius Sym. által van intézve Thurzóhoz következő dátummal: Patavii Idibus Decembr. ann. 1538 . . . Ebben írja: serenissimo invicti regis Sigismundi obsequio deditum, transcripsi paternam eiusmodi lucubrationem, praetermissis longioribus nonnullis allegationibus, eamque in lucem editurus ad te mi Francisce proxeniolo quodam misi. Ezekből lehetséges, hogy a Kirstein által említett (*Enchiridion locorum* 1586) krakói kiadás 1536-ból nem létezett.

Aim Schatz Camer der gesundhait Durch den Hochgelehrten Herren Doctoren Anthonium Gazium Weyland König Sigismunds in Polen Physicum und leibarzt beschrieben ainem yeklichen menschen sein gesundhait zu erhalten nutz und Fürderlich. Aus dem Latein in Teutsch transsferiert Durch Hieronymum Ziegler. Getruckt zu Augspurg durch Philipp Uhart. Év nélkül. (1543. körül) 8-rét, 14 levél.

Janociniana I. 88. — Ton. W. Prz. N. évkönyv. Roczniki VII. 177. Tiraboschi 5. VIII. — Kirstein Jan Enchirid. locorum. 1586.

IV. Gaziusról szóló régebbi életiratok.

Gazius. Evaevandi Ratio 1565-iki bázeli kiadása előtt ez az életrajzi adalék olvasható:

Evaevandi Ratio per Antonium Gazionem philosophu & medicum Patauinu, breuissima methodo conscripta.

Cum Georgij Pictorij Villingani doctoris medici & apud Caesariam curia Ensishemij, superioris Alsatiae archiatri, scholijs diligenter illustrata.

Antonii Gazionis Vita.

Antonius Gazio philosophus & medicus, ex asse doctus, Patauij uixit anno 1480. sed tandem in Venetorum secessit dominum, ubi satis docte anno suae aetatis quadragesimo-tertio librum de Sanitate tuenda, ad principem quendam trecentis capitulis absolutum, in publicum dedit, que Coronam floridam inde nimirum appellauit, quoniam ex praecipuis medicorum sententijs hunc, ceu ex Flosculis sarta connectimus, concinnauit. Haec & alia eo Symphorianus Campegius.

Veszprémi (Biographia Medicorum II. 110.) ezt írja Gaziusról:¹

„Gazius (Antonius) Bene doctum hunc, vsuque praestantissimum Medicum Mercklinus in Lindenio Renov. pag. 70. Patauinum fuisse comminiscitur, sed Arisius rectius in Cremona Litterata Tom. I. pag. 169. seq. Cremonam natale solum ei attribuit singularibusque cumulat encomiis. Quum diu multumque per varias Europae Provincias circumeundo medicinam passim factitasset, nostram quoque, sed iam pro-
vecta aetate, intrauit Hungariam: hic arte sua, quam profitebatur, medica eum Nobiliorum Patriae vtriusque sexus

¹ Regulae Universales Curationis morborum, tercentum, quadragintaquinque aphorismis per D. Arnoldum Catalanum Philosophum & Medint, diligenter conscriptae atq. D. Georgii Pictorii Villingani, Ensishemij superioris Alsatiae archiatri, commentarijs utilissimis illustratae. 104. l. 311. Iapon: Basiliae, Per Henricum Petri an. Domini MDLXV. Mense Martio.

cinium sibi conciliauit Fauorem, ut nouissime ab ipsius quoque Regni Primoribus aestimaretur plurimum. Sic dum arte sua salutari passim in oris hisce nostris, annis pluribus egregie fungeretur, a Joanne Turstone de Betlehemfalua, Comite Scepusiensi, Cracoviam primarium ea aetate regni Polonici Ciuitatem, perductus, Sigismundum Seniore, Regem, grauissimo eoque paene desperato morbo detentum, adhibito celeri faciliq̃ remedio, vitae periculo exemit. Quo perpetrato egregio facinore eum Regis et vniuersi populi consecutus est fauorem, ut ad extremos usque vitae suae dies vario beneficiorum genere cumulatus, ibidem detineretur. an. 1528. mortalitate interceptus.

1. De Vino et Cereuisia tractatio. In Regia Poloniae Cracouia, apud Hieron. Vietorem an. 1539. in 4. mai. Exiguum huncce libellum Nobilium quorundam commodo conscriptum, auctore e vita hac iam egresso, filius nomine Simon, aequè Medicus non inceleber adsiduus itinerum, studiorumque, atque laborum socius in lucem publicam emisit. Iterata est editio Augustae 1546. 8.

Ugyanaz. Patauii an. 1549. in 8.

2. Florida Corona, quae ad sanitatis hominum conseruationem ac longaeuam vitam perducendam sunt pernecessaria, continens. Venet. an. 1491. in fol.

Ugyanaz. Lugduni an. 1514. in 4. Ugyanott an. 1539. in 8.

3. Aerarium Sanitatis. Augustae an. 1546. 8. Patavii an. 1549. in 8. Kestner in Medicinisches Gelehrten-Lexicon pag. 335, opinatur eundem prorsus esse Librum hunc cum priore, quippe qui sub diuersis in fronte notatis titulus in lucem publicam emissus.

4. De Somno et Vigilia Libellus. Exstat cum Constant. Aphricani operibus. Basil. an 1539. in fol.

5. Quo medicamentorum genere purgationes fieri debeant, sive de Ratione euacuandi Libellus. Basil. an 1541. in fol. nec non ibidem cum aliis Albucaesae et Catalani opusculis an. 1565 in 8.¹

¹ „Succincta Medicorum Hungariae et Transilvaniae Biographia.“ Centuria Altera Pars Posterior. II. Viennae 1781. Thom. Trattnern. 110—111. I.

Egy lengyel történeti forrás ezt írja Gaziusról:

Antonius GAZIVS Patavinus, doctissimus Medicus, idemque usu praestantissimus, provecta iam aetate, in Hungaria, apud primores illius gentis viros mulieresque, salutari arte egregie functus est. Et inde a JOANNE TVRSONE, in civitatem totius Poloniae tunc principem. Cracoviam perductus, SIGISMVNDVM I. Regem, morbo immani ac paene desperato. celeri ac facili remedio exemit. Quo re maximam apud omnes Polonorum iniit gratiam. Coepitque ibi ceteris Medicis auctoritate praecellere. Habuit filium, SIMONEM nomine, scientia medendi pulchre instructum, eundemque socium, et consortem omnium itinerum suorum, studiorumque, atque laborum. Is parente mortuo. relictum ab eo opusculum perparvum, quod DE VINO et CEREBISIA, Nobilium quorundam Polonorum commodo conscripserat. IN REGIA POLONIAE CRACOVIA. APVD HIERONYMVVM VIETOREM. MENSE AVG. AN. MDXXXIX. forma 8 maiori, luce publica donavit.¹

*Ciampi Sebastiano*² Bibliographia Critica czimü munkájában Gazius neve alatt ugyanezt a szöveget szóról-szóra leközli ilyen bevezetéssel: „Di questo medici si parla cose nella Bibliotheca Zalusciana“ és hozzáteszi jegyzetben Gazius származásához. hogy mások nem Patavinusnak, hanem Placentinusnak mondják. (L. Haller Tom. I. pag. 471. Biblioth. Medic. practivae lo chiama Placentinus.) Ezután felsorolja szerzőnk Gazius műveinek jegyzékét rövid címek és megjelenési idejük szerint.

A páduai származású *Vedova* a páduai írókról szóló munkájában így ír Gazius Antalról:

Gazzo o Gazio (Antonio) trasse i natali da una famiglia oriunda dalla città di Crema ein Padova vide la luce a 10 di dicembre dell'anno 1461. Nelle patrie pubbliche Scuole applicossi con genio alla medicina. in cui pur venne onorato della laurea dottorale nell' anno 1485. Allo studio della

¹ *Janociniana* sive Clarorum atque illustrium Poloniae Auctorum Maccenatumque memoriae miscellae. Vol. I. 88. Varsoviae et Lipsiae. 1776.

² *Ciampi Sebastiano* Bibliographia Critica. Firenze. 1834. I. köt. 116. lap.

medicina gli piacque unire pur quello delle sacre scienze; e si nell' una che nell' altre tascio più serilli. Assai per tempo il Gazzo diede del suo sapere chiara prova, pubblicando d' anni ventisette il suo libro. De conservatione sanitatis. Vago di conversare cogli nomini celebri della sua età, peregrino alcun tempo appresso varie nazioni d' Europa. Indi ritornato di patrii lari. e non ancor fatto vecchio. mancò a' vivi, correndo l'anno 1528. Il suo frale venne tumulato nella chiesa di san Francesco, e posto nella tomba de' suoi maggiori. Il Gazza. non allon tanandosi dalle pedate degli altri medici del suo tempo, fu segnace dell'astrologia giudiziaria. come raccogliano dal frontespizio del sequente suo Trattato. scritto in latino, che ms. si leggeva nella biblioteca del veneto patrizio Bernardo Trivisano: Di geniture e di predizioni astronomiche.

Il nostro scrittore. che come si disse, si applico eziandio alle sacre scienze, detto piu opere ascetiche; e queste mss. si leggevano nella libreria di S. Francesco grande della nostra citta.¹

Hirsch nagy orvosi biographiai munkájában. a hol Gazius általunk is ismert néhány könyvét felsorolja. esodálatos módon fel sem említi irónknak magyarországi és lengyelországi szereplését.²

Gazius Antal fia Simon szintén orvos és irónk irodalmi hagyatékának örököse fentartotta. úgy látszik, az összekötetést a Thurzóékkal.

Arra vall ugyanis azon körülmény, hogy Páduából atyjának két munkáját is *Thurzó Ferencz*-nek. az akkori nyitrai püspöknek ajánlotta. Az egyiknek „De vino et cerevisia“ ajánlása 1538 decz. 13-án kelt. a másiké „Aerarium sanitatis“ 1539-ben kelt Páduában.

¹ Vedova (Giuseppe). Biografia degli scrittori Padovani-Padova. 1832, 8°. Volume I°. pagg. 444—45—46.

² Hirsch-Gurlt, Biogr. Lexicon der hervorragenden Aerzte. Wien, 1885. II. köt. 510—511. l.

V. Kéziratunk külseje.

Könyvünk ivrét nagyságú, meritett papírra van írva cursiv betűkkel. Az egyes fejezetek rövid tartalma nem miniummal, hanem már sok helyen fakuló carmin-féle piros ténával van megírva. Az írás Gazius sajátkezű írása.

A tele írt levelek száma 76. A szöveg csak négy ujjnyi szélességű és oldalt és alul szép nagy, három ujjnyi szélességű margó van hagyva: úgy látszik, jegyzetek számára. Ily marginális jegyzet azonban csak egy olvasható a munka vége felé egykori kéztől. A papiros helylyel-közzel szenvedett a nedvességtől. Különben azonban elég jól van fentartva.

Kötése egykorú préselt barna bőr, mely fatáblára van húzva. (A fatábla már elhajolt.) A bőr szakasztott oly pontozott, körkörös diszitással van ellátva, mint a Corvinák kötései.¹ A bőrkötés külső széle pedig renaissance izlésű, aranyozott virágdisszsel van ellátva. A kötésen két helyen megmaradt a sárgarézcsatt egy-egy darabja. Érdekes, hogy a lelánczoláshoz szolgáló, rozsdás vas-pöczök is rajta van a hátulsó táblán.

A kötés igen diszes lehetett és a régi hazai ipar szép emléke. A könyv széle czizellirozott aranyvágással van ellátva.

VI. Ezen munkának későbbi tulajdonosai.

Kéziratunk első lapjának felső részén sajátkezűleg odaírta ennek egy későbbi tulajdonosa a nevét: „*Johannis Henckel plebani Leutschoriensis.*” Tehát Henckel János, Mária királynő későbbi udvari papja, kiről Fraknoi Vilmos² oly szép megemlékezést írt, volt Thurzó püspök után kéziratunknak tulajdonosa.

Henckel János, miután első kiképeztetését itthon befejezte, Olaszhon felé vitte tudományosja, honnat az egy-

¹ Olyanforma, mint „A Magyar Nemzeti Múzeum multja és jelene”. Budapest, 1902. 35. lapján képben bemutatott Corvin-ocdex kötése.

² Henckel János, Frankl Vilmostól. Értekezések a tört.-tud. köréből. 1872. IV. szám.

házi jog tudori koszorújával tért vissza. („Johannes Henckel natus anno 1481 . . . Domi, peregreque eruditus et apud Italos Doctoris lauream adeptus . . . Anno aetatis 53 exacto (obiit), sed vivit in Bibliothecae Parochialis Leutschoviensis libris quorum plurimos nomine suo signatos ei reliquit“.

Wagner K. i. h.)

Földije s rokona, *Thurzó Zsigmond* ekkor már magas állású férfiú volt s kétségkívül nem tévesztette el szemei elől Henckelt, kit talán már ekkor magához vett a királyi irodába s innét eredhetnek a királyi udvar és Henckel későbbi összeköttetésének első szálai. Annyi bizonyos, hogy midőn *Thurzó Zsigmond* Váradon, Szent László püspökségének kormányán ül, mellette feltűnik Henckel, mint *Thurzó*-nak püspöki helyettese. Kétségtelen, hogy *Thurzó* hívta meg őt Váradra: kaonoki javadalmat adván számára s hol Henckel a káptalani rangfokozatokban főesperességig emelkedett.

De Várad nem soká nevezhette őt magáénak. Püspökének váratlan halála s pere, mely kétségkívül ő reá is, mint *Thurzó* hívére kiterjeszté árnyékát, azon elhatározásra bírta, hogy földieinek, Lőcse polgárainak választását, melylyel őt plebánusuknak meghívták, elfogadja. Váradot 1513-ban hagyta el, magával vivén gazdag könyvtárát s abban a várad káptalan *Chartularium*ának másolatát, melynek történeti becsét felismerte s másolatával megmentette legalább részben az enyészettől.¹

Akkor vihette el magával *Gazius* szóban levő munkáját is, mely később a szepesi káptalan könyvtárába került.

Henckel János könyvtáráról még ezeket írja Wagner, a ki a lőcsei plebániatemplomban létező könyvtár falán a lelkésznévsorban ezt olvasta: „1513. *Joannes Henckel*, a quo plurimos libros Bibliotheca habet, ex Archidiacon. et Canonic. ac Vicariatu Varadiensi postulatur“.² Henckel classicus műveltségének köszönhette, hogy Mária királyné, II. Lajos nejének 1522-ben udvari papjává lőn. Viszonyát Erasmus

¹ Bunyitay, A várad püspökség története. II. 172. I.

² Wagner, *Analecta Scepusiensis*. II. 349. I.

Rotterdamushoz, Melanctonhoz és későbbi átpártolását a reformatióhoz, íróink bőven tárgyalják.

A löcsei egyházi könyvtár a gyulafehérvári Batthányi-könyvtárba került. Ennek a löcsei könyvtárnak alapját a huszonnégy szepesi királyi könyvtár plebánosainak még a XIV. században alakult közös gyűjteménye képezte, köztük Henckel János könyvei, kinek gyűjteménye az egyedüli a középkorból teljes egészében fenmaradt magánkönyvtárunk.¹

Kéziratunk későbbi tulajdonosa a *szepesi káptalan* volt, mert az első oldalon Henckel János kezeirása alatt XVII. századbeli vonásokkal ez áll: „*Capli Scepus*“. — És azóta, úgy látszik, állandóan a szepesi székesegyház tornyában őriztetik, a hol e sorok írója reátalált.

¹ Magyar Minerva 1902. Budapest. Varju Elemér, Batthyány Ignác gróf. XXXI. 1.

VII. Kéziratunk eredeti szövege.

Reverendissimo in Christo Patri ac Domino D. Sigismundo Episcopo Varadiensi Dignissimo Domino charissimo et observandissimo Antonius Gazius Patauus Artium et Medicine professorum omnium minimus S. P. quae commendatus humiliter dicit.

Quantum et quam amabile, uerumque Decus, in te sit, Reverendissime mi Domine consideravi sepius et semper obstupui, non aliter quippe, quam sanctae ille mulieres in prima sabbati, post parasceue, cum aromatibus ad Dominicum sepulchrum accedentes, ut Redemptoris nostri Jesu benedicti corpus, inungerent, quando angelum uiderunt, mire pulchritudinis, stola indutus, ut nix, candida facie perfulgida rutilantem, ut Euangelista Matthaues scribit. Cum enim ad corporeum et extrinsecum decus tuum aspicio, te diuitem, et prosapia generosum, etate iuuenem, specie formosum, Dignitatis officio, uenerandum, ep et candidissima christi ueste indutum, coelestis angeli prefers imagine. Cum non corporeis etiam clausis oculis, intrinsecam, et prestantissimam, admirabilemque, animi tui pulchritudinem contemplari uolueram, non tantum admiror et obstuereo, uerum etiam in contemplatione mea totus deficio. Non secus quam qui se putat, ut aquila, fixis in solem oculis se posse splendidam ac perlucidam eius speciem, uisui humano intolerabilem, agnoscere. Cum singularem Doctrinam, angelicos mores, humanitatem, pudicitiam, celibem uitam, pietatem, sapientiamque ac eximias reliquas, uirtutes tuas, quibus te decorauit Aliassimus considero, sic in admiratione mea succumbo, ut iam quid uiderim nesciam, an angelum humana carne uestitum, an hominem in terris angelicum. Quoniam, ut Diuus ait Hieronymus, uiuere in carne preter carnem

est potius angelicum, quam humanum, tantoque maiori preconio dignius, habere ex uirtute, quod possident illi beati spiritus, ex natura, et diuina gratia confirmati. Hac igitur in mea sic estasi ut ita dicam constitutus, ut in transfiguratione Domini Petro contigit, in illa beata uisione prae nimia gaudij dulcedine, dico et ego Reverendissime mi Domine bonum est, nos hic esse, et tunc te me acriter increpantem audire uideor, ac dicentem: Nunquam amplius sic delires, ut hic me beatum dixeris, cum homo sim mortalis, cuius lutum fuit initium, et finis non aliud quam puluis et cinis, et utinam quod, inter utrumque est, bonum esset. An ignoras in sacris litteris, Job scilicet XIJ^o, scriptum esse, Homo natus de muliere breui uiuens tempore, repletus multis miserijs, qui quasi flos egreditur et conteritur, et fugit uelut umbra, et nunquam in eodem statu permanet. Vide quam minimum sit, quod tanti pendis, quod sim in florida iuuentutis etate constitutus, cum paulo post, et canus et senex, sicut et ceteri, qui immaturi non decidunt, sim futurus, moriturusque. At ego quasi de graui somno excitatus, hec audiens, in me reuersus agnosco, sic esse profecto, ut te dixisse et me audiuisse uidebar, et ob hoc nimio moerore conficior, Reverendissime mi Domine, cum te ob singulares uirtutes tuas mirifice diligam, et obseuerum, Vnde cuperem, ut in hac florenti etate foelicique statu semper esses. Sed posteaquam ordinationi Diuine, etiam mente uel desiderio, contraire non licet, non optabo, quod impetrari non potest, ut semper hic uiuas, sed quod licet, et consequi possum, totis precordijs, cupere non desinam, ut tam diu uiuas, et in hac etate florida permaneas, et ulla sine ruga et absque canitie, possim ego, iam canus, te longis annis ac foelicibus conspicerere. Quod ut Reverendissima D. V. et ego seruitor eius deditissimus, simul assequi ualeamus, cudere Tractatus decreui „De tuenda et proroganda uiridi ac florida iuuenta“. Quo possis tu prius, diu iuuenis, sanus letusque, consistere, aliosque ad idem Juuenes dominos, ut diutius, exemplo tui dignissimo Deo seruiant, allicere. Sicuti et Reverendissimus collega tuus, Dominus Thomas Archiepiscopus Strigon. et Cardinalis Dignissimus. Libellum

nostrum habet „De conseruanda et proroganda senum uita“, ut et ipse quantum fata sinunt, diu superstes sit, et senes alios ad idem consulere ualeat. Et sic habebitis ambo modum per quem, diu presens uita possit prorogari, et iure quidem merito, utrique uestrum munus hoc debebatur, ut quem admodum, non tantum uerbis, et Doctrina, sed optimo uiuendi exemplo, ceteris uiam, que ad uitam perennem ducit, ostenditis, sic et huius umbratice semitas, diu uiuere cupientibus, ut diutius Deo seruiant, aperire possitis. ut tota nobis, gratias agens Hungaria, cum propheta in psalmo dicat. Notas mihi fecistis uias uite, que nobis prius erant incognite. Hoc igitur meum quantulacunque, et qualecunque sit operis huius munusculum, pro tua in omnes humanitate, sic Hilari uultu, digneris accipere, Domine mi obseruandissime sicuti ex beneuolentissimo meo erga te animo, dono datur, ut diu uiuas, et in hac tua florenti etate longo tempore permaneas incolumis, ut opto, opto autem, toto ex desyderio, quam maxime. Valeat felix, nunc et semper Dominatio Vestra cui me plurimum commendo, et me ei uere commendatum esse, scire percipio.

De tuenda et proroganda uiridi ac florida hominis iuuenta Libellus. Quem Antonius Gazius, Patanius, Artium et Medicine professorum omnium, minimus, ex uariis sapientum antiquorum sententijs collegit, in Christi Jesu nomine, foeliciter incipit.

Caput Primum. Quid sit Homo et quante dignitatis ac excellentis nature a sublimi Deo creatus fuerit, ostendit uariis Doctorum testimonijs.

Cum ita sit, ut Diuinus Plato philosophorum supremus, in Timeo scripserit, quod in omni tractatu fieri debeat, ut inter initia consideretur, quid sit, de quo agitur. Quem imitatus in primo de officijs Cicero, sic ait. Omnis enim que ratione suscipitur de aliqua re institutio, debeat a definitione proficisci, vt intelligatur, quid sit, de quo disputetur. Cum uelimus igitur de tuenda florenti hominis iuuenta, pertractare: quid homo sit prius, et quid iuuenta deinde monstrare debemus, ut quam nobilis ac utilis sit materia, de qua intendimus agere, primum apareat. Dicamus igitur

cum Gallieno in primo de complexionibus sic scribente. Homo prudentissimus et sapientissimus est animalium et temperatissimus. Que fuit Aristotelis sententia in 2^o de anima sic dicentis. Homo est excelentissimum, et prudentissimum animalium, et idem in Libro primo de animalibus inquit. Nobilissimum et altissimum et apud vos notius, et magis fixum animal, est homo. Sed in Libro Vniuersalium, Porphirius dignitatem hominis ostendens, ait. Sumus enim rationales. nos, et Dij, sed mortale oppositum disiungit nos, ab illis. Quasi dixisset Homo est animal rationale et mortale. Vnde Seneca scribens ad Lucillum Homo nihil aliud est inquit. quam corpus humanum, Diuini spiritus pars immersa. et Boetius in 2^o de consolatione itidem sentiens, ait. Homines Deo mente similes existunt. et Lactantius in 2^o Diuinarum institutionum Libro, capite XIJ^o, dixit. Hoc animal prouidum. Sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis, et consilij, quem uocamus, hominem, preclara. quadam conditione generatum esse a summo Deo solum, Cicero etiam confessus est. In Libro etiam 7^o. earundem cap^o 4^o. Magna inquit et recta et admirabilis est uis et ratio et potestas hominis, per quem mundum ipsum, et uniuersa, quecunque sunt, Deus fecit. tantumque illi honoris tribuit, ut eum preficeret uniuersis. Quod etiam intellexit Augustinus in Libro de Spiritu et anima. cum ita scripsit. Fecit Deus hominem de limo terre, et inspirauit in faciem eius spiraculum uite, dans ei sensum, et intellectum. Vt per sensum lutum sibi sociatum, uiuificaret. et per intellectum regeret, et ut per intellectum intus ingrederetur et contemplaretur Dei sapientiam, et per sensum foras egrederet, et contemplaretur, opera sapientie. Intellectu intus illustrauit. sensu foris decorauit. Vt in utroque resectionem inueniret, intus ad foelicitatem, foris ad Iucunditatem. Idem etiam in Libro de catechizandis rudibus ait. Fecit Deus hominem ad imaginem suam, ut quemadmodum ipse, per omnipotentiam suam, preest uniuerse creature: Sic homo per intelligentiam, quam et creatorem suum agnoscit, et colit, preesset omnibus terrenis animalibus. Fecit etiam illi adiutorium feminam, non ad carnalem concupiscentiam, quando quidem nec incorruptibilia corpora, tunc habebant,

antequam eos mortalitas inuaderet, poena peccati. Sed ut haberet uir gloriam, de femina, cum ei preiret ad Deum, seque illi preberet imitandum in sanctitate, ac pietate. Sicut si ipse esset gloria Dei. Cum eius sapientiam sequeretur. Que omnia Diuus sensit Ambrosius, cum Porphirium secutus. in L^o de Noe et Archa, cap^o 4^o, dixit. Homo enim definitur, animal uiuum mortale, rationale. De cuius pulchritudine et miranda Dignitate, super psalmo 118^o sermone X^o idem sic inquit. Et si de luto corporis nostri substantia sit, carne induamur et corpus ossibus intexatur, et neruis, tamen quod simus preciosissimum opus Dei, nemo dubitauerit. Nam et fabricam ipsam humani corporis, si quis considerare uelit, nihil poterit, in terra preciosius iudicare. Est enim homo statu celsus, vultu decoris cesarie gratus, non in alium ceterorum more, curuatus animalium, Sed ipso nature, Iure, sublimis, qui in coelum libero spectet obtuitu, nulla captiue seruitute ceruicis oppressus in terram. Sed tanque proprie conscius Libertatis et Locuples sui testis auctoris, Verumtamen in ceteris animantibus, membrorum forma laudetur, in quibus preter gratiam corporis, nihil est aliud, quod requira. Homo in eo pulchrior, quod non uidetur, non in corpore quod uidetur, in se habens eternitatis gratiam, et presentium uenustatem. Vnde Salomon ait Grande homo et pretiosum et uere magnus est, qui Diuini operis interpret est, et imitator Dei. Homo est enim, qui potuit dicere. Imitatores mei estote sicut ego Christi, terram excolit, mari tanque possessione utitur, coeli ornamenta miratur. Et infra sic etiam adiecit. Denique posteaque fecit Deus coelum et terram et maria, posteaque omnia reptilia, uolatilia, animalia, postea hominem fecit. Quem animantibus cunctis anteferebat. De quo non inmerito, coelestis sententia resultauit. Faciamus hominem, ad imaginem et similitudinem nostram. Cetera dixit et facta sunt. Vt homo fiat, specialis quidam Dei accessit hortatus, ut tanque Laborantis Dei, in huius munere creature significet operatio. Deus quidem expers Laboris est. Sed tamen scripture uerba, quid aliud nisi studiosam, tui ob gratiam, operationem eius ostendunt. Ergo si Deus maiori quodam studio, te creauit, cur ipse

tui studium relinquis? Si Deus in te laborauit, qui laborare, non nouit, cur ipse fugitans sis Laboris. Manus tue inquit fecerunt me. Cognosce te igitur homo quoniam opus es magnificum Dei. Attende tibi, ut lex dicit. Disce homo quam grandis, et preciosus sis. Vilem te terra demonstrat, sed gloriosum uirtus facit. Fides rarum, imago preciosum etc. Ex quibus apparet quia sit et quante pulchritudinis et excellentis nature sit homo. De cuius uite prorogatione, tanquam de prestanti materie. Diuino fauente numine, scribere proposui. Sed prius quid Inuenta sit, siue Inuentus consequenter aperiam, ut operis titulus luculentius appareat.

Caput secundum ostendit, quot sint uite hominis etates et de qua, et quare potius de tuenda et proroganda uiriid Inuenta, atque de alijs, sit in sequentibus agendum.

Licet eternitatis respectu. Vita presens quantum uis longa, nihil sit, aut tam minima, ut pro nihilo iudicetur. iuxta illud Senece ad Lucillum. punctum est, quo uiuimus, et adhuc puncto minus, et iuxta illud paralipomenon. Dies nostri quasi umbra, super terram, in quibus nulla est mora. Alicuius tamen prolisitatis est, ut sensit Tullius in Libro de senectute, cum ait. Breue enim tempus etatis, satis est longum, ad bene honesteque uiuendum. Sin processeris longius, non magis dolendum est, quam agricole doleant, preterita uerni temporis suauitate, estate, autumnumque uenisse. Ver enim tanquam adolescentiam significat, ostenditque fructus futuros reliqua uero tempora, de metendis fructibus, aut percipiendis accomoda. Ex qua quidem sententia totam hominis etatem, quattuor anni temporibus uidetur esse comparandam. Veri scilicet adolescentiam, Inuentam estati. Senectutis uulbulum autumno. hiemi uero, frigida sicca senectus. Vnde Cicero Libro superis allegato dixit. Cursus est certus etatis et uia una nature, eaque simplex, Sue cuique parti, tempestiuitas est data. Vt enim infirmitas puerorum et ferocitas Inuenum et grauitas iam constantis etatis. Sic senectutis maturitas, naturale quiddam habet, quod suo tempore percipi debeat. Et huic opinioni Auicenna assentire uidetur in prima primi. Doctrina 3^a cap^e 3^o sic ait. Etates omnes

sunt quattuor, etas adolescentie, que est usque ad XXX^m annum. etas consistentie, que est usque ad XXXX^m et etas senectutis, que est usque ad LX^m et etas decrepita, que est usque ad mortem. Haliabas est in p^o Theorice, cap^e 21^o, sic de hoc scribit. Crescit autem homo usque ad annos fere triginta, at uero pueritia usque ad annos XV. et usque ad XXX adolescentis. Adolescentia igitur secundum Auicennam, pueritiam comprehendit, sic quod pueritia et adolescentia primam etatis humane, etiam longissime, quartam, continet. Que ut Genesis sexto colligitur, in centum et uiginti annis concluditur. Gallienus quoque in libro de Tabe, quattuor hominis etates igni ex lignis uiridibus facto, comparat. Qui propter lignorum humiditatem, primo fumosus est, et, paruus adhuc, et huic prima etas, scilicet, comparat. Desiccata non illa superflua lignorum humiditate, lucet et crescit in altum, et huic adolescentia et Iuuentus conueniunt. Deficiente autem substantia et humiditate, deficit et tandem extinguitur. Sic est puer, iuuenis, senex, et decrepitus. Ptolemeus autore in Libro 4^o sui quadripartiti cap^e 9^o et reliqui omnes astrologi, totum uite hominis cursum in septem partes diuidunt, scilicet in Infantiam, pueritam, adoloscenciam, Iuuentutem, siue consistentiam, primum senium, senectutem et decrepitam, et quam libet ex his, suo planete disponenti eam, attribuerit. Dicuntque enim quod luna quattuor primorum annorum, infantis dispositioni dominatur, propterea quia Infans, sui corporis teneritudinem, infirmitatem, festinumque incrementum, suscipit, cuius etiam maior, et frequentior est, aquosa cibatio eiusdem quam forme, leuis alteratio, nec non ipsius anima, idest ratio, debilis, imperfectaque tenetur. Mercurius autem decem annorum sequentium, Dominus existit, qui sunt pueritie. Quoniam in hoc annorum spacio, effectus intellectus et raticinationis anime manifestum, puer ingredit. Velut si quasi eruditionis planta, et qualitatium anime radices, in eo plantarentur. Octo nunc sequentium annorum spatium, qui adolescentie secundum ipsum Ptolemeum, Veneri assignant, ex eo in his ad actus ueneris adolescens ipse mouetur. Soli autem, qui in sphaera planetarum, medium, ut rex, inter illos, locum possidet, uiginti

sequentium annor. dispositione siue dominium tribuunt, et hos Iuuentuti deputatos esse dicunt. Quia in hoc temporis spatia Iuuenes ut honores potentiam, resque magnas et fructuosas assequantur, sunt solliciti. In sequentibus non XV. annis Martem dicunt habere dominium, ob hoc, quia adhuc sunt anni roboris et gravitatis, in quibus impedimenta et aduersitates compluribus eueniunt. Alij non ualde laborant et operantur grandia, utque intendunt, ante mortis accessum, perficiant, et hi sunt anni primi senij. Duodecim non sequentes annos, ioui plerisque de causis, dicunt esse assignandos presertim quia tunc homo ab operibus corporis et a laboriosis et periculosis actibus, se retrahant ut bona iam porta conseruet, studet, et ut honorificentiam, bonamque famam, ac reuerentiam augeat, Deique gratiam consequatur, maxime sollicitus existat. Et hec est proprie senectutis etas, grauis, matura, sapiensque. Post hos autem anni Saturni, ueluti in extremo positi, qui sunt ultimi senij uel etatis decrepitate, succedunt, et hi non inmerito frigido assignantur Saturno, ex eo quod hominum motus, sint ualde tardi, graues quam nimis, et eorum membra frigida uetustaque tabe, consumpta. Rursus quia tristes sint senes, varijsque . . . animi, et corporis, Impedimentis, affecti Ptolemei et sequentium igitur opinionem imitatus Iuuentutem viginti annorum spacio, comprehendam ab anno scilicet XXIIJ usque ad XXXXIIJ etatis annum, uiridem floridamque iuuentam, appello, ex eo quod tunc homo fortior sit corporisque perfecti, et De tuenda et proroganda, quanto plus fieri poterit. hac etate, scribere conabor, uel polliceor quod XX eius anni, triginta uel plures fieri possint, sed ut idem corporis robur, sensuum integritas, roseusque color sic perseuerent, post hanc etatem, ut quinquagenarius, sexagenariusque, nostris monitis, optime consuetus, adhuc iuuenis fortis et integer appareat et sit, ac si in precedentibus annis iuente, adhuc esset constitutus. Sed ob quam causam de hac tuenda etate, potius quam de alijs hoc in opere scripserim, si quis a me petierit. Respondebo hoc duplici de causa fecisse prima quia Reverendissimus Dominus meus, cuius R^m. D. opus hoc dicatum esse uolo, in hac uiridi iuuenta, in pesentiarum sit iuuentus. Secunda quia iuuenes,

cum sint spe pleni, ut Aristoteles ait, in prima problema-
tum, nimium de proprijs uiribus, et corporis sui robore, con-
fidant, nihilque timeant de morbis, aut uite periculis. Sed
cum liberi sint a timore uel iugo parentum, suis tantum
uoluptatibus, et arbitrio dediti, omnibus se de facili, discrimi-
nibus exponunt. Vnde in grauissimas ualitudines, plerum-
que incidunt, et in mortem, non pauci deueniunt. Non sic
autem pueri et impuberes, adhuc sub maiorum tutela seruati.
Illis igitur tuende salutis regimen inscribitur, qui sunt effre-
nati, et quasi equus et mullus, in quibus non est intellectus,
ut ait propheta, in chamo et freno timoris interitus, cohi-
bendi a R^{mo} D^{no} meo, qui non est, neque unquam fuit, de
eorum numero sed semper in omnibus sobrius et tempera-
tus, sanctissimo itaque suo bene uiuendi exemplo et sequentis
doctrine monitis, ut hic diu, eiusmodi uiuere possint, sicut
et uitam perennem edocet, admonebit.

*Caput III^m ostendit, quam bona, quam utilis, et quam
preciosa sit Sanitas corporis et Vita, et quare diu et incolu-
mes uiuere debeamus optare.*

De quibus agendum sit supradiximus, sed quam bonum,
quam utile, ac preciosum sit, de eiusmodi Librum facere,
consequenter ostendamus, ne gratis hunc laborem, subire
uideamur. Dicimus igitur quod dare modum per quem tuenda,
ac diu proroganda sit uiridis iuuenta, nil certe aliud est,
quam modum tradere, per quem uita hominis, cum iugi
sanitate tuetur et prorogatur. Quippe cum, diu seruato iuue-
nili floridoque robore, a longe, senectus arcetur, et mors
ipsa consequenter propulsatur. Quo quid magis naturale sit,
non iuenio. Cum non solum homo, rationis capax, Verum
etiam cuncta, quantumuis minima et imperfecta id expetant
animantia, ut per Boetium apparet in 3^o de philosophica
consolatione sic scribentem. Omne animal tueri salutem
laborat, mortem uero perniciemque deuitat. Que fuit etiam
in primo de officijs Ciceronis sententia sic dicentis. A prin-
cipio generi animantium omni est a natura tributum, ut se
uitam, corpusque, tueatur declinetque ea, que et moritura
uidentur. Que quam sane ad uiuendum necessaria inquirat, et

paret. ut pastum, ut latibula, et alia generis eiusdem. Cuius causam. Diuinus plato philosophorum pace aliorum dixerim, precipuus tetigit, in eo libro, quem conuiuium appellauit. Cum sic Inquit. Natura mortalis, semper immortalis esse, pro uiribus nititur. Sed cum Vita sine sanitate ac sensuum integritate dulcis esse, non possit, ut in aegris et senibus est uidere, post uitam, unum quodque salutem corporis, uti bonum nature precipuum exoptat. Nec profecto mirum, cum dixerit Gallienus in 2^o de Alimentis. Sanitas est res dignissima studentii uiuere secundum naturam. et Aristoteles in ethicorum, Delectabilissimum est, sanum esse, et in 2^o rhetoricorum, Viro sanum esse, optimum est propterea Tullius in 3^o de officijs inquit. Vite et saluti consulendum est. et in eorundem 2^o Valere magis quam diues esse. In epistolis quoque sepius ait. Cura ut ualeas. Que fuit etiam Platonis sententia in Georgia cum dixit. Nihil Sanitate sit melius et in phedone, omnes et Sanitatis bonum sic breuibus hortabatur, dicens. Itaque totis uiribus, ut sani efficiamur, est anitendum. Nec, sit aliquis, tum delirus, qui malum putet esse sanitatem, quia dixeris Aptus. Cum infirmor, tunc fortior sum. Quoniam Sanitas magnum bonum esse, non solum philosophi ac Medici. Verum etiam ex approbatis ecclesie Doctoribus, ac ex sacris litteris, hoc idem colligimus. Dixit enim Augustinus, super canonica Joannis. Optare alicui salutem corporalem, bonum est. et in libro 6^o sue musice, idem ait. Sanitas unius diei, profecto est melior quam multorum dierum imbecillitas. Ecclesiastici etiam XXX^o cap^e scriptum est. Melior est pauper sanus, et fortis uiribus, quam Diues imbecillis et flagellatus malitia. Et paulo post, subdit salus anime melior est. omni auro, et argento. et corpus ualidum quam census immensus. Quid non est census super censum salutis corporis. Sicuti non est oblectamentum super cordis gaudium. Pulchrum igitur et utile ualde negocium, hoc erit, de quo scripturi sumus. perinde omnes et presertim Iuuenes hortatos esse uelim, ut presens opus ni forte uitam neglexerint, quam etiam minutissima animalia diligunt, ratione carentia, attente perlegant et que legerint obseruent. Quia ubi de uita ac salute agitur, nullum satis quam perutile haberi

potest consilium. Si pecunia, uel aliud eiusmodi, negligenter amittitur, uel illud idem, uel ei, omnino simile, recuperari potest. Sola corporis uita, si semel pereat, nullo precio, de mortis faucibus, est redimenda. Nec tantipendendam corporis salutem, uitamque presentem dicimus, ut hic semper esse permanendum censeamus. Cum satis utique sciamus, ut in libro de poenitentia dicit Augustinus, quod non sit hec uita dicenda, sed potius umbra uite, cum nulla firmitate subsistat. Quemadmodum Diuus sensit Ambrosius, in libro 2^o de uocatione omnium gentium, cap^o 8^o, cum inquit: Vite huius principium, mortis exordium est, nec prius incipit augeri etas nostra, minui cui si quid adijcitur spacij temporalis, non ad hoc accedit, ut maneat, sed in hoc transit, ut pereat. Et in libro de bono mortis, cap^o 2^o idem ait. Quid igitur tantopere uitam istam desideramus, in qua quanto diutius quis fuerit, tanto maiore oneratur sarcina peccatorum. Sed magnipendendam esse salutem corporis et vitam esse dicimus, ut antequam hinc exeamus, aliquid boni facere possimus, ne quasi pecora uentri dedita, dum hic fuerimus a posteris iudicemur. Iuxta illud Lactantij in libro de Ira Dei, cap^o ultimo, sic dicentis: Si hec uita est optanda sapienti, profecto nullam aliam ob causam, uiuere optauerim, quam ut aliquid efficiam, quod uita dignum sit. Quod sensisse uidetur in primo de officijs Cicero quum ait: In tota uita constituenda est multo, reique cura maior habenda est, ut constare in uite perpetuitate possimus nobismet ipsis, nec in ullo officio, claudicare. Hic igitur diu et incolumes uiuere, non ob aliam causam desyderare debemus, nisi ut in Libro de moribus ecclesiae dixit Augustinus, ut queramus quid sit bene uiuere. Quod est ad Beatitudinem recte uiuendo tendere, et id erit profecto amare uirtutem, amare sapientiam, amare ueritatem, et amare ex toto corde, et ex tota anima, et ex tota mente uirtutemque inuiolabilis, et iniucta est. Sapientiam, cui stultitia non succedit. Veritatem, que conuerti, atque aliter, quam semper est, se se habere non nouit.

Caput IV^m ostendit quod cupientes diu in uita et sanitate conseruari, scire debent quattuor esse uite causas. De quarum duabus tantum hic agitur scilicet de finali et efficiente generali, ac prima, que est Deus, a quo prius salus et uita petenda est.

Quam bona et quam utilis sit sanitas et diuturna uita, presertim in uiridi et florida iuuenta, in precedenti cap^o satis dictum est. Sed quomodo eam tueri ac prorogare possimus, iam deinceps dicendum est. ut quicumque presens opusculum legerint, non solum intelligant, Verum etiam sciant qualiter id assequi ualeant Sed hoc ueraciter scire non possunt, nisi prius sanitatis et uite causas omnes agnouerint. Dicente Auicenna in prima primi cap^o 2^o. Cuiusque rei scientia non aquiritur nec completur, cum causas habuerit, nisi quod suarum causarum cognitionem. Que fuit Aristotelis sententia in p^o posteriorum cum ait. Scire opinamur unum quodque simpliciter, et non sophistico modo, cum causam arbitramur cognoscere, propter quam res est, et quoniam illius est causa. et non contingit se aliter habere, et idem in p^o Methaphysicæ dixit. Tunc unum quodque scire dicimur, cum primas causas scire putamus et Aucrois in p^o physicorum commento primo ab eo accipiens, inquit. In doctrina ordinaria, debemus incipere a cognitione causarum primarum rei cognoscende profecte, Deinde intendere ad cognitionem aliarum causarum remotarum secundum ordinem. Cause autem secundum Aristotelem in 2^o physicorum, et in p^o methaphysice sunt quattuor, scilicet, materia, forma et finis et efficiens. Et quoniam causa finalis secundum philosophum loco allegato, est causa causarum omnium, ab ipsa non inmerito capiamus initium dicentes, quod non aliam ob causam hic sumus et uiuimus, nisi ut bene operemur, ut bene operantes, in hac umbra uite, ad perennem peruenire possimus, et quod ita sit per Lactantium in L^o 7^o diuinare institutionum, apparet, sic in cap^o 6^o, scribentem. Iccirco mundus factus est, ut nascamur, ideo nascimur, ut oquoscamus factorem mundi ac nostri, Deum. Ideo agnoscimus, ut colamus, Ideo colimus, ut immortalitatem, pro mercede Laborum, capiamus. Quoniam maximus laboribus cultus

Dei constat, ideo premio immortalitatis afficimur, ut similes angelis effecti, summo patri, ac Deo, in perpetuum seruiamus, et simus eternum Deo regnum. Hec summa rerum est. Quod etiam sensit Augustinus, in Libro de cognitione uere uite, cum ait. Constat profecto naturam rationalem, ad hoc solum factam, ut factorem suum Deum intelligat. Intelligendo diligit, diligendo, in eo qui est eterna uita, eternaliter beateque uiuat. Causa non efficiens. Sanitatem et uitam est multiplex, ut Infra patebit. Sed prima et precipua Deus est. Qui est causa prima, superior omni narratione, ut proculus ait. Ipse enim illuminat causas secundas, et res creatas regit omnes, et Influit benignitatem suam omnibus rebus, una influxione, sed non omnes res equaliter recipiunt illam, sed solummodo secundum capacitatem sue nature. Quod autem ipse Deus gloriosus sit causa et auctor nostre sanitatis et uite, ex compluribus sacrarum litterarum testimonijs apparet. Ecclesiastici XXXIIIJ^o scriptum est. Oculi Domini super timentes eum, protector potentie, firmamentum uirtutis teginem ardoris, et umbraculum meridiani, Deprecatio offensionis et adiutorum casus, exaltans animam, et illuminans oculos, dans sanitatem, et uitam et benedictionem. Deuteronomij XXX^o. ipse est uita tua et longitudo dierum tuorum. Joannis XI^o. Ego sum resurrectio et uita. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet. Item Joannis XIIIJ^o. Dixit ei Jesus. Ego sum uia et ueritas et uita. Actuum XVI^o. in ipso enim uiuimus et mouemur et sumus. Cum sit igitur Deus uita nostra et eiusdem auctor sine causa efficiens. Ut de formali et materiali, nihil hic sed infra, suo loco dicemus, Juxta sententiam Diui Ambrosii, in Libro de Cain et Abel, quicumque Diu et incolumis uiuere cupit, is debet in primis salutem, et uitam, ab eo petere. Vbi sic ait. Cum ipsa postulatio uoti matura esse debeat, ne uideamur de humanis actibus, hoc est de medendi peritia, herbarum quam succis, sperasse magis remedium, quam de Deo subsidium poposcisse. Ad ipsum enim prius confugiendum est, non ut quidam homines prepostero ordine, ante sibi ab hominibus, opem arcessunt. Vbi autem humana subsidia deserint, tunc opinantur Diuini postulandum fauoris gratiam.

Nec habeat quis pro inconueni, quia dixerim quod Vita et Sanitas a Deo petende sint. Quia sint temporalia ac in breui transitura, et malorum plerumque occasiones. Nam et hoc licite petere possumus, ut patet per Gregorium in homelia 27^a ubi dicit aperte quod temporalia cum desint, ab omnipotenti Deo petenda sunt. Sed meminisse debemus quod ex mandata Redemptoris nostri accepimus. Querite primum regnum Dei et Justiciam eius, et hec omnia adijcientur nobis. Quod etiam sentiens Augustinus in Sermone LX^o de tempore, cum ait. Qui erga illa, que non uidentur, in ueritate quesierit, et illa, que uidentur, Deo remunerante percipiet. Quia non mentitur, qui dicit. Querite primum regnum Dei, et Justiciam eius, et hec omnia adijcientur nobis. Nec hoc sic dicimus, ut pro rebus temporalibus. Deum non oremus, ut pro Sanitate corporis, aut pro pace temporum, aut pro abundantia fructuum, debemus et ista a Deo petere sed secundo et tertio loco, ut primas partes in omni intentione nostre orationis, amor anime et desiderium uite eterne obtineat, oremus ergo pro corpore. Sed sine ulla comparatione amplius pro anima supplicemus Hec ipse.

Caput V^m ostendit uitam et salutem corporis a Deo non esse petendam ab his qui sceleribus et impietatibus sunt inquinati, nisi prius ab eis mundentur quoniam peccata non solum eorum petitiones exaudiri non permittunt, verum etiam ipsam ante tempus a natura decretum abreuiant.

Quod a Deo sit Sanitas et Vita, et ab eo petenda In precedeneti cap^o satis apparuit. Sed quomodo, et a quibus expetenda sit, et obtinenda Deinceps ostendam, ne putet quispiam, quod tale tantumque Donum, tam facile ut forsitan optarent. concedatur indignis propterea dicimus quod qui uitam, et Sanitatem prorogare desyderant, non ut aliquid, uita dignum, efficiant. sed ut suis se diutius uoluptatibus, libidinibusque, aut impietatibus, se dedant, non sperent hi, in suis petitionibus exaudiri. Cum in Libro de uita christiana sic scribat Augustinus. Peccator sceleribus plenus, ad ecclesiam audenter accedit, et temere, et Importune, expan-

dit in coecollum impias manus, et innocentum cruore uiolatas, et ore illo polluto atque sacrilego, quo fuerat, paulo ante aut falsa locutus, aut turpia, preces ad Deum, quasi nihil sibi conscius mali, fundit. Quid agis imprudens et miser. Quid te maiori peccatorum bonere grauas. Quid Deo, preter contemptum, iniurias, irrogas. Quid ad prouocandam celerius irem, in testimonium poene tue sceleritas, ad Deum porrigis manus, ad quas ille non rescipit. Qui non nisi sanctas et immaculatas sibi manus iussit offerri. Quid ore illo Deum rogas quo paulo ante locutus es male. Cuius quantumuis multiplicentur preces, abhominantur. Sicut scriptum est. Cum extenderitis manus uestras, auertam faciem meam a uobis. Et si multiplicaueritis non exaudiam. Manus enim Vestre sanguine plene sunt. Lauamini, mundi estote, auferte nequitias, ab animabus uestris. Bene ergo ille sibi conscius esse debet et certus, et sue innocentie fidus, qui ad Deum manus extendit et porrigit innoxias. Cum Apostolus dicat. Volo autem uiros orare, in omni loco, leuantes manus sanctas. Ille ergo merito extollit manus. Ille preces bone conscientie fundit. Quid potest dicere. Tu nosti Domine quam sancte, quam innocentes quam pudice sint ab omni fraude et iniuria et rapina, quas ad te expandeo manus, quam immaculata labia, et ac omni mendacio libera. Quibus tibi ut mihi miserearis, preces fundo. Talis enim cito meretur audiri, antequam penitus preces fundat, potest impetrare quod postulat. Qui igitur coinquinatum se peccatis agnouerit, nec uitam speret diuturnam, neque in suis petitionibus exaudiri, nisi se prius per constitutionem, confessionem, ac debitam satisfactionem expurget, et mundet. Quod si fecerit Sanitatem, et uitam consequetur. Cum dicat Aristoteles, in 7^o Methaphysice. Ex sanitate in anima, sit sanitas in corpore et Augustinus in Libro de Doctrina christiana. Incorruptio corporis, de animi Sanitate consistit. Que fuit etiam sententia Diui ambrosii in Libro de Noe et Archa, cap^o XI^o sic dicentis. Quod in anima mens, hoc anima in corpore. Si mens tuta est, tuta est Domus, tuta est anima. Si anima incolumis, incolumis caro. Et infra subiunxit. Sobrietas enim mentis, medicina est corporis. In

promptu autem causa est. Quare sit prius a sceleribus mundanda conscientia, et lachrymis abluenda, ut Ezechias fecit. Qui cum a propheta intellexisset de proximo, se moriturum, conuertit faciem suam ad parientem, adorauit Dominum, et fleuit fletu magno. Quia ut in Glosa collateralis Rabanus ait cuncta Deus secutura presciens, ante secula decreuit qualiter per secula disponantur. Statutum ergo est quantum in ista uita mortali temporaliter uiuatur. Nam etsi annos XV. Ezechie addidit Deus, cum tamen cum mori permisit, tunc presciuit esse moriturum. Cuicumq; mortis sententia dicta est, protinus ad eius lachrymas, uita est addita, eo quidem tempore, mori merebatur. Qui elatus Domino gratias, pro inopinata uictoria, non reddidit, scilicet quia sue iustitie et meritis deputauit. Nec prefixum in prescientia Dei tempus uite prolongatum est. Sed illud quod peccando amiserat, ex largitate Dei redditum erat. Qui cum moriturum predixit, ante poenitentiam illius, presciuit, sic ipsum esse facturum. Ad parientem se conuertit, ne lachrymas assistentibus ostentaret, et ut tota mente Deum deprecaretur. Peccata igitur uitam abbreviant, ut sensit Rabanus Doctor eximius, et Ideo diu uiuere cupientes debent ab illis abstinere, et commissa diluere, pro ut dictum est. Et sic in petenda corporis salute ac diuturna uita poterunt exaudiri, ac diu in sua uiridi iuuenta consistere.

Caput VI^m et compluribus Diuinarum litterarum testimonijs ostendit, quod peccatum uita suam ante tempus abbreviatur. Vt qui Rabano non crederet his credat, Que negari non possunt.

Monstratum est in anteriori cap^o ad impetrandam salutem corporis et uitam esse hominum male uiuentium petitiones in efficaces, ex eo quod eorum Iniquitates, faciunt inexaudibiles, et quod amplius est, uitam ante debitum tempus abbreviari. Quod quia magni momenti est et non de facili creditur soli Rabano, presertim cum non paucos, etiam Impios, facinoribus uarijs obrutos uideamus, ad etatem quoque, decrepitam peruenire. Ob hoc non contentus his, que dicta sunt, in peccati cap^o, istud idem ex Diuinarum testimonijs litte-

rarum. Quibus non solum contraire nemini licet, Verum etiam non omnino credere nefas est impium ac exitiale. Genesis XX^o dictum est Abimelech. Qui Abrae uxorem, acceperat. Redde uxorem uiro suo, et uiues. Si autem nolueris reddere scito quod morte morieris, tu, et omnia, que tua sunt. Pro- uerbiorum etiam XI^o scriptum est, Justitia simplicis diriget uiam eius, et in Impietate sua corruet impius. Justitia rec- torum liberabit eos, et in Insidijs suis capientur iniqui. Et XIJ^o eorundem cap^o legitur. Propter peccata labiorum, ruina proximat. Effugiet autem iustum de angustia. et post aliqua in semita iustitie uite autem deuium declinat ad mortem. Rursus XV^o eorundem scriptum est Abhominatio est Domino uia Impij. Qui sequitur iustitiam dirrigetur. Doctrina mala deferentium uiam uite. Qui increpationes odit morietur. Ubi Nicolaus de Lyra dicit. Morietur morte culpe, et frequenter corporali morte ut patet de malefactoribus. qui occiduntur, eo quam correctionem oderunt. Ecclesiastici qu^o 19^o scriptum est. Qui se iungit fornicarijs erit nequam, putredo et uermis hereditabunt illum, et auferetur in exemplum maius, et tol- letur de numero anima eius. Iob XXI^o. Quid enim pertinet ad eum de domo sua post se, et si numerus mensium eius medietur siue dimidietur. Vbi Glosa collateralis in quid Ecce pro ultione graui, operis mali, ea que esse potuit uite longi- tudo, breuiatur. Iob est 24^o legimus. Subito morientur, et in media nocte curuabunt populi, et pertransibunt, et aufe- rent uiolentum, absque manu. Ubi Glosa collateralis. Subito morientur quolibet sero. De hac uita tolluntur iniqui, subito et repente tollunt. Quia finem suum prouidere, cogitando nesciunt. et in media nocte curuabuntur populi, noctem dicit cordis obscuritatem, in media autem nocte curuati per- transeunt. Qui transeunt quidem dum uiuunt, Sed per- tanseunt, dum moriuntur, et auferent uiolentum, subaudi diuina iudicia Quia subito exitu urgente, inuisibiliter rapi- tur, qui uisibiliter rapiebat, iniquus qui diu expectatus est, Iccirco repente sublatu est. Quia oculi Domini super uias hominum. In psalmo etiam LIII^o canit propheta. Viri sangui- num, et dolosi non dimidiabunt dies suos. Vbi Nicolaus de Lyra querentes effundere sanguinem innocentem, et dolosi non

uiuēt secundum medietatem uite sue naturalis. Quia mors talium communiter accelleratur. Ezechielis etiam XXII^o, scriptum est Apropinquare fecisti dies tuos, et adduxisti tempus annorum tuorum. et Iob XXII^o cum hoc optime concordat dicens. Viri iniqui sublati sunt, ante tempus suum. Vbi Glosa collateralis. ordinans nos Deus, iuxta merita disponit et terminum uite. ut uel malus breuiter uiuat, ne pluribus noceat. uel bonus diutius uiuat, ut pluribus prosit, uel bonus citius subtrahatur. ne si diutius uiuat, malitia corrumpatur. et ibidem Nicolaus de Lyra dixit. Iniqui, idest uitijis expositi, et assueti, sublati sunt de presenti uita, iusto Dei Iudicio, ante tempus suum. idest ante tempus mortis naturalis. Dicit quoque Dominus Hugo de charo, cardinalis Dignissimus, et Sacrarum litterarum interpres egregius. super psalmo. 18. peccatum septem inducere poenas, tres in anima scilicet hebetationem intellectus in ui rationabili, corruptionem affectus in ui concupiscibili. obdurationem in ui irascibili. In corpore quattuor scilicet paupertatem, molestiam, ignominiam, mortem temporalem, et eternam. Sed si quis Doctoribus his non crediderit. Deo Saltem, qui mentiri non potest, fidem adhibeat, sic in Deuteronomij 4^o precipientis. Caue ne aliquando obliuiscaris pacti Domini Dei tui. Quod pepigit tecum, et facias, aliquid eorum, que fieri Dominus prohibuit. Quia Dominus Deus tuus ignis consumens est et infra. Si Decepti fueritis patranes malum. coram Domino Deo uestro, ut eum ad iracundiam prouocetis, testes in uoco hodie coelum et terram, cito perituros uos esse, de terra. Non habitabitis in ea longo tempore. Sed delebit uos Dnus atque disperget. Eiusdem quoque XXX^o Similiter scriptum est. Si auersum fuerit cor tuum et audire nolueris, atque errore deceptus, adora ueris Deos alienos, et Seruieris eis. predico tibi hodie, quod pereas. et paruo tempore moreris in terra. Quo quid clarius dici possit, nescio. Volentes igitur diu in sanitate. ac uita permanere, a peccatis caueant. Quoniam ut in Libro de uita christiana Diuus inquit Augustinus. Merito Deus ex humanis impietatibus commouetur, merito iudicium in quibusdam ante tempus ostendit, merito talibus uita nec presens nec futura conceditur.

Caput VII^m ostendit sacrarum testimonijs litterarum quod diu uiuere cupientes debeant non solum a cunctis malis declinare, verum etiam Deum timere ac legem et mandata custodire.

Quantum uitam abreuient iniquitates ostendimus, sed quomodo eas, quisque declinare possit subiugendum esse censui, ut qui diu uiuere cupiunt ad plenum habeant, que ad tuendam corporis salutem et uitam pertinent, quantum ex super naturali uia, colligere possumus. In psalmo XXXIII^o per prophetam querit et docet altissimus, quomodo hic diu et foeliciter, et in coelo perenniter, uiuere possimus, dicens. Quis est Homo qui uult uitam et dies uidere bonos, et respondent ait prohibe linguam tuam a malo, et labia tua non loquantur dolum. Diuerte a malo et fac bonum inquire pacem et persequere eam. Diuertimus autem a malo et bonum facimus, uitaque consequimur utranque cum Deum uite auctorem querimus et timemus. Quia scriptum est Amos V^o. Querite me et uiuetis. Vbi Nicolaus de Lyra. Querite me inquit per opera bona, et uiuetis uita corporalia. Bene autem operatur et diu uiuit, qui timet deum et ei obedit. Nam prouerbior X^o legitur. Timor Domini apponet dies, et anni impiorum abreuiabuntur. Vbi Nicolaus predictus ait. Sicut patet de Ezechia, cui appositi sunt XV. anni et Deuteronomij 6^o similiter scriptum est. Timeas Dominum Deum tuum, et custodias omnia mandata et precepta eius, que ego precipio tibi et filijs tuis, ac nepotibus tuis, cunctis diebus uite tue, ut prolongent dies tui. eiusdem quanto XXX^o legimus. considera quod hodie proposuerim in conspectu tuo, uitam et bonum, si mandatis Dei obedieris et e contra mortem et malum. Et Infra. Testes inuoca hodie coelum et terram quod proposuerim uobis uitam et bonum, benedictionem et maledictionem. Elige ergo uitam, ut tu uiuas et semen tuum, atque obedias uoci eius, et illi adhereas. ipse enim est uita tua, et longitudo dierum, ut habites in terra. Item leuitici. 18^o. rursus ait Deus. Custodite leges meas atque iudicia, Que faciens homo uiuet in eis. Vbi Nicolaj glosa, talis habetur. Que faciens homo uiuet in eis, uita nature. Quia secundum decursum ueteris testamenti

patet quod quam diu filij Israel seruauerunt. Dei mandata, fuerunt in quiete. et prosperitate. Quando autem declinauerunt a Dei obedientia, fuerunt dati in gladium famem et captiuitatem. Secunda uiuet homo uita anime, et tertio uita glorie. Deuteronomij etiam 5^o sic precipitur. Non declinabitis neque ad dexteram neque ad sinistram, sed per uiam, quam precepit Dominus Deus uester ambulabitis, ut uiuatis et bene sit nobis, et protellentur Dies uestri in terra prouerbiorum 3^o similis colligitur sententia cum sic legimus. Fili mi ne obliuiscaris legis mee et precepta mea cortuum custodiat. Longitudinem enim dierum et annos uite, et pacem preponent tibi. Vbi Nicolaus de Lyra sic exponit. Longitudinem dierum uitam longam in presenti, et annos uite idest Sanitatis, preponent tibi. Anni enim geris, magis sunt mortis. In libro quinto Regum 3^o. cap^o. 3^o Salamon dictum est. Si ambulaueris in uijs meis et custodieris precepta mea, et mandata mea, Sicut ambulauit pater tuus, longos faciam dies tuos. De patre enim suo scriptum, in Libro allegato sed cap^o p^o. Et rex David senuerat, habebatque etatis dies plurimos Cunque operiretur uestibus, non calefiebat. Nulli igitur dubium esse debet quod qui Deo obedierit et legem eius ac mandata impleuerit, non solum uitam eternam promerebitur, uerum etiam et temporalem longeuam, assequetur. Super illud enim Deuteronomij 4^o. Audi precepta et iudicia que ego doceo te sic Nicolaus sepe numero pre allegatus ait. Eminentia legis, primo ostenditur ex effectu qui est prolongare uitam et multiplicare possessionem temporalem. Si lex obseruetur, et hoc est quod dicitur. ut faciens ea uiuas, et ingrediens terram possideas. Quod autem obseruantia legis prolonget uitam, ostendit per hoc quod uiolatores. legis per idolatriam fuerant omnes mortui, et obseruantes eam, adhuc erant uiui. et hoc est quod dicit textus ibidem. oculi uestri uiderunt omnia que fecit Deus contra Beelphegor, quomodo contriuerit, omnis cultores eius de medio uestri. Vos autem qui adheretis Domino Deo uestro uiuistis uniuersi, usque in presentem diem. Quis itaque nisi forte insipiens fuerit, aliter faciendum esse iudicabit. Cum Deus ipse, creator omnium, uelit ut omnes eius creature,

presertim rationales, ipsum timeant et colant, et ut Dominum agnoscant et uenerent. Qui uite et mortis habet potestatem, et qui deducit ad portas mortis et reducit, ut sibi placuerit, ut Sapientie 16^o dicitur. Ubi Glosa collateralis ait. Dei potestas ubique est. Qui omnia quecunque uoluit fecit, ipse curat corpora, ipse a bestijs animas saluat. Que omnia etiam sensit Diuinus plato quamuis gentilis esset. Cum in 4^o de legibus sic ait. Deus sicut antiquus quoque sermo testatur. principium finem et media rerum omnium, continens, recta peragit, secundum naturam circuens semper iudicium, comitatur eos qui a Diuina Lege desiuerint, puniens, Cui quidem iudicio, quicumque felix futurus est, adherens humilis subsequitur atque compositus. Qui aunt Superbia elatus est. Quia pecunia uel honoribus antecellat, uel corporis forma polleat qua cum iuuenilis animus dementia simul, ardeat, et petulantia, quasi nec principe, nec duce ullo indigeat. Sed aliorum ipse quasi sufficiens ductor sit is penitus a Deo deseritur, Desertus aunt alios eiusmodi nactus, exultat omnia simul perturbans, multisque uidetur minime contemnendus. breui tamen postea inculpabili Dei iudicio, punitusse ipsum, domum suam, ciuitatemque uniuersam simul euertit.

Caput VIII^m ostendit quod qui diu in sanitate et uita conseruari desyderant, debeant uite lignum apprehendere. Quod est uera sapientia legem scilicet Diuinam implendo mandata. Dei seruando et pauperibus compatiendo.

Quo sanitatem diuturnamque, uitam, in presenti ac in coelo perennem, consequi desyderant, nullatenus que diximus aspernentur, licet aliqui forsitan impertinentia iudicauerint, que de supernaturalibus et diuinis ad salutem et uitam corporis, que naturales sunt, applicamus. In qua quidem re, sicut illi putant forte insipientiam, nos autem ueram iudicamus esse sapientiam. Iuxta sententiam Boetij in arithmetica sua dicentis. Sapientia est earum rerum que uere sunt cognitio et integra comprehensio. Quod sentiens Aristoteles in p^o Methaphysice dixit. Sapientiam esse scientiam primarum et altissimarum causarum ad quam pertinet scire red-

dere causas eorum que sum. Quam Tullius in 4^o Tusculanarum questionum sic optime definiuit dicens. Sapientia est rerum humanarum et diuinarum scientia cognitioque, que cuiusque rei causa sit, ex qua efficitur, ut Diuina imitentur humana omnia inferiora, et ad eadem uirtute ducat. In 2^o autem de officijs sic quaeque eam, idem commendauit. Quid est enim per Deos optabilius sapientia. Quid prestantius: Quid homini melius, Quid homine dignius. Hanc qui expetunt, philosophi nominantur. Nec quicumque aliud est philosophia si interpretari uelis quam studium sapientiae. Sapientia autem est, ut a ueteribus philosophis definitum est, rerum diuinarum et humanarum. Causarumque, quibus he res continentur, Scientia. Cuius studium qui uituperat haud sane intelligo, quid nam sit, quod laudandum putet. Hec est illa, que a nostris lignum uite, quia uitam prebeat, nuncupatur. Genesis enim 2^o scriptum est. In paradisi medio plantatum fuisse lignum uite Vbi Glosa interliniaris ait. Lignum uite quod est sapientia, mater omnium bonorum. Beda non in Glosa collateralis dixit. Lignum uite datum est. Quia diuinitus accepit, ut qui ex eo manducaret corpus eius stabili sanitate firmaretur, nec ulla infirmitate, uel etate in deterius, uel in occasum laberetur. Strabus similiter inquit. Lignum uite hanc naturaliter uirtutem habebat, ut qui ex eius fructu comederet, perpetua soliditate, uestiretur, nulla infirmitate, ut anxietate, uel senij lassitudine, uel imbecillitate. Fatigandus. Vnde Augustinus in 14^o de ciuitate Dei, sic ait. Cibus aderat homini ne esuriret, potus ne sitiret. lignum uite, ne illum senectus dissolueret. et propterea pro uerbiorum 3^o scriptum est. Beatus homo qui inuenit sapientiam, et qui affluit prudentia. Melior est enim acquisitio eius, negociatione auri et argenti primi et purissimi fructus eius. preciosior est cunctis opibus, et omnia que desyderantur huic non ualent comparari. Longitudo Dierum in dextera eius, et in sinistra eius Diuine et gloria, Vie eius uie pulchre, et omnes semite illius pacifice. Lignum uite est his qui apprehendunt eam et qui tenuerint eam beati et in 4^o eorundem etiam sic scriptum est. Suscipiat uerba mea cor tuum. Custodi precepta mea et uiues posside sapientiam. posside

prudentiam, ne dimittas eam et custodiet te. Dilige eam, et seruabit te. Arripe illam et, exaltabit te glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus, dabit capiti tuo augmenta gratiarum, et corona inclita, proteget te. Audi fili mi, et suscipe uerba mea ut multiplicent tibi anni uite. Vbi dixit Nicolaus de lyra. Multiplicent tibi anni uite. Quia sapientes sciunt uitare pericula montis. in uita presenti, et per sapientiam, ueniunt ad uitam eternam. Prouerbiorum quoque 28^o legitur. Propter hominis sapientiam et horum scientiam, que dicuntur, uita ducis longior erit. Que aunt sit hec Sapientia, Job 28^o paucis absoluitur, ubi dicitur. Timor Domini ipse est Sapientia et recedere a malo intelligentia. In psalmo etiam XXI^o scriptum est. Initium sapientie timor Domini. Hec ut uobis uideatur est illa sapientia de qua in philebo meminit plato, cum inquit. Mens et sapientia nomina sunt omnium preciosissima. Quam nemo unquam deforme uel uidit, uel aliquo pacto cogitauit, aut fuisse unquam aut esse, aut futuram inde. Hec est illa sapientia que uitam prestat temporalem et condonat eternam. De qua prouerbiorum 3^o scriptum est. Fili ne obliuiscaris legis mee et precepta mea cor tuum custodiat. Longitudinem enim dierum et annos uite et pacem preponent tibi. Misericordia et ueritas non te deserant. Circumda eas gutturi tuo et describas in tabulis cordis tui, et inuenies gratiam et disciplinam bonam coram deo et hominibus. Et post aliqua subdit Custodi legem atque consilium meum, et erit uita anime tue et gratia faucibus tuis. Tunc ambulabis fidutialiter in uia tua, et pes tuus non impinget. Si dormieris non timebis. Quiesces et suauis erit somnus tuus, ne paueas a repentino terrore, et irruentes tibi potentias impiorum. Dominus enim erit in latere tuo, et custodiet pedem tuum, ne capiaris. Noli prohibere benefacere eum qui potest. Si uales et ipse benefac. Ne dicas amico tuo, Vide et reuertere, cras dabo tibi, cum statim possis dare. Quod etiam ex psalmo 4^o colligitur dicente. Beatus qui intelligit super egenum et pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Dominus conseruet eum et uiuificet eum, et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum in manus inimicorum eius. Qui igitur legem Dei ser-

uauerit, et mandatis eius obedierit, que omnia in illo continentur. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo etc. et proximum tuum sicut te ipsum, non dubitet quin uita eius prorogetur super terram, ut ex tot sacrarum testimonijs litterarum, deduximus. Que nisi ueritas mentiat, mentiri non possunt. Proximum autem diligere comprobabitur qui pauperum miserebitur, et necessitatibus eorum subuenerit. Quod maxime facit ad hanc uitam comparandam. Cum dicat Diuus Cyprianus in sermone de elemosina, allegans illud Thobie XII^o, quod Raphael Angelus dixerat. Elemosina a morte liberat, reuellat Angelus et manifestat et firmat elemosinis petitiones nostras, efficaces fieri, elemosinis uitam de periculis redimi, elemosinis animas a morte liberari. Quod etiam ueritatis testimonio comprobatur. Sic in actibus Apostolorum facti fides posita est, quod elemosinis non tantum a secunda, sed a prima etiam morte, anime liberentur. Geste et inplete rei probatione compertum est. Tabita operationibus iustis et elemosinis prestandis plurimum dedita, cum Infirmata esset et mortua, petri orationibus ad hanc denuo lucem redijt.

Caput IX^m ostendit que sint cause formales sanitatis et uite per quarum obseruationem et intelligentiam poterunt iuuenes Doctoris consilio in astrologia periti, corporis salutem incolumem conseruare et diu uitam eiusdem perducere.

Post cum Dei auxilio breuiori modo, quo fieri potuit, illa perstrinximus que ad tuendam et prorogandam salutem et uitam attinent, supernaturalis uite radice, hoc est, ex parte cause dantis seu efficientis eam, que est Deus, ut ostendimus, tempus est ut ad naturales et corporales uite et sanitatis causas formales, ac effectuias deueniam, ut habita earum noticia, qui uitam cupiunt, prorogare, nouerint unde salus corporis et uita procedant. Dicemus igitur cum nostro conciliatore in Dra, 21^o sic scribente. Cause autem naturales et corporee sunt triplices, uniuersales et prime particulares et secunde ac Medie. Quas considerare necesse est, uolente perfecte intelligere, unde uite longitudo aut breuitas eueniat. Causa uniuersalis et prima et coelum, motu et luce, Medie sunt hilec et alcohoden. bene uel male dispositi. Cause

vero particulares sunt duplices, quedam prime et mediate, scilicet calidum et humidum, et eorum ad inuicem debita et conueniens proportio, in quantitate et qualitate. Scilicet ut sit humidum in sufficienti copia et non de facili exiccabile. Calidum similiter non sit facile congelabile, nec nimis resoluens. Quoniam ut Auerois inquit in Libro de longitudine et breuitate uite Abundantia calidi et humidi, et dominum virtutum actiuarum super passiuas, est causa longe uite. Eius vero contrarium causa breuitatis. Cause autem secunde et particulares ac immediate, est proportio qualitatum actiuarum inter se, et passiuarum inuicem, et actiuarum ad passiuas, et similiter harum omnium tandem ad tertium, et maxime ad cor. Quippe cum longitudo uite consequatur uniuersaliter cordis proportionem complexionalem, propter quod uidemus, multos homines quorum membra sunt fortia et sana, et uirtutes ualide. quibus egritudines occurrunt mortales, propter quas ante senectutem moriuntur. Conspicimus et alios dictis oppositos ad senectutem peruenire, regimine equalicunque consimili supposito. Vnde dixit Auerois in 6 colliget cap^o primo. Non est impossibile, credere duos homines unius et eiusdem temperate complexionis, equaliter uno etiam regimine utentes, unum ad meliorem finem peruenire, in altero non malos generari humores, mortem inducentes. Quod euenit propterea. Quia in uno istorum, erit mala preparatio fixa, que causa existit ut in ipso hec generetur humorum malitia. Quam preparationem purus medicus ignorabit, ex eo quod preparatio eiusmodi, ab hilec et ab alcohoden causatur secundum quod rebus his consociantur mortabilibus. Sed medicus in astronomia sufficienter peritus, cognoscens fortitudinem uel debilitatem alcohoden tribuentem annos suos, maiores, vel minores, aut medios in illius preparationis et malitie noticiam, deueniet. Considerando diligenter, quantum ad annos, quos dat alcohodem, addant uel minuant fortune, uel infortune propter quod Aristoteles in L^o 4^o degeneratione animalium dixit, Causa eius quod sit longe uite animal quodcunque est contemperatum fore continentem aerem et ad periodos solis et Lune potissimum. Rationabiliter enim tempora omnium gestationum et genera-

tionum et uitarum mensurari volunt secundum naturam periodi. Idem quoque in XVIII^o dicti uoluminis ait in specie non sunt positi termini causa nostri solius, sed causa receptionis longeuitatis est impressio a stellis. Donec sit uita concordans cum reuolutione alicuius stelle aut multarum stellarum. Concludendum est igitur cum sapientissimo Petro de Appono Qui Patanorum Decus est Doctorum, eximium, cum omni scientia fuerit peritissimus, sic in Differentia 113^a dicente quod cause uite formales constituentes sunt hilec et Alcohoden, ratione illorum que sibi essentialiter insunt, ex parte orbis, et aliorum planetarum annos uite maiores, minores, siue medios tribuentium, Cause non uite formales conseruantes et in permanentia confirmantes, sunt obseruationes et fortuationes, quas astrologus facere poterit super natum presignata illius hora, scilicet natiuitatis, Quoniam cum quis fortunauerit hilec, dominum eius, et ascendens, et ipsius ascendentis dominum, similiter alcohoden, et in summa uite significatores, ut ascendens, medium coeli, locum solis et lune, partis fortune, et dominum coniunctionis uel preuentionis antecedentium natiuitatem, ut bene se habeant. Infortunauerit quam malos et scilicet sint cadentes etc. non est dubium secundum astrologos et imaginum auctores ipsum proficere in uite nati aliquam productionem, et sanitatem laudabiliorem afferre. Sicut horum omnium opposita, infirmitatem, et tandem mortem. Quod non solum contingit in indiuiduo, sed patrie omni, Vt recitat Tebit de fedice etc. Nec in hoc solum sibi proderit Astrologus, uel medicus in astrologia sufficienter peritus, Verum etiam in preuidendis ac predicendis temporibus iuueni tuendo suspectis in quibus, uel morbi uel alie male qualitates aut periculorum discrimina, immineant ut cum contrarijs premunitus illesus subterfugiat. Quando etiam ab his uel illis contrarijs, precauere debeat agnoscet. Rursus quando conseruando corpori, minutiones aut purgationes conueniant intelliget. Quando item confec-tiones alique sint pro eodem conficiende, ut virtutem totius aut particularium, membrorum, confortent preuidebit. Et sic poterit ex consyderatione coelestium formalium uite causarum, uitam hominis, et corporis eius incolume, longo tem-

pore conseruare. Vt in libro de proroganda senum uita Reuerendissimo Domino Strigoniensi dicato, sufficienter ostendimus.

Caput X^m philosophorum Medicorum et sacrorum Theologorum testimonijs, que posita sunt in precedenti cap^o corroborat, nequis ambigat coelum et stellas esse sanitatis et Vite causas formales tam conseruantes quam constituentes.

Ceterum quia circa predicta quidam solent non parum esse ambigui et Alij, quod peius est audent temere negare que diximus, putantes coelum et stellas cum sanitate et uita hominum, nullum habere commertium, et quod nullam se habeat Astrologia ueritatem, subiugendum esse proposui ad ampliorem predictorum corroborationem quod non solum conciliatoris. Qui fuit in omni scientia peritissimus, hec fuerit opinio, Verum etiam philosophorum, Medicorum et Theologorum sententia, quod Vita et Sanitas humani corporis, post Deum, a Coelo et Stellis pendeat atque consistat. Et quod ita sit per Aueroin apparet sic in 2^o libro coeli commento 37^o, scribentem. Determinatum est quod corpora coelestia habeant sollicitudinem circa nos et idem in 12^o Methaphysice commento 18^o sic ait. Sol et alie stelle. Que sit principium uite cuiuslibet uiui in natura, et calor solis et stellarum diuisus in aqua et terra, generat animalia. Cui si quis non crediderit Aristoteli saltem credat. Qui teste Diuo Hieronymo ad Eustochium absque dubitatione prodigium fuit, grandeque miraculum in tota natura, cui pene uidetur infusum, quicquid naturaliter capax genus hominum. Ipse enim Aristoteles in 2^o physicorum, sic inquit. Sol et homo generant hominem, quasi dixerit ad generationem hominis primo et principaliter concurrunt coelestia, que per solem tanquam per principium planetarum indicantur. Secundo non terrena, seu inferiora, per coelestia scilicet bene disposita, requiruntur. Que per hominem breuiter comprehendit, masculum uidelicet feminam competens semen habentes etc. et in Libro 2^o de coelo et mundo, textu commenti. 68, sic etiam ait. Primus orbis principium est et causa cuiuslibet uiui. et in primo Metheteororum scripsit de necessitate iste mundus continuus est superi-

oribus lationibus, ut omnis ipsius uirtus gubernetur inde. Que fuit etiam diuini Platonis sententia sic in Timeo introducentis Deum, ad coelos loquentem, Accedite uos secundum naturam, ad animalium generationem, ita ut uim imitemini meam. Qua in ortu uestro sum usus, atque eius quidem animalis, quod in ipsis tale futurum est, ut cum immortalibus appellatione conueniat, diuinumque uocetur, principatumque teneat, et Justitiam simul, ac uos ultro colat. Ego uobis semen et Initium tradam, uos cetera exequi par est, ut immortalis nature, mortalem at exentes, faciatis generetisque animalia subministrantes alimenta augeatis, et consumpta rursus recipiatis. Quod etiam hoc Medicine auctores senserint euidentis est. Auicenna enim in 2^a primi Doctrina 2^a cap^e 7^o sic inquit secundum res coelestes sic terrestres eueniunt. Et in canticis suis: Si stelle que dicuntur infortune fuerint in exaltatione significabunt super corruptionem animatorum. Si non fortune fuerint ibidem, super salutem eorum. Rasis etiam in 2^o suorum aphorismorum dixit. Conueniunt sapientes medicorum cum astrologis in hoc quod res omnes temporum, aeris, aquarum complexionum, et egritudinum, ex motu planetarum mutant, et in 6^o eorundem, sic quoque scripsit. Quod sub sphaera lune continetur secundum uniuscuiusque gradus lune diuersitatem, minuitur uel augetur, uel aliqua mutatione mutatur, et nunquam in eodem statu permanet. Auenzoar etiam, inter medicine auctores eximius, in primo sui Theisir Tractatu 9^o, cap^o 7^o. Non modicum est inquit, quod luna operatur in corporibus que a globo eius inferius existunt. Quod non solum manifestum in cucumeribus et cucurbitis, uerum etiam in omnibus alijs inferioribus. Quod non minus uoluit Gallienus in 3^o de criticis, cap^e 6^o ubi dixit, quod luna significat super dies qualiter erit dispositio hominis in eis tam in sanitate quam in egritudine secundum quod applicantur lune quedam stelle equales ex erraticis dicte fortune, aut in equales dicte in fortune. Quid etiam dixerit Hippocrates in primo prognosticorum super istud, in medium adducamus, ubi sic ait: Est quoddam coeleste in quo oportet medicum prouidere. Cuius si tanta sit prudentia admirabilis nimium quae stupenda, ut futurum periculum, uel omnino prohibeat uel competenti

adminiculo: tollerabilius fiat, non erit unquam accusatione dignus, sed ut magis confidatur de eo. Nam in quantum astrologus, ut scripsit Ptolemeus in centiloquio, multum malum prohibere proterit, quod secundum stellas futurum agnouerit. Si quis autem horum gentilium opinionem non admitteret audiat. B. Thomam de Aquino in libro 3^o contra gentiles cap^o 82^o sic scribentem: Inferiora corpora, per superiora disponuntur. Nec solum sunt eorum motiua. Sed etiam regitiua. Cum corpus celeste, sit causa omnis alterationis, et alteratio sit principium omnis motus. Vnde Dispositio humani corporis subiacet coelestibus moribus et in fine dicti capituli, hoc subiecit, memoria dignissimum: Necessse est, quod corpora nostra et alia que ad usum nostrum ueniunt, per motum coelestium corporum regulentur. Dixit etiam idem, in Libro de fato per motum circuli coelestis causatur et numeratur esse, et uita omnium inferiorum et rursus ibidem ait. Per gradus circuli distinctos per domos duodecim, certificatur esse, et uita inferiorum. Non autem accipitur periodus sine contentis in periodo, planetis, et stellis, et his que accidunt eis, ex situ et radiatione. Et fuit Dijonisijs sententia in 4^o de Diuinis nominibus dicentis. Corpora coelestia sunt cause eorum que fiunt in hoc mundo et Damascenus in 2^o idem sentiens inquit. Alij et alij planete, alias et alias complexiones, dispositiones, et habitus in nobis constituunt et Diuus Augustinus in Libro 3^o de Trinitate, itidem confirmat quando sic inquit. Corpora crassiora et inferiora, per superiora, subtiliora, et potentiora, quodam ordine, reguntur. Que omnia recte considerans subtilis doctor Joannes Scotus 2^o Sententiarum. Distinctione XIII^a questione 3^a in responsione ad 2^m argumentum sic ait. Conueniens est et necessarium, quod bonus medicus habeat scientiam astronomie. Quia posset propinare aliquo tempore medicinam que interficeret et tamen alio tempore liberaret et quemadmodum ipse de medicina dixit, Idem etiam in dandis his que ad tuendam corporis salutem et uitam, siue cibus, siue alijs, pariter intelligendum est. Propterea Diuinus Plato in Libro quem Philosophum appellat dixit. Nolite ignorare astronomiam sapientissimum quiddam esse. Ipsa enim sola causas uite

formales, uniuersales, et medias, constituentes et conseruantes, ceteris omnibus scientijs, longe melius est.

Caput XI^m causas uite materiales constituentes et conseruantes assignat, declarando quod per earum obseruationem debitamque custodiam, possit homo tam diu in presenti uita conseruari, quod diu cause formales eiusdem cum his simul permiserint.

Postquam de reliquis uite causis in superioribus, actum est, superest ut de causa materiali, sanitatis et uite, nonnulla subiungamus, ne aliquid intactum causarum genus, premittere uideamur. Dicemus igitur cum nostro conciliatore in D^{ra} 36^a quod Cause uite materiales sint duplices, quedam constituentes corpus humanum naturaliter, scilicet semen parentum, et menstruum. Addidi naturaliter ob gloriose semperque Virginis S. Marie conceptum. Qui non ex uirili semine sed obumbratione sancti spiritus et purissimo eius sanguine, supernaturaliter et subito factus est, ut sacro sancta catholica, tenet mater ecclesia, et nos in omnibus cum ea. Quedam etiam sunt cause uite materiales, dicte conseruantes, et he sunt sex res a medicis dicte non naturales, ex eo quod de substantia humani corporis non sint et tamen sunt naturaliter necessarie, et he sunt Aer, cibus et potus, motus et somnus et uigilia, inanitio et repletio, et animi accidentia. Scilicet gaudium, Ira, Tristitia, et huiusmodi. Et dicunt he cause conseruantes, non simpliciter, sed solummodo cum debite administrantur, per medicum, secundum quid precognoscit ex propria scientia, uel secundum quid Astrologus ei predicat, corpus conseruandum egrotaturum esse, ex hac uel illa de causa, ex directione gradus hilec, ad gradus malorum saturni uel Martis etc., fine bonorum aspectu, uel conuictione. Similiter ex applicatione infortunarum ad uite precipues significatores, ut ad plenum tradit Astrologie peritia et eiusmodi rerum non naturalium, debita administratio accuratissime obseruanda, non aliam ob causam facienda est, a Diligenti Doctore ad tuendam salutem et uitam preposito, nisi ut humidum influens, sic irroret innatum, ut conueniens pabulum fiat, naturali nostro calori, per

quem uiuimus, et per quem, tanque per instrumentum anime omnes nostre actiones, perficiuntur. Sic tamen competenter foueat, ne calorem obruat, quantitate nimia, uel sui mala qualitate. Neque etiam permittat, ut supraque conuenit accendat, resoluatur, et ad nihilum redigatur, aut sua paucitate aut nimia caliditate. Quoniam in hoc totius humane uite summa consistit. Si tamen cause formales ab his materialibus non discesserint, sed in uitam bene concordēs fuerint. Et ideo Conciliator in differentia. 113^a dixit, quod si a signatoribus seu a Dispositione coeli tributum fuerit alicui-centum annis uiuere, humidum non et calidum sufficientia non fuerint, non tantum uiuere poterit, et multo minus uiuet, si calidum et humidum sufficientia, homo idem, non habuerit, et influxu caruerit significatorum. Cum materia minus ad esse compositi quam forma faciat. Vita igitur constat in quadam proportione calidi et humidi adinuicem. Que sunt principia uite materialia sed talis proportio potest die conseruari, ut docent medici, humidum scilicet generando, sufficiens ad calidi sustentationem, et superfluum educendo, alterando et contemperando, prout coelum indicauerit, ut supra diximus. Et ideo concludendum est, et nullatenus dubitandum, quod beneficio periti ac diligentis Doctoris, uita diu possit prorogari, et mors per consequens retardari. Nec obstat quod Job 14^o scriptum est constituisti terminos eius, Qui preteriri non poterunt quia illud et similia intelligenda sunt, de termino communi lato, et non angusto, et preciso. ut idem Petrus Apponensis soluit, in Dra. perallegata. Dicendum quoque est per oppositum, quod necessarium sit, ut qui non fuerit cum hac diligentia rectus, citius quoque natura decreuerat, moriatur. Et ideo Gallienus in 6^o de regimine sanitatis, ait, Qui sanatiuam ignorant dictam, decens est citius quam secundum nature rationem mori. Cum hoc tamen fatendum est, quod tali etiam adhibita Doctoris diligentia, non omnes possint diu uiuere, sed solum hi qui a natiuitate fuerunt optimē constructi, et competenti regimine usi De quibus Gallienus intellexit in Libro de Tabe cum ait. Senectutis tabem impossibile est denique prohibere, sed auxiliari et in plurimum extendere possibile est. Quoniam possibile

est humidiores operari substantiam corporis, cordis et epatis propter quod possibile est uitam superextendere. Sed non omnino ab interitu liberare, ex multiplici contrari etate mortis causatiua, in corpore hominis iuuentu, scilicet qualitatum primarum, inuicem aduersantium, caloris naturalis agentis in humidum, qui per accidens se dupliciter perimit, tum humidum consumendo nature, tum etiam quia propter hoc. humor aqueus insurgit, ex Indigestione causatus, suffocans quantitate, et qualitate frigida extinguens ipsum. Quare necesse est tandem uitam deficere, continente in hoc parum quidem non cooperante in resolutione corporis continua, ex uirtute solis et stellarum suscepta. Et ideo inquit Auicenna in 3^a primi. Ars medicine sanitatis conseruatiua, non est ea que a morte penitus securos nos reddat, necque corpus ab extrinsecis nocumentis. nos muniat, necque unumquodque corpus ad ultima uite longitudinis, perducatur, que est secundum hominem absolute De duabus tamen rebus securitatem prebet, putrefactionis prohibitione omnino, et defensione humiditatis, ne cito resoluta, consumatur. In cuius quidem fortitudine consistit, ut ipsum usque ad debitum tempus secundum eius primam complexionem permanere faciat. Hoc igitur Doctor, suo studio, poterit efficere, ut conseruandum in sanitate et in uita corpus. tempus ante suum non deficiat, ipsum recte dictando, et in ceteris regendo, pro ut necesse fuerit. Vt pote coelum et stelle ab Initio simul cum calidi et humidi radicalium proportione, octoginta etatis annos Martino promiserunt, si debitum uite regimen seruauerit. et sapientis consilio adhererit. Ad tantum igitur senectutem perueniet, sed si uoluptatibus suis omnibus se dederit, nullumque sue salutis habere seu audire consilium, uoluerit, ad 50^m fortassis annum pertingere non poterit, malis humoribus ex malo uite regimine multiplicatis, calorem naturalem suffocantibus, aut ex eo, quod radicale humidum fuerit ante debitum etatis tempus exiccatum, uel ex superfluis libidinibus suis resolutum.

Caput XII^m ostendit neminem quantum uis in regimine suo temperatum sine perito Doctoris consilio ad uitam et iuuentam prorogandam sibi posse sufficere et cum aliter sibi prouidere possit, non liceat ei se soli Deo committere.

Sanitatis et uite causas omnes, ni fallor in precedentibus adduximus. Consequenter ad modum prorogandi uiridem iuuentutis etatem transire debemus, prius tamen estendamus non esse modum quem tradimus ab aliquo spernendus, quantum ius, in suo regimine temperatus existat. Et hoc ideo quia complures in hoc decipiuntur estimantes se posse sine tali custodia diu uiuere, licet uideant non nullos epulones et crapulosos homines, omnibus uoluptatibus suis indulgentes, ad senium peruenisse, nec considerant quod cause uite formales et materiales etiam, de quibus supra scripsimus, ab initio fortes et constantes habuerint, propter quas, non propter inglubinem suam, longeuī facti sunt, sed non omnes, predictas uite causas ita ualidas assequuntur, sed plerique debiles, et hi propterea Doctoris consilio et optimo conseruante uite regimine indigent, aliter enim leuibus de causis uitam cum morte commutant. Non est igitur in illa sua temperato uiuendi modo, confidendum. Quia licet hi bonis et laudabilibus utantur cibus et potibus, et in ceteris consimiliter, non possunt tamen euadere quin fateantur, quod illa bona que iudicant conuenientia, eis non noceant. Non quia in se sint mala uel illaudibilia sed, quia eis ideo sunt noxia, quia debitum illorum ordinem, nec tempus ipsorum congruum, sciunt eligere. Non enim semper ut estimant, temperata conueniunt, multoque minus distemperata, cum unus et idem nostri status corporis. non semper existat. Alteratur quippe sepius, uarijsque qualitatibus afficitur puotidie, nostrum passibile corpus, secundum uarios lune, et ceterorum planetarum, status, quoad signa et loca coeli. Vnde necesse est, quod corpus humanum nunquam possit in eodem statu permanere. Quomodo igitur esse potest quod eadem, uel consimilia, his sic iudicantibus, semper conueniant. Cum eorum corpora modo ad calidum, modo ad frigidum, mutantur, pluribus, uarijsque de causis ex parte

anni temporum et aliorum similium, diuersimode occurrentium. et si corpora mutantur, ut omnium magistra perdocet experientia, nonne mutari etiam debent secundum oportunitatem, cetera, ut contraoperemur supercoelestibus et alijs extrinsecus aduenientibus, sine dubio. Cum aut tempora talium mutationum, seu alterationum non preuideant, aut quia nesciunt, aut quia in alijs et compluribus suis, sint negocijs occupati, nec habuerunt qui ad hec pro ipsis. animaduertat Impossibile uidetur quin aliquando egrotent. Cum ea que temperata et bona esse putant, et reuera in genere suo sint approbanda sui tamen corporis dispositioni, plerumque non conueniunt, ex quo sunt superioribus causis, sepe conformia. Unde ex ambabus radicibus, simul concurrentibus, tanta maior in corpus eorum consurgit alteratio, et salutis, naturalisque habitudinis sue commotio. Quod cum sepius fiat, paulatim et insensibiliter, uite sue aliquid detrahunt, et pluribus uarijsque morbis se disponunt et preparant. Et ideo nullatenus de proprio consilio debent confidere. Quoniam se ipsos magis quam consulant, decipiunt. Quod si non esset in 2^o de officijs Cicero non dixisset. Valetudo sustentat notitia sui corporis, et obseruatione earum rerum, que prodesse solent, aut obesse, et continentia inuicta, omnique cultu corporis, tuendi causa et pretermittendo uoluptatis, postremo arte eorum, quorum ad scientiam hec pertinent. Et quis est hic de his qui putant, sibi soli sufficere. Qui ueram de sui corporis notitiam habeat, hoc est qui perfecte suam complexionem dignoscat. Cum in medicina fuerit imperitus. ad quam pertinet corporum complexionem, et que eis conueniant, uel obsint, agnoscere. Et ideo male ipsis confidunt eiusmodi. Qui a sacris litteris non immerito reprehenduntur ecclesiastici 5^o Vbi sic scriptum est. Ne dixeris est mihi sufficiens uita, idest ut Glosa exponit, mihi restat longa uita. Sed potius recordari debent scientie eiusdem ecclesiastici X^o. ubi dicit. Omnis potentatus breuis uita. Quia potentes inordinate uiuunt ut in pluribus. Et paulo post. Rex hodie est et cras morietur et ibi Nicolaus de Lyra dixit. Omnis potentatus breuis uita quia potentes communiter suas concupiscentias sequuntur, ut primo dicitur

ethicorum, et quia multi machinant in mortem eorum, aliqui ex ambitione, ut habeant eorum statum. aliqui ex odio ex eo quia ab eis reputant se grauatos. Et prouerbiorum 3^o scriptum est contra tales: Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo et ne initeris, prudentie tue in omnibus uijs tuis cogita illum, et ipse diriget gressus tuos. Nec sis sapiens apud temet ipsum. Time Deum et recede à malo, et sanitas quippe in umbilico tuo erit. et irrigatio ossium tuorum. Quod tamen nemo, ob hoc se soli Deo committere debeat, cum aliter sibi prouidere possit, uia naturali, manifestum esse potest, ex eo secundi Paralipomenon, 2^o cap^o, sic dicente. Cum Ignoramus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui ut oculos nostros dirigamus ad te. Vbi notandum est, uerbum illud. Cum ignoramus. Quoniam cum per aliam uiam, mortem euadere possimus, pauli exemplo per murum in sporta demissi, subterfugere tenemur, ne Deum temptare uideamur. Nam scriptum est Deuteronomij 6^o. Non temptabis Dominum Deum tuum. Vbi Glosa Deum temptat, qui habens quod faciat, sine ratione committit se periculo, experiens utrum liberari possit a Deo. Potest autem homo sapiens consilio doctoris multa sibi imminetia, siue futura declinare suspecta malorum tempora, prouidendo et cum contrarijs se premuniendo. Quod si fieri non posset. Ecclesiastici 7^o scriptum non esset. In die bona fruire bonis, et malam diem precaue. Sicut enim hanc, sic et illam fecit Deus ut non inueniat. homo contra eum iustas querimonias.

Caput XIII^m ad specialia descendens ostendit quod pro salute corporis tuenda et uiridi proroganda iuuenta equalia temperatis inequalia intemperatis administranda sint complexionibus quando eas sic conseruare volumus, sed quando ad melius reducere paulatim sibi contraria.

A generalibus hactenus expeditus, tempus est ut ad specialia sanitatem conseruantia, et uitam ipsam prorogantia, Deo semper duce deuemamus et singulariter ostendam, quot et quanta ad tuendam uiridem, et ad uitam prorogandam, requirantur, per quod magis apperebit, quod in precedenti

cap^o diximus. Non esse scilicet tam facile, ut quidam estimant corporis salutem et uitam conseruare, multoque minus eandem ad plures annos prorogare. Ressumentes igitur breuiter quod supra positum est. Dicimus quam ad diurnam uitam consequendam, preter causas formales et materiales, etiam ab Initio bene dispositus, requiritur talis ac tanta circa radicale et inatum humidum custodia, ut defacili non desieret et resoluatur ex inde naturalis calor, nec etiam sic copia, uel malitia influentis humidi, suffocetur, ut itidem calor obruatur ac penitus extinguatur. Quoniam in hoc uita hominis tota consistit. Primum igitur in his obseruandum est, ut conseruandi corporis complexiosi equalis uel inequalis fuerit, agnoscatur. Quoniam si eucrata fuerit, consimilibus, erit tuenda. Si non inequalis, prout fieri poterit, in melius reducenda cum aliquo contrarijs secundum quod sensit Gallienus in Microtegni, et in primo de alimentis cum ait. Cum corpus fuerit certitudinaliter medium complexionem, ab alimento medio in presenti consistentia seruabitur. Si non calidius aut frigidius, aut siccus, aut humidus, huic medius complexionem cibos et potus, male quis dabit. Permutari enim oportet, ut unumquodque talium corporum ad contrarium, in quantum distat à media certitudinaliter complexionem. Unde si corpus distauerit ab eucrata et media complexionem, ad frigus tribus numeris esse calidius temperato. Dixit etiam idem in 3^o Alimentorum. Idonea ad comedendum, conseruantibus quecunque naturis ipsorum sine querela naturalem complexionem animalibus similia, habentibus autem a principio prauam, aut acquirentibus, non usus similium, ipsis conuenit. Sed qui contrariorum utilis a similibus conseruantur que secundum naturam sine querela habentia. Sed a contrarijs ad conuenientem ducant. Quia si tale tali additur, magis tale redditur, ut dixit Aristoteles in 3^o Topicorum. Calidum enim calido datum magis calidum reddit. Sicut frigidum frigido, et sic de alijs. Vnde Gallienus in 3^o Tegni, sic scripsit. Quando conseruare uoluerit quis, corporis crasim, qualem accepit, similia similibus offerat. Calidiora enim corpora calidioribus egent adiutorijs, frigidiora, frigidioribus, humidiora humidioribus, et siccioribus sicciora. Secun-

dum vero conciliatorem in Dra. 116^a. Regimen conservatiuum per simile faciendum, securius administratur ciuiles gerenti actus, et multis familiaribus occupationibus impedito. Permutatum vero, seu alteratiuum ad melius corpori libero ocioso, ciuilibus actibus, et familiaribus minime Impedito. Et est sententia Gallieni in 5^o de regimine sanitatis, sic dicentis. Quecunque dii temperantia, adhuc fuerit, sub sanitatis latitudine, si eam corrigere uolueris, contrarijs dietabis. Quod ad multum efficitur, non occupatis, Oppositio non cibos per similia ministrabis, et maxime quando ita fuerint assueti. Idem quoque sentiens Auicenna in 3^a primi. Voluntatem inquit reducendi complexionem malas, ad equalitatem, possunt perficere otiosi, qui suas domuerunt animas, secundum prolixam tollerantiam, in tempore coordinante, donec ad equalitatem redeant. Ipsos namque absque ordine regere, perduceret eorum corpora ad egritudinem. Debent enim paulatim ad melius ex multo studio transferri. Propter quod, Haliabas in primo Practice dixit. Reductiuum regimen pleniori diligentia, et fideliori eget, quam conservatiuum. Licet enim sicca siccis humida humidis, facilius, non tamen melius nutriuntur. Facilius autem quia in habentibus symbolum facilius est transitus, ut dixit Aristoteles in primo de generatione, et Auicenna in 2^a primi. Et ideo melius est, ut intemperata corpora, que regi possunt, in otio, cum aliquantulum sibi contrarijs, paulatim in melius reducantur, Utpote cholericos declinantes a temperamento per calidum et siccum superfluum, cum frigidis et humidis, nutriemus. Cum dicat Gallienus in 3^o Microtegni. Calidiores et sicciorem crasim, non calide et sicce faciunt eucratam perfecte sed que tantum eucrata crasi, frigidiores fuerint, et humidiores quantum natura corporis calidior et sicciore eucrata fuerit. Et sicuti de cholericis exemplariter diximus, consimiliter de phlegmatica et melancholica intelligendum esse volumus, sic enim certiores erimus, quod et si, ut tenet Auenzoar, in suo Theisir Libro 2^o, Tractatu 3^o, talis ad melius complexionis reductio in adulto fieri non poterit. Saltem radicale humidum, caloris naturalis pabulum, ne in deterius labatur, preseruabitur. Quod magis ad uitam prorogandam conducit. Vbi si calida

et sicca cholericis admintrauerimus, tanta citius calor eorum, et uita deficient, celerius humido resoluta. Quemadmodum candela ceram modicam habens, lichini non medulam grossam, citius consumitur, multam habente. Quod in oleagina lucerna, non minus conspicimus. Quam si diu lucere uolumus, sic oleo lichinum commensurabimus, ut nec in breui pereat, paucitate, nec superfluenta copia suffocetur. Quod qui aliter fecerit, extincta luce, in nocturnis tenebris remanebit. Itidem de naturali calore et humido, quo pascitur, in tuenda et proroganda uita, intelligendum esse nemini debet dubium, cum de similibus simile sit Iudicium.

Caput XIV^m ostendit quod diu uiuere cupientes pre ceteris debeant, de eligenda aeris bonitate semper esse solliciti et in estate maxime et in autumno. In quibus pluribus de causis, uita magis, quam in aliis temporibus abreuiatur.

Qui uoluerit corporis salutem conseruare et diu uitam prorogare de competenti sibi aere, super omnia debet esse sollicitus. Cum ad permutanda nostra corpora pre ceteris uim habeat, ut sensit Conciliator in Dra. 114^a cum dixit. Non solum cibus et potibus aer magis ualet corpus immutare, sed omnibus aliis et magis. Et fuit Gallieni sententia in Libro Michrotegni, sic dicentis si distempatum fuerit continens, in tantum et temperantia minui oportet aliorum. Scilicet quinque aliorum rerum non naturalium, in quantum eucrasia corrupta fuerit ipsius continentis. Cuius causam redit Isaac in V^o febrium dicens Aer nocibilior est cibus et potibus. Quia uelocius perforat et ad cor et pulmonem cum flatu attractus sine ulla remotione penetrat. Ideo Gallienus in 9^o de ingenio sanitatis inquit. Materiam que ex continenti nos, impossibile est fugere. Sed necessarium est uti ea que est presens. Cum sit igitur Aër, ut Haliabas scripsit in V^o Theoretice et primo Practice una causarum fortium in mutatione corporum propter ineuitabilem ad illum, necessitatem De illo non immerito priusque de alijs, non naturalibus agemus. Vt qui aer in tuenda salute ac uita, magis conueniat intelligatur. Dicimus igitur quod de Aeris bonitate ac puritate semper sit procurandum, et

in temporibus presertim in quibus magis alteratur et uite nostre magis inimicatur. Quoniam si aliqua de causa corruptus aer fuerit, corrumpunt cetera, quibus utimur ut dixit Auicenna in 2^a prtmi. Aeris vero temperies et si nobis semper sit utilis, in estate presertim et autumnino magis est nobis necessaria. Quia in his temporibus uita nostra, magis abreuiatur, ut Conciliator ait in Dra. 115^a estate quidem per se in autumnino non per accidens, ratione causarum emergentium ipsi appropriatarum scilicet praua Digestio humores nature odiosi, ut cholericus adusti pororum apertio, humidi radicalis euaporatio, et caloris naturalis dissolutio. Quod apparet ex appetitus debilitate, corporis gracilitate, egritudinumque maiori molestia. Cuius etiam signum quod in regionibus calidis, estate proportionatis, uita citius inuenit abreuiari. Nam in terra nigrorum, ut testatur Auicenna, senium aduenit in XXX. annis. Et ideo estas, de se, est magis uite contraria et ipsam abreuians et ad putrefactionem et dissolutionem perducens, propter multitudinem caloris extranej in illo tempore, propter calorem continentis Vnde tunc accellaret corruptio que sit propter dissolutionem, ut narrat commentator in 4^o Metheorum in hieme autem, si qua festinat corruptio, non alia est quam sit per congelationem et desiccationem, propter uictoriam frigoris super rem illam. Quoniam destruitur calor naturalis, per extinctionem. Sed in estate putrefactio magis accidit, quam in hieme, propter causam assignatam et ideo magis de aeris temperie in estatis et autumnino temporibus, quam in alijs, procurandum. Cum aer undique nos penetret per os namque et nares ingreditur ad pulmonem, cor et ad spiritualia, deducitur. Exterius autem nos semper ambit, et omnia denique circuit que comedimus et bibimus et in illis quoque inuenitur ut propterea si corruptus aer fuerit, et illa prius, et nos deinde plurimum inficit. Procurandum est igitur ut dixit Auicenna in 2^a primi Doctrina et cap^o secundis, quod aer sit temperatus, et clarus, purus, cui nihil extraneum sit admixtum. Quod complexionis spiritus, sit contrarium. Quoniam talis efficit sanitatem, et conseruat eam. Non sit igitur uaporosus, uel fumosus, neque in parietibus, et muris, constrictus sed clarus et discopertus, et á ster-

quilinijs et locis putridis longinquus, semotus etiam a loco in quo caules, eruca, nuces, ficus, buxus et eiusmodi plante aerem inficientes, oriuntur, ut idem ait loco allegato, sed capite V°. Et fuit sententia Gallieni in primo de regimine sanitatis sic dicentis. Bonus aer est qui certissime est purus, talis autem est qui neque stagnorum neque palludum, spirante euaporatione, turbatur. Malus vero aer est qui ex putrefactione animalium uel holerum uel stercore inquinatur et qui nebulosus est, propter fumum, uel stagnum uicinum. Sit igitur aer nitidus, uentis bonis, et radijs solaribus sufficienter purgatus. Quod erit si locus, tempore presertim estatis a plaga orientali et septentrionis fuerit discopertus, ab alijs autem scilicet a meridie et occidente, coopertus. Mane ergo, orto iam sole fenestre aperiuntur, ut habitationis aer renouetur, pariter et purificetur. Nam ex hominum hanelitu, puluere, fumo, et alijs compluribus facile inficitur. Si vero nebulosum tempus uel pluuiosum fuerit. sternantur per cameram fructus et folia infrigidantium arborum, pomorum, pirorum, citoniorum nenufaris, et similium. Sed prestantius erit, si flores aut fructus beneredolentes ibidem dispergantur, ut rose et similes, uel cum aceto et aqua rosata irroretur. Nam eiusmodi plurimum aerem rectificant, et cor et caput, totumque corpus, corroborant et a resolutione prohibent, continentis aeris. Qui cum calidus fuerit, teste Auicenna ibidem, sed cap° 6°, nimium resoluit, digestionem debilitat et citrinum efficit colorem lassatque. Hinc patet quanta sit quorundam insipientia, qui ex pessima quadam consuetudine pro minima etiam pluuiie frigide statim stubarum fornaces, accendunt, ut celerius, quasi in clibano resoluti, pereant. De aeris et habitationis conditionibus eligendis, non aliter pro nunc me extandam, cum satis de hac materia in nostra *florida corona*, scripseram dum adhuc adolescerem, ad quam confugiant, qui his plura desyderauerint. Cum ubique fere reperiaturesset impressa.

Caput XV^m iuuenes hortatur qui diu uiuere cupiunt ut a noxiis uoluptatibus abstineant que non solum animum et rationem deiiciunt Verum etiam corpus langoribus tradunt et ante diem suam senectute conficiunt occiduntque.

De aere saluti et uite conueniente diximus de alijs consequenter agemus, que prodesse, uel obesse, possunt, in tuenda diu uiridi Juuenta. Sed antequam ad specialiora descendam, generali quadam regula, ne uoluptatibus indulgeant, Juuenes, ad monebo. Quoniam ipsi ut Aristoteles ait, in 3^o Topicorum, magis quam senes concupiscentijs molestantur, et ut salutius in Jugurtino inquit, precipitas sint ad explendam cupiditatem. Sed quid concupiscentia, aut uoluptas sit, cum eodem dicemus quod est appetitus delectationis, Secundum uero Tullium in rhetoricis, genus est omnium libidinis cupiditatis. Secundum autem, Ouidium in L^o de ponto res immoderata cupido est. Sed Hugo de S. Victore in Libro primo compendij philosophie sic eam definiuit. Concupiscentia est immoderatus appetitus sensualitatis excedens modum rationis. Quod a Cicerone in 2^o de finibus Bonorum et malorum accepisse uidetur cum ait. Stoici definiunt uoluptatem esse sublationem animi sine ratione, opinantis se magno bono frui, cui in uoluptate summum bonum est, hunc omnia sensu, non ratione sunt iocunda. Maximas uirtutes iacere omnes necesse est, uoluptate dominante et Idem in 2^o de officijs. Voluptates inquit blandissime domine sepe, maiores partes anime a uirtute detorquent, et in Libro de Senectute dixit. Impedit enim consilium uoluptas rationi inimica, ac mentis, ut ita dicam perstringit oculos, nec habet ullum cum uirtute comertium. Et infra sic adiecit. Diuinus enim plato, escam malorum uoluptatem appellat, ex eo uidelicet, quod ea homines capiantur, ut hamo, pisces. Que omnia sentiens Plato in Timeo dixit. Voluptas esca maxima mali, existit et in philebo inquit. Nec in uoluptatis uita Sapientia inest, Neque in sapientie uita uoluptas et subdit. Reor equidem nihil uoluptate, eiusque exultatione immoderatus inueniri posse. Sicuti nihile contra, mente et sapientia moderatus. Propterea sic concludendum

est cum eodem sic in prothagora scribente. Quapropter quod dici solet a uoluptatibus separari, extrema inscitia est. Nec adduximus hec, ut uoluptatem animo, et rationi, tantummodo nociam esse monstrarem, Verum etiam non minus corpori noxiam esse declararem. Quid queso aliud sensit. Oratius in epistolis cum ait, Sperne uoluptates, nocet empta dolore uoluptas. Vel Tullius in Libro de finibus bonorum et malorum cum ait: eos accusamus, et iusta dignos odio esse dicimus, qui blanditijs presentium uoluptatum detenti atque corrupti, quos dolores et quas molestias, experturi sint, cupiditate non preuident. Et idem in Libro de Senectute, libidinosa et intemperans adolescentia effectum corpus tradit senectuti et Seneca ad Lucillum. Voluptates in tormenta uertantur. Epule cruditate efferuntur, Ebrietas neruorum torporem, tremoremque libidines, pedum manuumque et articularum omnium deprauationes, et in alia ad eundem exempla. Debilitatem nobis inducere delitie. Lactantius etiam in L^o 3^o Diuinarum institutionum cap^o 8^o. itidem sentiens ait. Voluptates appetunt, mentiuntur, fallunt, insidant, occiduntque, et quod omnium pessimum est, Deum nesciunt. Et Augustinus in L^o XI^o super Genesim, cap^o 4^o dixit. Qui gaudent in mortiferis uoluptatibus, esse sine dolorum timore non possunt. Et idem in Sermone de natali Domini, sic etiam inquit. Delectatio occidit et preterit, uulnerauit et transijt, miseram fecit animam et abijt, infoelicem redidit et reliquit, et in L^o 4^o contra Julianum sic etiam scripsit. Vide quid Cicero, pro uiuacitate mentis, contra uoluptatem corporis, dicat. An non inquit uoluptates corporis expetende sunt. Que uere et grauiter a Platone dicte sunt illecebre esse atque esce malorum. Que enim confectio est inquit ualitudinis que deformatio coloris et corporis, Quod turpe damnum, quod dedecus, quod non euocetur atque eliciatur uoluptati. Cuius motus, ut quisque est maximus, ita est inimicissimus. Et Ideo iuuenes hortamur, ut in 2^o officijs scribit Cicero, uictus cultusque corporis ad ualitudinem referatur, et ad uires, non ad uoluptatem. Quoniam ut idem ait, in Tusculanis questionibus. Magni ingenij est reuocare mentem a sensibus, et ut in L^o 4^o Valerius maximus, inquit. Multo se ipsum

superare quam hostem, operosius est. Quod etiam sensit Ouidius cum in epistolis dixit. Est uirtus placidis abstinuisse bonis, Ceterum cum ita sit ut Chrysostomus scripsit super Mattheum quod precipue, sint tres naturales passiones, et intime, carnis, primo esca et potus. Deinde amor uiri ad mulierem, Tertio loco, somnus, et ideo grauius est eas a natura carnali pretidere, quam ceteras passiones, et ideo nullius passionis abstinentia, sic corpus sanctificat, sicut quod homo sit castus, ieiunus et in uigilijs, perseuerans. Hec enim de quibus mox dicebatur, corporis uite, inimicantur. Sicut alie tres anime et corpori simul. De quibus Lactantius in VI^o Libro diuinarum institutionum, cap^o 19^o, sic Tres sunt igitur affectus qui homines in omnia facinora precipites agant, Ira, cupiditas, Libido. Propterea poete tres furias esse dixerunt, que mentes hominum exagitent. Ira ultionem desyderat, Cupiditas opes, Libido uoluptates. Ab his igitur omnibus qui saluti et uite consulunt iuuenes, abstineant. Quoniam, ut in specialibus infra p̄tebit, nihil est, quod tantopere senectutem accelleret et uitam finire faciat, quam uoluptatibus indulgere. Quare aliquem humidum exiccant, quo uiuimus, et aliquem calorem obruunt, et plerumque repente suffocant. Quod ni fecerint, corpus eneruant, membra debilitant, uarijs que ac pessimis ualitudinibus afficiunt, et tantis doloribus crutiant, ut poena sit uita, et patientibus dulce mortis desyderium, dulciorque malorum omnium finis interitus.

Caput XVI^m ostendit quod uolentes noxias declinare uoluptates et saluti et uite consulere otium fugere debeant et temperatis se motibus exercere tempore ac mensura unicuique competentibus.

Quam noxie sint animo et corpori pariter illecebre et que dulces esse uidentur, uoluptates, cum in eis amaritudo pessima lateat, sicut humus sub esca, diximus sed quomodo declinande sint ab his qui salutem et vitam prorogare cupiunt in presentiarum subiungam incipiens iam ad specialiora descendere per que corporis sanitas et uita consistit.

Dicamus igitur, quod cupientes uoluptatum laqueos euadere, debeant mentis et corporis otium deuitare. Juxta illud Nasonis. Otia si tollas periere cupidinis arcus etc. illud Otia nullus amet, nisi sint coniuncta labori. Nam nimia requie mortificatur homo. Complurima enim mala ex otio proueniunt, propter quod otiosi, et mundo et Deo, ut prouerbio dicitur, sunt odiosi. Quod sentiens Diuus Ambrosius scribens ad Vercellensem ecclesiam epistola 82^a sic ait. Otiosus Esau amisit primatus benedictionem, quia maluit cibum accipere, quam querere. Laboriosus Jacob apud utrumque parentem inuenit gratiam, et Infra subiunxit. De eorum matre. Non enim filio, sed impigrum otioso pretulit fidelem infido, et Ideo Hieronymus scribens ad Rusticum, ut etiam notatum est, in de conscient. Dist. V^o cap^e Nunquam dixit Nunquam de manu tua uel oculis tuis Liber psalterij discedat. Dicatur ad uerbum oratio sine intermissione. Vigilet sensus, nec uagis cogitationibus patens corpus pariterque animus, tendat ad Dominum, iram uince patientia, ama scientiam scripturarum, et carnis uitia non amabis, nec uacet mens tua uariis perturbationibus. Que si pectori insederint, dominabuntur tui et te deducunt, ad delictum maximum, facito aliquid operis ut semper diabolus te inueniat occupatum, et infra post aliqua subiecit. In desyderijs est omnis otiosus. Quantum qu^o saluti corporis otium noceat colligitur. Ab Auicenna in 3^a primi Doctrina 2^a cap^e primo cum inquit. Exercitium relinquens, in ethicam frequenter incurrit. Quoniam membrorum debilitant uirtutes, propterea quia motum dimittunt, qui innatum eis defert spiritum, qui uite cuiusque membri instrumentam existit et hoc etiam sensit Aristoteles in V^a problematum, problemate 14^o et in XIII^a eorundem particula, dixit. Putrefit quiescens. Quod autem est in motu, aut omnino imputrescibile, aut minus hoc patitur et Gallienus in Libro de Euchimia et Cachochimia idem sentiens ait: Maximum enim est malum ad sanitatis custodiam, quies corporis, sicut maximum bonum, moderata motio, neque enim egrotabit omnino debite dietatus, et exercitatus, cum hoc tamen intelligatur quod nemo ullo moueatur motu forti, super cibum. Quia sicut maximum bonum

ad sanitatem, exercitium ante cibum, ita est nociuissimus omnis motus super cibum. Distribuitur enim ex uentre cibus, antequam digeratur et ex inde multitudo crudorum humorum aggregat, in uenis, ex quibus consueuerunt egritudines omnimode fieri Idemque in Libro de Typo et Jectigatione dixit. Quies est corruptio corporibus, quibus conuenit moueri. Vnde Almansor in L^o 4^o cap^e primo id quoque confirmat dicens. Sanitas conseruatur bonitate mensurationis motus et quietis et 12^o eiusdem cap^e, addidit. Sanitatem conseruare uolenti, ante comestionem moneri necesse est. Motu autem quisque uti debet sibi consueto qui uires ipsius non excedat. et Auerois in 6^o colliget in hoc conueniens inquit. Iuuamentum exercitij temperati uniuersale est. Quia spiritum intrinsecum augmentat, et superfluitates membrorum nutrimenti expellit et resoluit et substantiam membrorum mollificat. Et infra post aliqua subdit. Vniuersaliter temperatum exercitium conseruande sanitatis, mirabilis causa, existit, et malitia, que propter priuationem exercitij accidit, incarcerationis manifestatur. Quia eorum facies cazartice fiunt. et eorum color impurus, et omnes ipsorum operationes sunt lese. Auenzoar similiter in suo Theisir cap^o p^o itidem sentiens, ait. Conueniunt medici quod exercitium temperatum siue fiat pedibus. siue equo adiuuat in conseruatione sanitatis, dummodo tempus non excedat in calore. Hoc idem Diuinus Plato in L^o de philosophia uoluit cum dixit. Confiteor non multas immo temperatas exercitationes, bonum corporis habitum hominibus prestare et in Libro quem Conuiuium appellauit, inquit. Socrates et si sepe uocaretur, non prius intrabat ad coenam quin aliquantulum se more suo, exercuisset, et ideo idem in Minone sic etiam scripsit. Circa corporis ualitudinem si qui nos roget conditor legum. Quid corpori adhibet ut bonam ualitudinem tueatur, responderemus, utique recte ac breuiter quod nutrimentum et exercitium, tum intendens, tum remittens, atque ita corpus componens. Ex quibus apparet quod plus et minus aliquando sint homines excitando, secundum quod eorum corpora, requisierint. Que omnia Doctoris consilio metienda sunt, in comparatione complexionum, etatum, temporum anni, consuetudinum et

his similibus, seruando semper que, in nostra florida corona diffuse et copiose collegimus. et pretermittendo laboriosum et superfluum exercitium quodcumque. Quoniam ut dixit Auicenna in summa de pulchris cap^o XIJ^o. Non inuenies aliquid, quod calorem uehementius incendat quam Labor et motus, suple fortis et superfluus. Vnde idem in canticis suis ait immoderatum exercitium, quod proprie dicitur labor, spiritum auacuat et educit, macerat pingues, et carnosos, et inflammat calorem et educit etiam humiditates, a corpore et debilitat neruos, ex uiolentia dolorum, facitque corpus senescere ante etatem senectutis. Quod sentiens Gallienus in 3^o de regimine sanitatis. Nihil inquit relinquit in corpore nisi siccitas immoderato motu. Et in 4^o de simplici medicina Distinctione 3^a cap^e 3^o dixit. Exercitium forte et proprie sub sole, facit acquirere debilitatem et resoluit corpora et infrigidat ea. Rursus in Libro de Exercicio cum parua sphaera idem sic scripsit. Fortassis existimabit me quispiam laudare alia quecumque attenuant corpus exercitia. Hoc autem non ita est immoderata enim ubique uitupero, et omnem artem exercere dicimus oportere quod commensuratum est et si quid mensura careat, id non esse bonum asserimus. Igitur neque cursum laudo at enuantem habitum, neque omnino ab exercitio abstinere iubeo. Sed medium consulo, et immoderantiam detestor.

Caput XVII^m ostendit quod cupientes sue salutis ac uite consulere temperate dormire debeant. Quoniam superfluus somnus uiatam abreniat calorem suffocando sicut uigilie plurime itidem faciunt humidum resoluendo et uaria morborum genera parendo.

Si declinande sunt mortifere uoluptates otium fugiendo, ut in anteriori cap^e diximus, ab his qui diu uiuere cupiunt pariter et somnus longus qui sine longa et noxia quiete, esse non potest. uitandus erit pluribus de causis. Cum diu dormire turpe sit et saluti corporis noncium, propter quod ille poeta, plus uigilia semper nec somno deditus esto. Et Ouidius. Stulte quid est somnus gelide nisi mortis

imago.¹ Longa quiescendi tempora fata dabunt. Quod sentiens Plato in 7^o de legibus inquit. Omnibus turpe illud, et illaudabile uideri debet, ut ciuium aliquis per totam dormiat noctem, nec primus excitetur et surgat, ita ut hoc toti familie pateat. Quin etiam Domina ab ancillis non ancille ab ipsa excitetur. Et subdit. Somnus enim multus, nec corporibus nec animis, neque rebus gerendis, natura conducit. Nemo quidem dum dormit alicuius precij est, non magis quam si non uiueret. Quare quicumque uiuere et sapere cupit maxime quam longissimo, tempore uigilet, sola sanitatis commoditate seruata. Ad hanc uero non multo opus est somno, si bene assueueris. Somnus enim superfluus quomodolibet est nociuus salutì corporis. Cum dicat Auicenna in 2^a primi Doctrina 2^a cap 13^o. Si somnus presertim multus humores inuenit chalidos colericos, calefacit eos et corpus pariter, calore extraneo. Et si somnus inuenit uacuitatem infrigidabit, propter hoc quod resoluit, operaturque uirtutum animalium obtusionem, et capitis grauedinem, et egritudines frigidas, et illud est propterea quia a resolutione prohibet. Et ideo Aristoteles in secunda problematum problemate XXX^o dixit. Multo tempore dormientes minus colorati sunt, moderato tempore dormientibus, suffocatur enim dormiens. Cuius causa est. Quia retinentur superfluitates, que innatum obruunt calorem. Dormitio etiam multa, et presertim in meridie, et uniuersaliter somnus multus, nocet plurimum memorie, et potissimum super repletionem plurimam dixit Auicenna in prima tertij Tractatu 4^o cap^o 14^o, et idem etiam ait in Tractatu V^o cap^o XI^o. Ratio autem redditur ab eo in canticis. Quando sic inquit. Si somnus, multum prolongatur, replebitur caput humoribus, multum corpus humectabit relaxabitque et extinguet calorem uiuificantem ipsum. In cuius commento dixit Auerois. Multus somnus extinguit calorem quo uirtutes uiuunt et existunt. Et hoc quia de natura quietis et coopertionis est extinguere calorem. Ignis quippe extinguitur et suffocatur cum multum et perfecte tegitur

¹ Glossa: Nunc lege, nunc ora nunc cum fervore labora. Sic erit hora brevis, sic labor ipsa brevis.

copioso cinere. Ibidem etiam sic scripsit idem. Cum prolongatur somnus lentescit quidem uita et tenebrosa efficiatur, extinguaturque inde calor. Quo extincto deficit uita. Et ideo temperate dormiendum est nocte. In die autem si fieri possit, nunquam dormiendum est. Quia ut scribit Auicenna in 3^a primi Doctrina 2^o cap^o 9^o. In die dormire est malum, generat enim egritudines humectantes et reumatismos, Corrupt colorem, et generat splenem, laxat neruos, efficit pigritiam comedendi debilitat desyderium et generat apostemata, et febres frequenter. Multas quando uigilias medicine auctores, non minus quod somni superfluitatem detestantur, ex eo, quod plurima corpori ex eis proueniant nocumenta, dicente Hippocrate in 2^o aphorismorum, aphorismo 3^o. Somnus et uigilia ultra modum facta, malum, et in 2^o regiminis acutorum. Multe uigilie, faciunt contra cibi potusque digestionem, et caput grauant. In cuius commento dixit Gallienus. De natura uigiliarum est ut resoluant corpus, et exicerent ipsum, sicut de natura somni est, ut digerat, et humectet loca intrinseca corporis, et prohibere spiritum a motu. Idem dixit in 3^o Tegni. Vnde Auicenna in 2^o primi sic ait. Multe uigilie complexionem corrumpunt cerebri, quodam siccitatis modo, et debilitant ipsum, et commiscenationem et adurunt humores, egritudines faciunt acutas, desiderium augent, famem efficiunt, propter illud quod de materia resoluunt et de digestiua minuunt et in prima tertij Tractatu 4^o cap^o 14^o dixit. Superfluitas uigiliarum resoluit Spiritum et debilitat eum et cum hoc replet cerebrum uaporibus Et in XI^a tertij cap^e V^o. Vigilie inquit debilitant cor cum resolutione. Rursus in canticis ait. Ex longa uigilia contingit expergefactio, et in somnietas generans anxietatem, et angustiam anime. Ipsa enim dissoluit spiritus et corpora fedat, et corrumpit splendorem et claritatem corporis, et colorem eius, et profundat oculos nocetque digestionem, mentem tollit, et in frigidat corpus; que non minus fuit Gallieni sententia in primo Therapeutice cum inquit. Siccant enim totius corporis habitum uigilie, et propter haec sunt maxime noxie his presertim qui existunt sicci, propter hec omnia, tam a superfluis uigilijs quam a somno multo cauere debent,

qui intendunt sue salutis consulere, et uitam, innatum seruando humidum, ne cito desiccetur, aut calor resoluatur, prorogare. propterea scribens Aristoteles ad Alexandrum inquit. Dormi temperate, super dextrum latus una hora, Deinde super sinistrum, et illic perforce digestionem. Quod sentiens Auicenna in 3^a primi Doctrina 2^a cap^o 7^o, sic ait oportet ut post comestionem primo super dextram latus, dormiat pauco tempore, Deinde super sinistrum reuoluatur, postea reuoluat se iterum super dextrum suple tu circa mane, et subdit. Et debes scire quod multis cooperiri pannis et ceruical eleuare ex illis existunt. Que indigerendo iuuant. Resupine autem dormire, est malum, et ad malas preparans egritudines scilicet ad apoplexiam, phrenesim et incubum. Quoniam superfluitates ad posteriora declinare facit, unde retinentur, et per suos non incedunt canales. Quare ab hoc pessimo dormiendi situ, caueant pingues et corpulenti, ne repentina morte pereant. De mensura non somni, huic uel illi competente, nihil speciale dici potest. Quoniam hoc assistenti medico relinquatur qui secundum particulares corporis tuendi conditiones, somnum et exercitium, et reliqua omnia, debet conuenienter ordinare.

Caput XVIII^m ostendit necessarium esse corporis sanitatem et uitam diu prorogare cupientibus, ut ab immoderatis animi passionibus abstineant ab Ira, Tristitia et his similibus. Quoniam corpus ericcant, et ante diem suam senescere faciunt et quod amplius est, occidunt.

Videntes Medicine auctores, quae nec acris temperies, nec moderatum exercitium, neque somnus mediocris, ad salutem corporis tuendam, et uitam prorogandam non sufficiant, si cetera desint. Quae solent uel humidum, quo uiuimus desiccare, uel naturalem calorem extinguere. de passionibus anime, quae non solum rationem impediunt uerum etiam nimium corpus exterminant, pertractarunt. Vnde Gallienus in 3^o Tegni dixit quod oporteat ab intemperantia omnium anime passionum abstinere, manifestum est, scilicet ire, tristitiae, gaudij, furoris, timoris, inuidiae, et sollicitudinis.

Quoniam exterminant hec et permutant corpora ab ea que secundum naturam est consistentia. In cuius commento dixit. Halirodoan. ira et furor faciunt accidere caliditatem superfluam. Gaudium vero et letitia, scilicet moderata, caliditatem equalem. Timor autem et pauor faciunt accidere frigus superfluum. Tristitia vero et Inuidia, frigus efficiunt temperatum. Rursum Gallienus in Libro allegato, de his omnibus loquens siue calefaciant siue infrigident, inquit. Omnes anime passionnes exiccant corpus. Nec sit tantummodo nocent; uerum et iam decoctionem, cibi et potus impediendo. Cum dicat Auicenna in 3^a primi Doctrina 2^a cap^e 7^o, Accidentia animi horribilia, sicut et motus corporei fortes digestionem fieri prohibent et secundum Gallienum in 6^o Therapeutice, deijciendo uirtutem plurimum nocent, ubi dixit. Tristitia, agonia, ire et sollicitudines, quomodocunque adueniant et uigilie nocent, dissoluentes uirtutem et idem in L^o V^o de accidenti at morbo cap^e 2^o dixit. Per accidentia animi, uirtus motiua debilitatur, similiter et uirtus totius corporis in fortitudine perturbatur in primo etiam de regimine sanitatis, de nocumentis earundem sic scripsit. Immoderati motus qui sunt in concupiscentia, ira et cogitatione, magis cholericum reddunt hominem, Vnde rebreset omnes calide egritudines consequuntur. Defectiue non motus, magis phlegmaticum et frigidiorum efficiunt. Vnde opilationes epatis, et splenis, et epilepsie, et apoplexie, et omnes reumatice egritudines, procreantur. Quod confirmans Auicenna in 3^a primi, cap^e 4^o, dixit. Ira uehementer calefacit, et Tristitia multum exiccant et pigritia uirtutes laxat animales et complexionem ad phlegmatis proprietatem inclinat. Et quod amplius est, hec passionnes animi uitam extinguunt dicente Gallieno in L^o V^o de accidente et morbo. Quibus accidit Tristitia frequenter mortui sunt. Que pusillanimitas solet euenire. Nam eorum anima debilis ac defecta extinguitur atque suffocatur. Extinguitur autem propter frigoris dominium. Suffocatur autem, quia sanguis ad suam reuertitur originem. ac coadunatur. Et infra subdit. Ex magno gaudio complures mortui sunt pusillanimes, similiter ex timore. Quoniam anime uirtus in gaudio, non ita ad exteriora exit, neque ebullit, sicut in ira.

Sed potius ante gaudium manens in corpore dissoluitur atque mollificatur. Deinde ad exteriora progreditur corporis et in illo exitu uita deficit. Quod sentiens Haliabas int 4^o Theoretice cap^e 7^o dixit in nimio gaudio, quod homini accedit, egreditur naturalis calorem ad exteriora corporis, simulque deffunditur et dissoluitur, refrigeranturque deinde corporis exteriora et interiora simul, et inde mors sequitur. Et ideo Gallienus in primo de regimine sanitatis sic concludit. Oportet medicum qui debet custodire sanitatem, studere, nemoris animi corrumpantur, non ut philosophus, ut conseruet ipsius anime sanitatem, et faciat hominem uirtuosum, sed ut non facile in egritudinem deueniat corpus. Quoniam sine dubio furor et fletus ira et Tristitia, sollicitudo uel leticia amplior quam oportet, et uigilie que super his fiunt, febrium et aliorum egritudinum fiunt initia. Sicut eius pigritia mentis et amentia, Timor, et omnia generis eiusdem decolorationem et denutricationem operantur, ex infirmitate naturalis caloris. Que omnia custodire oportet infra terminos sanitatis. Sed pre ceteris accidentibus animi, iram et tristitiam immoderatas, a sapientibus fuisse detestatas inuenio. Quoniam ira corpus nimis accedit, atque desiccatur. Tristitia non pretermo dum infrigidat et extinguit, presertim cum superflua fuerit. Vnde Diuus Ambrosius in preparatione ad missam celebrandam inquit. Ira, inuidiam plerumque sequitur. Qua inter cetera uitia linguam immutat, oculos obumbrat, totumque corpus perturbat hinc protinus rixe, contumelie clamor, indignatio, tumor mentis et blasphemie suscitantur. De qua nimirum scriptura sancta testatur dicens. Ira in sinu stulti requiescit, et alibi, ira uiri iustitiam Dei non operatur. Concludamus igitur cum predictis Doctoribus ac cum Sacris litteris in ecclesiastici XXX^o sic scribentibus. Jucunditas cordis hec est uita hominis, et thesaurus sine defectione sanctitatis. Exultatio uiri est longeuitas. Et infra Tristitiam longe expelle a te, multos enim occidit tristitia, et non est utilitas in illa. Zelus et iracundia minuent dies, et ante tempus senectam adducent Vbi Nicolaus de Lyra sic exposuit. Jucunditas cordis bene ordinata, hec est uita hominis, idest humane uite conseruatiua. et exultatio uiri est longeuitas,

idest eius causa. Quia sicut Tristitia est passio mortificatiua. Sic Letitia est dispositio uiuificatiua. Zelus idest Inuidia, que est tristitia de bono alterius et iracundia, minuent dies, quia corrodunt cor a quo procedit uita, et ante tempus determinatum, a natura, senectam adducunt. Quicumque igitur corporis salutem tueri studet et uiridem diu prorogare iuuentam ab omnibus animi immoderatis passionibus se temperet que rationem subuertunt, brutalem hominem reddunt, corpus desiccant, Senectam adducunt, uitam abreuiant, et animam pariter occidunt.

Caput XIX ostendit, quod iuuenes Diu uiuere cupientes nulla forti ac copiosa debeant euacuatione purgari et abstinentia nimia corpus macerare sed si euacuatione vel pharmacia indiguerint, sint temperantes et cum rebus benedictis iuuentutem seruantibus, quas circa finem paucis enumeratur.

De accidentibus animi corpus exiccantibus et occidentibus diximus. Consequenter de inanitione loquamur que pariter corpus exteniat, infirmat et perimit cum superflua fuerit, quomodo cunque fiat uel immoderatis ieiunijs uel minutione. seu pharmacis seu coitu nimio, aut balnei resolutione. De immoderata quidem inedia, dixit Auicenna in 3^a primi Doctrina 2^a cap^e 7^o quod stomachum replet putridis humoribus debilitat corpus, et laxat eius uirtutem. Modum autem huius debilitates tradit Auerois in canticis commento 188 dicens. ex cibo naturalis calor intendit. Vnde ablato uel substrato cibo aait calor in membra corporis, humiditates eorum, consumens, et exsiccans ea. Et ideo ut Almansor ait, in 6^o, ieiunare plus macris, crassis non minus, nocere consueuit. Et Damascenus in suis aphorismis inquit, ieiunium in estate corpus desiccat, colorem citrinat, melancholiam procreat, nec non ad uisus defectum perducit. Nec ista dicimus, ut christianos á Jeiunijs ab ecclesia institutis, reuocemus. Cum ei in omnibus obedire teneamur. Sed ut ieiuniorum immoderantiam, quam non iubet ecclesia, detestemur. Cum etiam Sacri doctores itidem faciant. Scripsit enim Augustinus in L^o X^o confessionum. Fames et sitis, quidam sunt dolores, unde urunt, et sicut febris necant, nisi alimentorum medicina succurrat.

Hieronymus quoque ut habetur, de consecratione Distinctione V^a itidem sentiens ait. Sint tibi ieiunia, pura, continua, moderata. Quod minutionis etiam euacuatio, non debeat esse copiosa, patet per Auicennam in 4^a primi, et in XI^a 3^{ij}, cap^o 6^o, sic dicentis plurimum quod in phlebothomia obseruamus est ne superfluat, et cadat uirtus et in 15^a tertij Tractatu 2^o, 5^o V^o, inquit, phlebothomia plurima apostemat splenem. Rursus in prima 4^a, Tractatu 2^o cap^e 7^o, sic quoque scripsit. Oportet ut non euacuetur sanguis multus subito. Quum euacuabitur multum de eo, cuius non debet fieri euacuatio, Et quia debilitatur inde uirtus. Et Gallienus in Libro de phlebothomia. Non conuenit inquit ut male faciamus et nimis euacuemus in phlebotomia Quoniam effusio sanguinis multa, infrigidat corpus ualde. Quod ante omnes medicorum pater sensit Hippocrates in 2^o aphorismorum, aphorismo 51^o. Cum ait secundum multum et repente euacuare, fallax est et omnino nature inimicum. Quod non solum de minutionis euacuatione intelligendum est. Verum etiam de solutione uentris, que si immoderata fuerit similiter uirtutem deicit. Et secundum Auicenna in 4^o primi cap^o 3^o omnes euacuatio superflua, secundum, plurimum, febres generat. purgationes enim presertim fortes stomacho nocent et cordi, uirtutem prosternunt, corpus desiccant et inueterant, potissimum quando fuerint copiose. Et quod ita sit per Gallienum apparet in 2^o regiminis acutorum, commento XI^o, scribentem. Omnes medicine sunt nociue, stomacho. et proprie ori eius. Cum sit pluris sensus propter neruos qui oriuntur in eo idem sentiens Auicennam in 13^a tertij Tractatu primo, cap^o ultimo et in Tractatu 2^o cap^e 4^o, dixit. Scias quod omnes medicine solutiue et omnia que abhominationem faciunt, sunt mala stomacho. Quod autem cordi inimicentur, Auicenna in L^o de uiribus cordis. Tractatu et cap^o secundis, sic ait. Medicina laxatiua nocet cordi. Quoniam omnis euacuatio naturam duobus modis comprimit, primo quidem cum eo quod nociuum est, auacuatur aliquid de conueniente nature. Secundo quoniam affert supra naturam ab membra, quod trahit a membris unde grauantur. Dixit etiam ibidem auctoritate Ruffi. Laxatio diminit naturam spiritus, et

debilitat cordis complexionem et inde uirtutem deijcit. Vnde Gallienus in 4^o aphorismorum, commenta 46^o, sic inquit. Purgatio argumentat defectionem uirtutis. Cui conueniens Auicenna in 3^o primi, Doctrina 2^a, cap^e X^o. dixit. Medicine solutiue, cum humore superfluo, euacuant de humiditatibus naturalibus et spiritu, qui est uite substantia partem magnam, et cum hoc uirtutem membrorum principalium debilitat et in 4^a primi cap^o 9^o, sic scripsit, in pluribus uiolentarum medicinarum existit aliqua uenenositas et solutionem uentris efficiunt, secundum modum, quo nature, uiolentia infertur. Et 3^a tertij Tractatu 4^o cap^e primo sic ait. propter euacuationes superfluas, cadit uirtus, et resoluitur. Rationem autem huius et causam Rasis assignat in L^o suorum aphorismorum, cum dixit. omnes medicine laxatiue omnino purgant, choleram, idest humorem, cum quo, caliditas innata et humiditas expelluntur. Et fuit Gallieni sententia in 2^o regiminis acutorum, commento 12^o, dicentis. Natura medicinarum solutiuarum est contraria nature corporum que ipse soluunt, et sunt universaliter perneecantes et interimentes ea. Et in 3^o michrotegni. Euacuatio inquit, exiccat corpus, et in primo de regimine sanitatis similiter ait pharmatie calide sunt et sicce, ex quibus exiccant carnes, et atenuantur solida. Et Ideo Auicenna in 3^a primi Doctrina 2^a cap^e primo sic ait. Euacuatio secundum plurimum, non completur, neque est conueniens, nisi cum medicinis fiat uenenosis. Que procul dubio naturam frangunt. Que etiam si uenenose non essent, non posset esse quin eas bibere, nature laboriosum esset. Quemadmodum dixit Hippochrates quod medicina purgat et inueterat. Auerois quoque istud idem confirmat, in V^o colliget dicens. Nulla medicinarum purgatiuarum est sine ueneno aliquo. in aliqua parte sui, reubarbara excepta. Quia ipsum confortat omnia membra corporis. et de eo dixit Mesue quod est perfecte operationis et nullum apparet in eo nocumentum. Vnde dari potest in omni tempore, et in omni etate, itaque etiam pueris, et pregnantibus, purgat choleram et phlegma, mundificando et confortando epar, et stomachum et purificando sanguinem. Mirabolani etiam secundum ipsum. Auicennam, Serapionem Diascoridem, et Galli-

enum sunt ex rebus mundificantibus corpus cum securitate, faciunt enim utentes se inuenescere, et aquirunt eis colorem, et odorem oris bonum, generant gaudium et hilaritatem. Sene quoque rectificatum seu preparatum secundum Doctrinam Mesue cum facilitate melancholiam et choleram adustam, mundificat. cerebrum, cor, epar, splenem et membra sensuum et pulmonem, aperitque opilationes uiscerum, conseruat utentes in Iuuentute, generat gaudium et causam tristitie amputat, et secundum omnem administrationem addit in usum. Lapis etiam lazuli teste eodem debite preparatus, est e rebus beatificantibus uitam, et conseruantibus iuuentem. Quoniam educit melancholiam et humores adustos, et mundificat uenas et sanguinem. Heleborus quoque niger, rectificatus, secundum artem, datus cui, et quando conuenit, facit acquirere iuuenescientiam, et incolumitatem, mores laudabiles, et complexionones bonas, mundificando corpus ab humoribus superfluis, cuiuscunque generis, ait Mesue. Cum igitur in corpore uel ex malitia complexionis uel ex malo precedente uite regimine, congesti fuerint humores mali, et superflui, purgatione indigentes, cum aliquo de predictis, non sine consilio, periti Doctoris, fiat purgatio, in tempore ac die, nec non in pondere competentibus, ne immoderata succedat in purgatio. Quod consequi poterit si in die dabitur uitt inquit Haliabas in primo Theoretice, qua Luna fuerit foelicibus temperata planetis, et in competentibus eorundem figuris et aspectibus.

*Caput XX^m ostendit, quod diu et incolumes uiuere uolentes, euacuationem quamlibet superfluum euitare debeant, que aut in mora balnei fieri solet aut frequenti coitu deducitque quot et quanta iuuenibus intemperatis. excis. nocu-
menta proueniant.*

Quod nec immoderatum ieiunium, nec copiosa minutio nequiolenta purgatio conueniat satis in antecedenti monstrauius Unde superest ut idem de nimia resolutione balnei, ac ueneris frequentia, deducamus. ut diu incolumes uiuere cupientes, intelligant quantum sint eiusmodi euacuationis iuuenibus noxie. quantumque senectutem accellerent, et

nitam ipsam abreuiant. De balneo autem, non solum aereo, uerum etiam de aqueo cum superfluerit idem intelligimus, licet semper aereum in nocuentis amplioribus preferatur. Licet quidam imperiti putent se per balnea posse, omnes corporis, superfluitates educere, et quod quanto in eis diutius morati fuerint, copiosiusque sudauerint, tanto melius se fuisse purgatos, estimant. Non enim balnea omnibus, nec omni tempore conueniunt, immo semper nocent cum indebite applicantur. Vnde Gallienus in 3^o regiminis acutorum, commento LXI^o, sic ait. Balneum addit in dissolutione uirtutis, et in casu ipsius, et cuius anima nauseat et habet uomitum non oportet ut balneetur. Quod est quia timetur super ipsum ne resoluatur uirtus eius subito, et accidat ei sincopis, proueniens a stomacho. et Auicenna in 2^a primi Doctrina 2^a, cap^e 19^o, dixit. Balneum suo infrigidat aere propterea, quia multum caloris resoluit innati, et membrorum substantiam desiccatur, propterea quod humores resoluit naturales, licet extraneos augeat. Et infra dixit. Aqua balnei duobus infrigidat modis primo, quia eius natura in ultimo rei frigida est, licet calore accidentali calefaciat. Secundo quia aqua siue sit calida siue frigida, est humida. Que cum multum humectauerit, calorem constringit innatum propter multam suam humiditatem, et extinguit ipsum, et sic infrigidat. Nec solum balneum infrigidat, uerum etiam exiccat eos, qui in ipso diu morantur, propter resolutionem et sudorem. Et quod periculosum sit Balneum ibidem ostendit Auicenna, dicens. Cum Balneum ingrediuntur ieiuni et uacui uehementer exiccat, et macrescere facit, et debilitat. Cum autem ingrediuntur post saturitatem inpinguat propterea quod materiam ad exteriora trahit corporis, uerum tamen opilationes efficit, propter quod sui causa a stomacho, et ab epate nutrimentum ad membra trahitur non coctum. Et post aliqua iterum subdit. Si quis multam in balneo fecerit moram, timetur ei ne superueniat sincopis, propterea quia calefaciat cor et sincopis commouetur. Et idem in 2^a primi summa et cap^e secundis dixit. Multa in balneo mora, et longo tempore, licet temperate exterius calefaciat, infrigidat tamen calorem innatum suffocando. Et in 3^a primi Doctrina 2^a cap^e V^o, sic etiam ait. Balnei impe-

dimenta sunt debilitare cor, si in eo multum morati fuerint, et facere sincopim et nauseam, et humores quietos mouere, et eos ad putrefactionem preparare, atque ad membrorum receptacula declinare, ut inde accidant apostemata, et intrinseca et extrinseca. Rursus in 4^a primi cap^o 17^o, sic inquit. Balneum solet facere ut ebulliant humores, et spargantur. et in 13^a tertij cap^o 29^o Balneum inquit est mollificatiuum uirtutis. Et propterea Gallienus in p^o de febribus ad Glauconem dixit. Non est res leuis aut sine periculo. hominem uti balneo. Et ideo non sine periti Doctoris consilio, debent iuuenes se balneare, ne predictis se exponant malis et discriminibus. Si tamen balneati fuerint in die, et hora et in mora competentibus, utdixit Haliabas in V^o Theoretice cap^e 13^o, balneum eis conueniet. Vbi sic breuibus perstringit, qui balneari debeant ex quas inde consequantur utilitates. dicens. Balneo autem post excitius, et ante prandium uti, sanis corpore magnas utilitates confert, humectat enim corpus membra. calorem naturalem confortat, digestionem optimam reddit angustiam, si qua est effugat, poros aperit superfluitates euacuat, dolores mitigat et uentositates dissoluit. Quantum uero immoderatus ueneris usus iuuenibus noceat, et si nullus Doctorum diceret, ipsa demonstrat experientia, quoniam hi, qui iuuenes et speciosas ducunt uxores, in anno illo discolorati fiunt et macilenti, liuidique coloris, ut in pluribus, ac si essent semimortui, et hoc est quod sensit Halirodoan, in 3^o Tegni. commento 37^o, cum ait. Et non factus est error multus in coitu nociuus, nisi quia propter multitudinem eius, euenit corpori, senectus festina, ante horam suam precipue illi cuius complexio testium fuerit frigida et sicca. Et Haliabas idem confirmans in V^o Theoretice sic inquit. Cum coitus mensuram excesserit, licet non tanta in eo quantitas, ut sanguis phlebothomia uel aliter, euacuetur, uehementior tamen inde uirtutis accidit dissolutio. Quanto autem maior, sit ista dissolutio, Auicenna in 3^o de generatione animalium. explicuit sic dicens. Quando de homine sperma exiuit multum, discoloratur et debilitatur suum corpus, magis, quam si quadagesies exiret de eius corpore sanguis tantus. Quia semen, est res habitata, ut transeat in membra. Idem quoque in

2^o primi Doctrina et summa secundis cap^e 4^o. Coitus inpult, exiccat corpus et 12^a tertij, cap^e primo. Coitus plurimus nocet nervis. et 3^a tertij, cap^e V^o, Multiplicatio coitus est res nocibilior oculis, et in 13^a eiusdem cap^e ultimo primi, Tractatus inquit. Coitus est ex rebus magis nociuis stomacho et XX^a eiusdem cap^e XI^o sic etiam idem scripsit. Coitus euacuat de substantia cibi postremi. Quare debilitatem affert, cuius similem, alie non afferunt euacuaciones. Quoniam euacuat de substantia spiritus, rem plurimam, propter delectationem et propter illud qui plus delectantur in eo, in maiorem cadunt debilitatem. Vnde uelociter facit peruenire illum qui plurimum eo utitur, ad infrigidationem sui corporis, et ad resolutionem caliditatis innate et mortificationem uirtutis, et ad debilitatem sensuum, et ad complurimas egritudines. Idemque in canticis. textu commenti 156 dixit. Multus coitus debilitat corpus, facitque ipsum hereditare uarias species nocumentorum, et dolorum. In cuius commento dixit Auerois. Non solum hoc dicimus quod multus coitus debilitat corpus, qui immo quod diminuat et abreuiet ualde uitam, facitque eam ualde breuiter et celeriter terminari. Vnde Aristoteles ait quod animalia multi coitus sunt breuiores uite. probans hoc et confirmans, ex passeribus. Qui non uiuunt nisi per annum solum. Et licet Auerois, locum Aristotelis, non adducat, id tamen legimus in Libro eius, de causis longitudinis et breuitatis uite. Dixit etiam in eodem libro. Animalia multum coeuntia cito senescunt. Quia sperma est superfluitas utilis alimenti, et ideo cum amplius, quam natura sustinere potest emissum fuerit, exiccat, et ea propter multus est longeuioris uite, quam equus et asinus, ex quibus sit. Et idem in 4^a problematum, problemate 2^o dixit. plurimo coitu utentes, manifestissime in oculis et anchis patiuntur et in problemate 21^o, Coeuntes inquit exoluuntur, et infirmiores fiunt, ut frequenter. Et in L^o de regimine principum, nocumenta ueneris precipua, breuibus colligens, ait. Coitus est destructio corporis, et abreuiatio uite. Unde Tullius in Libro de senectute. Libidinosa et intemperans adolescentia effectum corpus tradit senectuti. Ab ijs igitur omnibus, presertim superfluis, euacuationibus sibi caueant iuuenes qui diu uiuere et incolumes esse cupiunt.

Cupit XXI^m ostendit, quod ad tuendam corporis salutem et ad uitam prorogandum, quelibet repletio sit euitanda, humorum scilicet, ciborum et potum. Quoniam ex nimia corporis repletione, non solum uarie fiunt egritudines, Verum etiam sepe numero, mors repentina ex suffocatione subsequitur.

Postquam locuti sumus de his, que uitam nostram abreuiant, dissoluendo uirtutem, desiccando corpus, et ad nihilum redigendo, humidum, quo uiuimus, consequenter de his que iuuenes interimunt calorem suffocando, idem effeciunt, et propterea nemo putet quod si euacuationes nimie noceant, ob hoc copiose repletiones conferant. Cum extrema omnia sint uite contraria. Repletio enim quelibet, siue sit ex cibo, siue ex potibus, siue ex sanguine, seu ex carne, uel suferflua pinguedine, tam pro salute tuenda quod pro uita proroganda, pernitioua iudicatur. Et ideo Auicenna in 2^a primi Doctrina 2^a, cap^e 6^o dixit. Ille in quo multitudo exuberat humorum in hieme, propter eius gulositatem et exertitij eius paucitatem, fit in uere egritudinibus aptus. Et 3^a primi Doctrina 2^a cap^e 7^o. De omni repletionis genere intendens ait. Vehemens repletio in qualibet dispositione est pernecabilis siue ex comestione sit siue ex potu. Quicumque enim hominis se superflue repleuerunt, suffocati iterierunt et in prima tertij Tractatu 4^o cap^e XI^o dixit. Nihil est magis inimicum sensibus quam repletio ex cibis, et humiditatibus. et in 3^a eiusdem cap^e V^o. Multiplicatio ebrietatis et repletionis cibi, est res nocibilior oculis. Et in 4^a 3^{ij} cap^e 2^o, sic etiam ait. Ex eis que nocent auri. et reliquis sensibus, sunt fastidium et repletio. Quod sentiens Diuus Hieronymus, et habetur. De Conse Dist V^a cap^o. Ne tales. Vbi dicitur. Nihil salutem, nihil sic sensuum acumen operatur, nihil sic egritudinem fugat, sicut moderata refectio. Abundantia non morbum facit, et molestias ingerit, et egritudines generat. Et infra. Excessus uero ciborum consumit et computrescere facit, corpus humanum, et macerat egritudine diuturna, et tandem crudeli morte consumit. Et in sequenti cap^e dixit. Nemo enim uno uel duobus cibis, his qu uilibus usque ad instomachatione uentris oneratur. Que diuersitate carniun, et saporis delectatione, concipitur.

Cum uarijs nidoribus fumant patine ad usum suum, pro explenda esurie. quasi captiuos trahuunt. Vnde et morbi saturitate nimia, concitantur, Multique inpatientia gule, uomitu remediantur. et quod turpiter ingesserunt turpius egerunt. Hippocrates in aphorismis docet crassa et obesa corpora, que crescendi mensuram impleuerint, nisi cito ablatione sanguinis, minuantur, in paralisis et in pessima morborum genera, erumpere. E iccirco necessariam esse, demptionem, ut rursus habeant in quo possint crescere, aut decrescere. Non enim manere in uno statu potest corporum natura, sed semper crescere, aut decrescere nec posse uiuere animam, nisi crescendi capax sit. Vnde Gallienus uir doctissimus interpret Hippocratis: athletas quorum uita et ars sagina est, dixit in exhortatione medicine, nec uiuere posse diu, nec sanos esse, animasque eorum ita nimio sanguine et adipibus quasi luto inuolutas, nihil tenue, nihil coeleste. sed semper de carnibus eructare, et uentris ingluuiem cogitare. Nos non in traductione quam habemus in p^o aphorismorum, aphorismo tertio, sic hanc Hippocratis sententiam habemus. In exorbitantibus ad summum bone habitudines, sunt fallaces, si in ultimo fuerint. Non enim possunt manere in eodem, neque quiescere. Qui non quiescunt, nequaquam possunt in melius addere, relinquitur igitur ad peius, horum igitur causa bonam habitudinem soluere confert, non tarde, ut rursum principium nutrimenti, accipiat corpus. In cuius commento dixit Gallienus, Multi morte subitanea sunt extincti, corporibus eorum pertingentibus ad ultimitatem plenitudinis. Et ideo dicendum est cum Hippocrate in 2^o aphorismorum, aphorismo 4^o. Non plenitudo, neque indigentia commendantur. Sed temperies, et in aphorismo 17^o, causa huius assignatur, ubi dicitur Vbique cibus preter naturam intrat, hic egritudinem facit. Manifestat non sanatio hoc est, quod si euacuentur sani fiunt. De repletionem quoque potus quot mala proueniant, facile colligitur ex Auicenna in 3^a primi, Doctrina 2^a, cap^e 8^o sic dicente. Frequens ebrietas est mala. Que epatis et cerebri complexionem corrumpit et neruos debilitat et ad neruorum egritudinem perducit, et ad apoplexiam et ad mortem subitanam et in

prima tertij, Tractatu 4^o, cap^e 14^o, dixit. Repletio uini facta, nocet ualde sensibus interioribus, et exterioribus. Et in 2^a eiusdem cap^e primo. Sic etiam ait. Vinum plurimum et ebrietas multa propter uehementia mordicationis eius, et acetositatem in frigidantem, multum nocet neruis. Vnde Auerois in Canticis commento 34^o, sic scripsit. Licet uinum, teste Gallieno, sit ex magis conuenientibus calori naturali. et sit respectu eius in gradu, in quo oleum est ad lumen et ignem. Tamen sicut multum et superfluum oleum extinguit lumen, sic etiam multum uinum extinguit calorem naturalem. et ficut scientia Aristoteles in XXX^a problematum, problemate primo ubi dixit. Vinum multum dissoluit et facit stupidos et epilepticos, et si superfluum fuerit extinguit naturalem caliditatem Et ideo Diuinus plato in 2^o de legibus inquit. Ab ebrietate uero et uini repletionem omnino iuuenes abstineant. Quem secutus Boetius in L^o de Scholastica disciplina. dixit. Vinum modice sumptum acuit Ingenium, sed immoderate rationem perturbat, intellectum hebetat, memoriam eneruat, obliuionem inmittit, errorem infundit et ignorantiam inducit. Ex quibus manifestum est quod omnis repletio sit euitanda. Quia saluti corporis, sensibus et uite sit pernitiosa, et repentine mortis causa precipua.

Caput XXII^m declarat esse necessarium ad salutem corporis tuendam, et ad uitam iuuenum prorogandam ut de bonitate digestionis sint solliciti. Subiungitque signa perque bona uel mala ciborum concoctio discernatur et cognoscatur et quomodo eadem possit adiuari nullis etiam adhibitis medicaminibus

Quam periculosa et quam pernitiosa sit omnis repletio in precedenti cap^e moustrauimus. Sed ob quam causam cupientes diu et incolumes uiuere, debeant in cibo. potu ac ceteris esse sobrij ac temperati, etiam quod nullum ex repletionem subite mortis, immineret periculum, in presenti declarandum esse duximus, ut quantum ad salutem corporis tuendam et ad uitam prorogandam, rerum omnium faciat temperies, hi qui diu uiuere cupiunt. intelligant Dicimus igitur quod ad uitam et sanitatem sit sobrietas necessaria, ex eo

qu sine bona concoctione uel reficientium digestionem incolumes esse non possimus. Ex quacunque autem repletionem opus est ut indigestio subsequatur. Cum noster naturalis calor, sit finitus, et limitatus, et tantum decoquat quantum ualet. Vt si petri stomachus libras ciborum duas tantummodo digerere sufficiat, si tribus oneretur, nullatenus id quod ingererit decoquere poterit. Vnde cruditas humorum emergit. Que cum multiplicata fuerit, et diuturna, calor naturalis obruitur, extinguiturque. Et ideo qui incolumes esse desiderant, ac diu uiuere, super omnia procurare debent ut quod ingererint, id sufficienter decoquant. Quoniam radix uite, ciborum est concoctio. Sicuti principium morborum omnium grauissimarumque ualitudinum, est indigestio. Que non sint nisi per imperfectionem. naturalis calidi et disproportionem eius ad humidum digerendum, dixit Aristoteles in 4^o Meteororum. Vnde cibus indigestus ut Gallienus ait in primo aphorismorum commento X^o, crudos augmentat humores. Et Avicenna in 7^a 4^o. cap^e 16^o. Cum digestio inquit corrumpitur, corrumpitur et sanguis. Immo quod amplius est. si cibus non digeritur, sanguis ullus non generatur. dicente Gallieno in V^o therapeutice cap^e 14^o. Non ex his que transglutuntur. sed ex his que digeruntur in stomacho et epate exhibitio cibi est toto corpore. Quare si secundum uentrem, non digeratur cibus, neque sanguis efficitur secundum epar. Ideo necesse est multam facere prouidentiam in omnibus, et presertim in digestionem ciborum. propterea quia me secundum epar. siue secundum uentrem infortunium cibi patiuntur, febres generant et malam operantur cachochimiam, idest pessimorum humorum abundantiam. Et idem in Libro de Euchimia et cachochimia cap^e 3^o iterum ait. De numero ciborum qui digeruntur magis, meliores gignunt humores. Nihil enim ad euchimiam sic confert, in omnibus corporis dispositionibus, sicut bene digerere in uentre. Quoniam cum in eo bene digesti fuerint, etiam secundam et tertiam digestionem suscipiunt. Et in Libri eiusdem cap^e ultimo. Sic etiam scripsit. Maxima est ad cachochimiam et egritudinis causa indigestio frequens, siue in euchimis siue in cachochimis cibus fiat. Manifestum est autem, quoniam multum

sit deterior in cachochimis. Et propterea dixit Auerois quod digestio bona sit perfecta nature operatio. Procurandum est igitur quod bona fiat in stomacho ciborum et potuum digestio, si pretendimus ut in epate ac toto corporis ambitu, bonus sanguis efficiatur. Quia dixit Auenzoar in sui Theisir, Libro primo Tractatu 15^o, c^e 2^o. Postquam in stomacho non bene digeritur cibus, impossibile est quod in epate digeritur, cum sit in hoc opere uentre debilius. Et ideo si sanguis bonus non generabitur, homo quippe sanus esse non poterit. Cum dicat Auicenna in canticis quod corporis sanitas, per sanitatem epatis et bonitatem humorum consistat, quando fuerint secundum naturalem eorum dispositionem. Cui conueniens Auerois in 3^o colliget sic scripsit. Membra non permanent super complexionem sanitatis, nisi quando sanguis qui aduenit eis, fuerit in quantitate et qualitate et proportione temperata in caliditate et frigiditate. Quod considerans Isaac in libro uniuersalium dietarum, ait. Nihil melius ad Sanitatem custodiendam, quam bonus sanguis, et laudabilis. Sed is, sine stomachi perfecta digestionem, ut dictum est, fieri non poterit, nisi prius cibus in uentre sufficienter decoctus fuerit. propterea de stomachi bona digestionem faciendam, qui diu uiuere cupiunt, debent esse solliciti. Nec sit aliquis, sic imprudens et imperitus, ut complures nouimus. Qui digestionem bonam estimet, copiosum habere secessum, uentrisque lubricitatem. Quoniam id potius indigestionis est signum. Bona stomachi concoctio, ut inquit Auicenna in 13^a tertij, cap^o 17^o, ex his cognoscitur. Quando post cibum comprehensum, non accedit grauitas in ore stomachi, neque rugitus, neque inflatio, neque erructatio, neque sapor fumosus aut acetosus, neque singultus, neque tensio, et ut sit spatium more cibi in stomacho spatium equale, et descensus eius ab eo in hora qua oportet, non ante ipsam, neque post eam et quando succedit somnus temperatus, et expergefatio uelox, et sub oculis non sit Inflatio, et in capite non sit grauitas, et obedientia nature sit facilis, et sint inferiora uentris ante egestionem inflata. Hec enim omnia significant fortitudinem stomachi, et conuenientiam cibi in qualitate et quantitate. His adde qui

in sua hora aduenit comedendi uerus appetitus, bonus sapor oris et odor eius minime fetidus, antequam manducet. Vrina eius, mediocris erit substantiae, coloris citrini uel ad citrinum tendentis. egestio iuncta, similium partium, melli similis, in spissitudine et colore, non multi fetoris, nec omnino fetore peruasta non exiens cum multo rugitu et uento, neque liquida uelut aqua, sed in substantia media, et in hora consueta. Qui enim has conditionis habuerit, et boni coloris fuerit, sufficienterque carnosus et non gracilis uel pallidus, se bene digerere cognoscat. Si uero hec signa non affuerint, se male cibum decoquere non ambigat, aut uitio stomachi debilis, aut copia cibi grauis preassumpta, aut erroris occasione. Nam motus post cibum, ut dixit Auerois in 4^o Metheororum commento XI^o, digestionem impedit. Quod sentiens Auicenna in 3^a primi Doctrina 2^a, cap^e 7^o, dixit. Accidentia anime horribilia, et motus corporei fortes, digestionem fieri prohibent. Et in 13^a tertij Tractatus 3^o cap^e p^o sic etiam ait. Cibum indiget quiete et somno, usque quo fiat bona digestio. Sed quando sunt loco amborum motus et uigilie, non completur digestio. Que fuit Gallieni sententia in L^o 4^o, de accidenti et morbo, cap^e 8^o ubi dixit. in somno et quiete, scilicet moderata, cibum digeritur melius, non solum in stomacho, uerum etiam in toto corpore. Et auerois in 2^o colliget causam huius assignans dicit. Operatio digestionis est fortior cum homo dormit, eo quod calor naturalis, cum quo operatur natura, uigilando, in exterioribus consistit, ut det sensum et motum. Dormiendo non reuertitur ad partes intrinsecas corporis. Et Auicenna in 3^a primi, Doctrina 2^a, cap^e 7^o, ait. Scire debes quod multis cooperiri pannis et ceruical eleuare, ex illis existunt, que in digerendo iuuant. et in 13^a tertij, Tractatu 3^o, c^o V^o, Dormire inquit super latus sinistrum, est maximi iuamenti ad digestionem perpiciendam, et premittere uenerea ut idem ait ibidem, est de maxime conferentibus ei.

Caput XXXIII^m ostendit quod qui incolumes et diu uiuere cupiunt, procurare debeant ne cibi in stomachis eorum corrumpantur, subiungitque signa et causas propter quas talis reficientium corruptio proueniat. Monstratque quod cum sicci uel multi fuerint cibi uel potus, in stomacho facile corrumpantur.

Quam sit necessaria ad tuendam salutem et uitam bona ciborum digestio, sufficienter diximus, et unde etiam proueniat eius diminutio, satis apparuit. Sed unde procedat concoctionis eiusdem corruptio in presentiarum ostendam. Quia nihil est saluti ac uite tam noxium, ut digestionis corruptio. Cum dicat Auicenna in 13^a tertij Tractatu 3^o, cap^e 2^o. Corruptio digestionis est mater egritudinum, et origo chronicorum infirmitatum. Nec quippe mirum. Quia cum Digestio corrumpitur, corrumpitur sanguis, ut idem ait in 7^a 4^o. Et propterea quia non rara accidit, sed frequentur iuuenibus hec digestionis corruptio unde et a quibus causis proueniat, scribendum esse duximus. ut quid sit intelligant, et quando fiat agnoscant, a quibus qu procedat, ut ab eam inducentibus cauere possint, et perniciem eius non ignorent. Sciant igitur eiusmodi corruptionem in stomacho fieri, cum nullatenus calor eius potest cibum in chimum bonum conuertere. Quod pluribus de causis contingere solet aut uitio stomachi male dispositi, in calido uel frigido peccatis, aut merito superuenientis accidentis, Vt pote quia non quiescit homo, aut non dormit, aut tristatur nimis, uel irascitur uel ob aliquod de similibus conturbatur uel prouenit ex defectu cibi in substantia, quantitate, qualitate, ordine, preparatione uel assumptionis tempore peccantis. Cognoscitur autem hec pernitiosa corruptio cum acciderit ex signis etiam indigestionis, in anteriori cap^e declaratis. Verumtamen in corruptione sunt intensiora et euentiora, scilicet grandis in intestinis rugitus, inflatio peior, frequentior et deterioris saporis, acetosi uidelicet uel acris et fetidi ac si ex ouis putrefactis eleuaretur, uel fumosa et horribilis, que sufficienter describi non potest. Sed potius a circumstantibus et propinquis percipi, Vrina cruda uelut aqua. egestio plurima, et aquosa, uade fetidacum impetu ac magno sonitu, et aute horam consuetam

descendens et precipitata. Nausea et^o grauitas stomachi et capitis dolor uel saltem ponderositas, abhominatio. Coloris faciei liuiditas, et sub oculis tumor manifestus, similes ei quam cum difficultate per uomitum aliquid eiecerit. Et si causa corruptionis fuerit frigida, per fluxium uentris uno ut duobus diebus perseuerantem agnoscitur. Si uentositas fuerit in causa per plurimam laterum et uentris extensionem, et per rugitus multos et frequentem erructuationem intelliges. Si non a causa calida prouenerit, erit cum siti, fetore oris et erructuatione fumosa. Quod non minus precedentes cibi, uel calidi uel frigidi, uel oleagini aut ualde pingues, declarabunt. Sed ut iuuenes qui ciborum naturas et qualitates ignorant. Qui sint et qui fiant cause corruptionis assignabo, ut sue consulentes saluti, eos semper pretermittant. Dicimus ergo quod prout collegimus, ex Gallieno, rasi, Haliabate, Isaac, Serapione, Dioscoride, Auicenna, et reliquis medicine auctoribus antiquis, et a nonnullis etiam junioribus, quod cibi qui causa fuit eiusmodi corruptionis in substantia peccantes, sunt qui nimis sicci atque compacti existunt. Nam res ualde sicce ut testatur Aristoteles in Libro 4^o Metheororum, non digerentur. Quales sunt salsi, acetesi, stiptici, ponticique, ut panis multum salitus, et presertim eius cortices, biscoctus, antiquus uel multum desiccatus. Caseus similiter salutis et ualde durus, limones, acetum, acresta. Sal et salita omnia et de fructibus immaturi et stiptici, ut coctana sorbe, cornule, mespila et eiusmodi. Cortices etiam nuclei, seu grana fructuum, quantumuis mollium, non digeruntur, ut manifestum est de corticibus et granis uuarum, et ficum, et denucleis cerasorum et similium. Panicum quoque milium et his consimilia minutissima grava, a Doctoribus, ualde sicca dicuntur, et ideo predictis possunt anumerari. Si etiam cibi quantitate peccauerint, ut quia nimis pauci, et subtilis in stomacho robusto et forti, multo ac grosso cibo assueto, ut essent ova duo sorbilia, rustico exhibita. Qui etiam octo indurata, digereret nec his bene contentus esset, procul dubio in uentre suo corrumperentur et in choleram uel in fumositatem conuenterentur. Cibi etiam si in quantitate nimia peccauerint, quantumuis essent, ia genere suo,

boni et optimi, cum a calore stomachi superari uel decoqui non possint, in stomacho putrefiunt et sic cause corruptionis digestionis esse comprobantur. Propter quod tutius est ad sanitatem et digestionem perficiendam ad sobrietatem, quam etiam ad minimam crapulam declinare. et quod de cibis dicitur, idem de potibus pariter intelligendum est. Quoniam cum cibus paucis fuerit, et potus copiosus, natat in stomacho et facile corrumpitur uterque. Et ideo dixit Auicenna in 13^a tertij Tractatu primo cap^o 29^o. Summa uini in stomacho tanta esse debet, ne natet in stomacho, neque faciat rugitum. Que fuit sententia Gallieni in primo Therapeutice, cap^o 6^o sit scribentis. intentio quantitatis in potu quidem est, ut cibi nunquam nauigent in uentre, et ut fluctuationes non operentur aliquem in uentre sensum. In cibis uero ut uentrem nunquam grauent. Nec solum corruptionem digestionis uinum efficit copiosum. Verum etiam, ut Gallienus ait in 2^o de accidenti et morbo, cap^o 3^o causa frigidi morbi plenitudo potus erit. Nam plurimum sit causa epilepsie, et percussionis sensus, et motus et aliorum morborum similium frigidorum.

Caput XXIV^m ostendit fugiendam esse digestionis stomachi corruptionem euitando cibos indigestibiles omnino et qui cum difficultate coqui possunt. Cauendo etiam a diuersitate ciborum genere et substantia differentium, nec non a preposito ipsorum ordine. Quoniam ex his omnibus pernitiiosa corruptio digestionis efficitur.

Quomodo corruptio digestionis ex diuersis causis proueniat, in precedenti cap^o dictum est. Verumtamen quia genus cause, quod assumitur merito substantie ciborum, non fuit ibi totaliter absolutum, residuum eius hoc in cap^o comprehendendum et perficiendum esse censui, ne diminitus fuisse uidear. Dicimus igitur quod non solum cibi sicci in substantia uel quantitate peccantes. Verum etiam grossi et de natura sua uel omnino indigestibus, aut maxima qui cum difficultate in stomacho decoquantur, fiunt sepe numero cause eiusmodi corruptionis presertim in uentre debili et eis non assueto. Et hi cibi sunt sicut intestina, potissime boum et aliorum quadrupedum, pedes, labia, nares, auricule,

cutes cartilagineas nervos eque partes, cor, renes, stomachi, plenes, ova plurimum indurata, sub cineribus cocta, uel in aqua diu elixata aut in frixorio cum adipe butiro uel oleo fricta. caseus multus. et antiquus et presertim putridus quo quidam alemani, quam bono, libentius utuntur. Cancri, conchilia, cortices, panis, panis item azimus, hoc est, sine fermento prorsus aut cum modica eius quantitate aut non sufficienter coctus et ille potissimum qui sub cineribus decoquitur, et ita calidus accipitur cum his lagane cum oleo fricte uel in aqua cocte et omnia denique pastilia. possunt anumerari. Carnes et bouine agnine uel porcine, anserine que parum assate uel super craticula. parum cocte pisces magni uiscosi. caules albi rotundi, itam saliti quam non saliti, et presertim si crudi manducentur, ut plerumque, non sine admiratione uidimus. De granis milium et legumina cruda recentia, ut fabe, faseoli, cicera. pisa, et his similia. Quibus adde amigdalas, et auelanas, quando in multa quantitate. accipiuntur, et imperfecte masticantur. Cum talia sint ad digerendum ualde difficilia. ut in pluribus corrumpantur, in stomacho antequam digerantur. Cum etiam cibi in substantia et genere diuersi fuerint. corruptionem digestionis, ex eo quod inuicem non conueniant. efficiunt. Vt quando in eodem prandio. lactinia carnes. holera. pisces, fructus, ova, caseus. radices et his similia confunduntur, Dura cum mollibus. Dulcia cum acetosis. elixata cum assis. cruda cum coctis. ingeruntur. Unde Gallienus in 3^o regiminis acutorum, commento 37^o. sic ait. Diuersitas rerum, que manducantur, quando non sunt similes in uirtutibus suis, faciunt in stomacho inquietudinem neque nutriunt corpus. et Auicenna in 3^o primi Doctrina 2^a. cap^o 7. Nihil est inquit deterius quod diuersa nutrientia simul adiuungere. et in comedendo tempus prorogare. Quoniam cum posternum nutriens aduenerit. primum iam incepit dari. Nutrientium ergo partes in digerendo non assimilantur. Et infra sic etiam scripsit. Cibaria diuersa a duabus impediunt partibus, una earum est propter diuersitatem eorum in digerendo. Quoniam. quod ex eis est digestum. ei admiscetur, quod non est digestum. Et secundo quoniam aliquis plus potest comedere ex uno quam ex alio.

Quod qui exercitabant, tempore antiquo, ab hoc fugiere contenti enim erant solius carnis comestione cum pane in mane et solius panis in coena. Et in 14^a tertij cap^e 19^o. Scias inquit, quod intromittere cibum, super cibum, est error magnus, et est ex rebus magis nociuis stomacho et epati. Et fiunt sententia philosophi in prima problematum problemate 15^o, cum inquit Diuersus cibus est egritudinalis, quid perturbalis erit, et non una digestio. Et ideo bene dixit Gallienus in primo de iuuamentis membrorum, cap^e 4^o quod res composite ex multis rebus, sunt uelocioris corruptionis quam composite ex paucis Hinc patet error potentum et magnatorum in eadem mensa complurima ac genere diuersa et fercula et uina confundentium, propterea ad corruptionem digestionis et ad pessimas egritudines deueniunt. Nec solum diuersitas ciborum uerum etiam malus eorum ordo causa corruptionis digestionis efficitur. Vt quando dura mollibus, stiptica lubricis preponuntur. Quod accidit, quando post esum laudabilium etiam carnum, lacticinia, Vue, ficus, cerasa mora, et his similia manducantur. Rursus cum assata prius et elixa postea, in eodem etiam genere perferuntur, ut pro quadam detestanda, ac pessima consuetudine, *tota facit Hungaria*, et non nunquam, presertim in magnis et nuptialibus conuiujs, Italia. Nam ex isto prepostero ciborum ordine, cibi quoque pauci et optimi, in stomacho non digeruntur, sed potius corrumpuntur. Vnde Auicenna in 3^a primi Doctrina 2^a c^e 7^o. sic inquit. Nutrientia ordinem in sui receptione debent habere, in quo sanitatis conseruator sollicitus esse debet, ne illud quod subtile est, et cito digeritur, post forte nutriens, quod sit eo durius in cibo summat. Quia prius digeritur quam ipsum, et super illum natabit, non habens uiam qua penetret, putrefiet ergo et corrumpetur et corrumpet illum qui ei admiscebitur. Et idem in 13^a tertij Tractatu 3^o cap^e 2^o dixit. Necessarium quidem est in ordine ut premittatur leuis, et supra grauem, et similiter leuis et lubricus precedat et supra eum stipticum, nisi sit uoluntas retinendi naturam. Quod etiam sentiens Isaac in L^o uniuersalium dietarum cap^e 2^o sic ait. Cibus corrumpitur, cum accipitur ab initio grossus, et ad digerendum durus, post autem subit subtilior

et ad digerendum facilis. Qui ex leuitate sui cito digestus et exire incipiens, a grauiori egredi prohibetur remanet ergo aliquis diu et mutatur in fumositatem et generatur cholera in stomachis calidis, uel mutatur in acetositatem, et putredinem, quibus stomachus est frigidus. Et subdit. Oportet igitur a cibus incipere leuioribus et ad digerendum facilioribus postea crudioribus et tardioribus uti. Vt cum digestus fuerit subtilis descendere possit, et a nullo retineatur. et in cap^e XX^o Libri eiusdem sic etiam scripsit. Concordati sunt antiqui in hoc quod que cibaria sunt uelociter descendunt, et facile uenas penetrantia, ante cibum, idest, in principio cibi, sint danda. Que autem ad hoc tarda postrema. Cibus enim facile digestibilis, si postremus accipiatur et digeratur, et exire festinus sit, repugnat sibi grauis anterior cibus, et exire non permittit. Cum autem exire non possit innatat, et a calore grossi cibi calefit, et ebulliens uelociter corrumpitur. Et infra dixit. Oportet igitur quod molles cibi et liquidi ante duras accipiantur. Similiter et mali aut omnino sunt pretermittendi quod est securius, aut si cum bonis manducandi, mali in ordine precedant, ne si post acciperentur, et corrumperentur, bonos simul corrumphant sicut sensit Gallienus in p^o Therapeutice cap^e 6^o, et in 2^o de alimentis, cap^o X^o. Et hinc patet quantum errent, qui pepones aut cerasa et fructus eiusmodi, circa finem mense, comedunt. Qui autem sint cibi molles lubrici subtiles, de facili digestibiles, boni vel mali et qui etiam, duri et stiptici, et qui difficiles ad digerendum, ad Iudicium periti Doctoris. relinquuntur. Qui ex natura simplicium, ex quibus milia ferculorum genera fiunt, secundum diuersitatem patrie consuetudinum preponendos uel postponendos agnoscet ac ordinem eis imponet.

Caput XXV^m ostendit quod salutem et uitam diu progare cupientes studere debeant, ne cibi in stomachis eorum corrumpantur cauendo a putrescibilibus et male preparatis, et qui sint eiusmodi, addicit in medium.

Ex parte quoque substantie ciborum, obseruandum est, ab his qui cupiunt digestionis corruptionem prohibere, ut

saluti et vite consulant quod a facile corruptibilibus, similiter et a male preparatis, se contineant. Corruptibilibus in stomacho ab Auctoribus censentur, qui in genere et modo sue substantie facile putrescunt. Quia naturam mollem, et superfluum habeant humiditatem ut pinquua omnia, et quecumque cum eorum copia preparantur. Lacticinia queque, pisces omnes, presertim pingues. potissimum qui sine squammis et qui nigri coloris fuerint, ut Anguille, Barbota, Cicones et his similes. Quam maxime, oua et interiora ipsorum, et partes uentrales eorundem. Cerebella quadrupedum, medulle ossium, pinguedines, butirum, butirosa et oleagina. De fructibus, qui diu seruari non possunt, Mellones, Angarie, pepones, cucumeres, cerasa, chrysomilla, mora, oliue mature, persica, presertim mollia, pruna, frage, fungi et his similia. sed lac pre ceteris Maxime si post alia fercula, et circa finem mense accipiatur. Hec enim omnia facile putrescant ex sola aeris caliditate. Vnde uix per horas illesa possunt reseruari quanto magis putendum est, quod cum ingerantur a calore stomachi, qui longa intensior est, caliditate aeris, putrefiant et corrumpantur unde sanguinem inficiunt, et totum corpus infirmant et ipsum ad uarias egritudines preparant. Et ideo qui longevi et incolumes esse desiderant hec de facili putrescibilia pretermittant quamuis nullum ex eis iuuenes ac robusti nocumentum percipiant. Quia dixit Auicenna in 3^a primi Doctrina 2^a, cap^e 7^o. Ille in quo mala digeri uidentur nutrientia, ob hoc non decipiatur. Quoniam post dies aliquos in ipso mali generabuntur humores, egritudines facientes, et de facili pernecantes. Et Gallienus in primo de Alimentis cap^e ultimo. Non oportet inquit negligere pura facere omnia ad esum preparanda, cognoscentes, quod quamquam id quod per singulos dies, nocumentum efficitur, non sentiatur propter paucitatem, tamen congregatur ex ipsis tempore multo Vnde necesse est quod aliquando manifestum sit. Et in 2^o de Alimentis cap^e de cucumeribus in fine dixit. Ab omnibus abstinere consulo cachochimij edulij, et si facile digestibilia quibusdam uideantur. Quum latet tempore longo prauus inuenis chimus ex ipsis generatus, et congregatus. Qui cum sua coctione modica ad putre-

factionem deuenere, febres malimoris, idest malj generis, operatur. Procurandum etiam est, ne cibi quantumuis boni sint male preparati. Quoniam inconueniens eorum preparatio corruptionem digestionis solet efficere. Vt quando sunt combusti, aut non sufficienter cocti, aut non bene macerati aut corruptibilibus permixti. Quemadmodum accidit cum illico, carnes decoquantur, post animalium interfectionem, presertim cum duras carnes habuerint. Vnde in tempore potissimum hiemali, perdices pauones et his similis si eadem die qua interficiuntur, etiam decoquantur, carnes eorum dure fiunt ad masticandum, et duriores ad digerendum quia non sint sufficienter macerate. Male quoque^o preparantur carnes cum in pinguedine porcina, et similibus friguntur, aut cum pingui Iure, dum assantur, irrorate fuerint. Nam similibus his modis, carnes quantumuis laudatissime, ad corruptionem in stomacho disponuntur, dicente Gallieno in primo de differentiis febrium, cap^e 3^o. Quecunque lubrica et uiscosa, grossos humores generantia morbidiora sunt, opilare enim et obstruere corpus parata sunt. Et in V^o de regimine sanitatis. Non debemus inquit nociuis utile permiscere, cum possumus ipso uti solo. Et in Libro de cura ictericorum, dixit. pretermittere, quod sit Iuuatium, propter gustam, in generosum est, Sicut assummere quid nociuum, propter delectationem, nefandum. Mala rursus ciborum preparatio iudicabitur, cum frigida frigidis, et siccis sicca, uel calida calidis, premiscentur. Sicuti cum melle aniculas, forte quia non nulla participiant amaritudine, componunt, et cum leporinas carnes cum pipere uel gariofilis et similibus in saporem redactis, exhibent, non considerantes quod calidis carnibus, maiorem addant caliditatem, ut citius in febres, accendantur. Cum e contra potius faciendum esset. Nam calida frigidis, siccis humida rectificanda sint. cum dicat Auicenna in 3^a primi Doctrina 2^a, cap^e 7^o, frigidum nutriens sicut cucumer et cucurbita, temperetur cum eo quod ei existit contrarium, sicut allia priori uel cepe. Et si fuerit calidum cum eo quod est frigidum, temperetur. Et si opilatium fuerit sumatur cum eo quod aperit et euacuat. Et Infra. Cui res dulces nocent, acetosa bibat. Cui non acetosum obest, rem dulcem cum eo

permisceat. Et idem in 2^a parte canticorum ait cibi sunt permiscendi, humidi cum siccis, dulces cum acetosis, frigidi cum calidis etc. Sed quomodo et pro quibus, et quando sint eiusmodi ciborum preperationes faciende et in qua mensura, non ad cocas, sed ad peritum doctorem hoc scire pertinet, et cocas, ut sic uel sic faciat, instruere. Quorum commune uitium est, ut non que sunt Dnis suis salubria, sed que eis magis placeant componere. Diu quoque^o uiuere cupientes de alia ciborum preparatione in ore suo facienda debent esse solliciti. uidelicet ut quicquid ingerunt, non prius deglutiant quam bene masticauerint, et molla dentium contriuerint. Quoniam qui aliter faciunt non possunt postea sufficienter digerere, propter quod querit Aristoteles in problematum libro, Quare dentes raros habentes, breuis sint uite. et soluit, dicens causam esse. Quia sufficienter cibum conterere non pos sun Cib us enim cum male conteritur aut in stomacho corrumpitur, aut diminute concoquitur. Et ideo sic Auicenna scripsit in canticis, tempus masticationis est prorogandum, ut fiat cibi bona digestio, fiant etiam parue bucelle, ut melius conterantur. et subdit. Omne illud quod contundere non poteris, erit apud te digestionis difficilis.

Caput XXVI^m ostendit quod qui incolumes et longevi esse desyderant ab his que sua mala qualitate, possunt digestionem corrumpere debrant abstinere. scilicet a cibis et potibus, calefacientibus. infrigidantibus et opilantibus et qui tales sint, licet non omnes, complures enumerat.

Quante sint in substantia, quantitate et ordine ciborum considerationis habende, ne in stomacho corrumpantur supra diximus. Consequenter quanta sit in eorum qualitate apponenda diligentia subiungamus, ne cadat in scyllam cupiens uitare caribdim. Quid prodesset bonam ciborum substantiam eligere. Si eorum qualitas digestionem corrumperet. Propter quod dicamus quod qui uite et saluti consulunt, cibis uel nimium calidis, uel nimis infrigidantibus, non utantur. Quoniam eiusmodi facile in stomacho corrumperent. Quod etiam si non contingeret, adhuc non sine periculo tuende sanitatis accipi possent. Cum cibi uirtute sua calidi in choleram, de

facili conuertantur et corpus inflamment, febribusque acutissimis disponant, et preparent. Quemadmodum frigidi uirtuiter, calorem stomachi destruunt, et phlegma multiplicant, et uiscosi opilant et uenas obstruunt. Et sicut illi qui calefaciunt, corporis calorem incendunt, et humidum uite resoluunt. Sic hi qui infrigidant, multiplicando frigidos humores calorem suffocant, et extinguunt. Et ideo cibi omnes multum a temperamento remoti, siue calafaciant, siue infrigident, sunt uite contrarij et saluti corporis inimici. Et ob hoc dixit Auicenna, in 3^a primi Doctrina 2^a, cap^e 7^o. Oportet ut sanitatis conseruator prouideat, ne cibi ipsius substantia sit aliquid nutrientium medicinalium, sicut cholera et fructus, et reliqua ab ipsis. Quoniam subtiliantia et calefacientia sunt adurentia sanguinem et grossa et frigida sunt ipsum phlegmaticum facientia, et corpus grauantia. Et infra dixit. Nihil est deterius quam fastidium, et proprie cum fuerit ex malis nutrientibus propterea quia cum fastidium prouenerit ex grossis nutrientibus, hereditare facit iuncturarum dolores et renum et disniam, et podagram, et splenis et epatis grossitiem, et phlegmaticas egritudines, et melancholicas. Si vero fastidium id est repletio, ex subtiliantibus acciderit nutrientibus prouenient ex ipso febres acute et erratice, et maligne et apostemata mala acuta. Quod sentiens Gallienus in 2^o de accidenti et morbo cap^e 2^o sic ait. Qui assuescunt allia, porra et cepe, comedere et uinum uetus acutum aut medicamina, que a ueneno custodiunt, bibere, febres patiuntur. Et in 2^o de uirtutibus naturalibus, cap^e 8^o huius reddit rationem dicens. Propter hoc calida cibaria, calidis natura et iuuenescentibus in choleram prompta, de facili in eam transmutantur. Quoniam calidum calido additum immoderatam crassim efficit. Et in Libro de Euchimia et Cachomia, cap^e 3^o sic inquit. Cachochima cibaria, omnino fugienda sunt. siue grossos, siue subtiles, in nobis operentur humores. Cachochimos cibos nuncupat, qui malum generant alimentum, siue sanguinem, uel choleram, et phlegma uel humorem melancholicum multiplicant. Sed que sint eiusmodi, pro nescientibus ciborum naturas subiungam. ut iuuenes ab eis caueant. Caleficientia et choleram generantia,

siue subtiliantia, salsa, acuta et unctuosa fere omnia. Panis de farina nouiter mollita, De carnibus leporina, Vlpina, Anatis, columborum, Turturis, auicularum in dumis degentium, et maxime passerum carnes. De holeribus omnia beneuolentia, acuta et linguam pungentia, Apium Basilicon, Eruca maiorana melissa, menta. Nasturtium, petroselinum, Rosmarinus, Ruta, Saluia, Sinapisque et his similia. De radicibus: allium, cepe magnum. Bulbus quod paruum est cepe longum et rubeum, ualde acutum, porri, pastinache, Raffanus et huiusmodi. De fructibus, cappares, saliti, nuces auelane, amigdale presertim cum antiquantur, Dactyli fistici pinee, carice, seu ficus sicce, Granata dulcia. De condimentis Mel et Melita omnia, Anisum anetum feniculus, caruj, cinamomum, Gariofili, Galanga nux muscata. Zinziber, piper, Vinum potens seu forte, et proprie antiquum, et quecumque his assimilantur, presertim cum, in frequenti usu fuerint, et maxime cum in estate ac regione calida, et in complexionem cholericam, et in iuuenili etate summuntur. Quam maxime non cum luna uel ascendens, aut alius de significatoribus precipuis, per corpus, uel per radios Martis uel solis, iuimicantes, fuerit infortunatus. Infrigidantia uero et phlegma multiplicantia, sunt omnia insipida et odore priuata ut lac acetosum, recocta, caseus recens, sine sale pisces fluuiales, et lacunales, De Holeribus acetosa lactuca, portulaca, et his similia. De Iranis ordeum lentes, papauer, panicum et reliqua generis eiusdem. De fructibus Angurie citruli, cucumeres, cucurbite, cerasa, merasa, coctana, succus et caro citripoma, granata acetosa, et muza. Limones Narontia, Mora acetosa, persica, presertim alba et pilosa, quorum pulpa. a nucleo non separatur, dicta a quibusdam durantia. pira, pontica, omnia pomorum genera et proprie acetosa, insipida, grandia, pallida et odore priuata pruna item omnia, siue alba, siue nigra, siue rubea. Sorbe mespila, cornule, Berberis. et quecumque sunt generis eiusdem. De condimentis acetum Acresta, coriandrum et huiusmodi. De potibus uinum album, aquosum, acerbum, et ponticum quale est ut in pluribus uinum uiennense, et ei similia ceruisia quoque triticea, sed magis ordeacea si ut sit communiter nil preter aquam, ordeum,

et lupulum recipiat. Nam si mel et alia que calefaciunt, in bona quantitate susciperet, esse posset calida. Hec igitur omnia que adduximus in frigidantia et si semper in frigidant, et calorem corporis extinguunt, tunc potissimum hoc faciunt, et uitam mortificant, cum a complexione uel etate frigidis accipiuntur, et quam maxime, cum Luna uel horoscopus uel alius de significatoribus fuerit per Saturnum corporaliter ut ex diametro, aut per tetragonum infortunatus. Opilantia non sunt copiosa comestio, exercitium uel balneum post cibum, pingua, stiptica, pontica, panis azimus. diminute fermentatus aut coctus, pastilia omnia, Carnes uiscose, et neruose, aguine, porcine antequam ad sex mensium etatem peruenerint. pingia queque albumen oui, oua assata uel ex elixata indurata, caseus et lacticia, pisces omnes et presertim squammis priuati et pingues et magni, maxime non cum oleofricti, prius ut comuniter sit cum farina utrinque deliniti, cancri legumina noua, milium, panicum et lentes potissimum. Vinum grossum turbidum, Aque puteales, et grosse turbulente, quales sunt fluminum et palludum, frequens usus etiam olei, Butiri et adipis uel rerum que cum his magna ex parte componuntur.

Caput XXVII^m complet sermonem de his que digestionem corrumpunt ostendit, quod quid ex parte temporis assumptionis ciborum, sit seruandum, ne in stomacho corrumpantur, et subdit qui sint cibi ad tuendam sanitatem et uitam prorogandam eligendi, et ex eis qui pre ceteris etiam laudabilibus preferendj.

Ceterum quia corruptio Digestionis aliquando prouenit non uitio stomachi, neque cibi sed merito incongrui temporis, in quo quis comedit, propterea ad complendum eorum, que monstrauius digestionem corrumpere, hoc etiam predictis annectendum esse duximus. Ne seruantes cetera que scripta sunt, in hoc forte delinquant et ne diu uiuere putantes, in breui pereant. Dicimus igitur quod uolentes incolumes et longeuus permanere, hoc ex parte temporis, seruare debent, ut cibi in eorum stomachis, non corrumpantur, Videlicet quod non comedant, neque bibant, donec prece-

perint preassumptum cibum fuisse digestum. Quod ex alleuiatione stomachi, ex spatio sex uel septem horarum, a prandio ad coenam decurso, nec non ex aliquo comedendi appetitu seu desyderio illud, hora qua comedere consueuerant, aduenerit. Quod sentiens Auicenna, in 3^a primi Doctrina 2^a, cap^e 7^o, dixit. Oportet ne aliquis comedat, nisi post desyderium, nec in hoc tardetur, cum desyderium ebullierit, nisi fuerit mendosum. Et infra adiecit. Omnes qui sanitatem uolunt custodire, nihil comedant, nisi desyderium fuerit certum, et stomachus, et superiora intestina, a primo nutriente euacuata fuerint. Quum quod in corpore et deterius, et ut nutriens super nutriens, quod non est digestum mittere. Que fuit Gallieni sententia in primo Therapeutice cap^e 6^o, sic dicentis tantum rationabile est quod primus cibus certissime totus sit digestus, antequam secundus accipiatur. Quod etiam non sit bibendum inter prandium et coenam, apparet per Auicennam in loco superius allegato, sic scribentem post comestionem, multum non est bibendum, nec inter cibum et corpus stomachi, seperationem faciat, sed expectandum est, et non bibendum, donec cibus de stomacho, descendat. Quod quidem declarat superioris uentris leuitas. Quod si sitis ei necessitatem fecerit, modicum de potu, fugendo sumat. Qui quanto plus fuerit frigidus, tanto minus ex eo, sufficeret. Quod sentiens Gallienus, in p^o Therapeutice cap^e 6^o. Non oportet bibere post coenam statim, antequam digestus sit cibus. Innatant enim cibaria, sic bibentium ut non tangat ea uentris corpus, media stante humiditate. Si non siticulosi fuerint abstinere eos penitus, triste simul et inutile paucum autem dandum, ut mitigetur Tristitia et humilietur sitis. Cum autem bene digesserint cibum, concede eis copiose bibere. Bis ergo tantum in die comedant nobiles, qui in otio uiuunt, mane scilicet et uespere si sic assueti fuerint. Quoniam ut dicit Auicenna in loco superius allegato, in comestione, usus est multum considerandus. Idem quoque in parte 2^a Canticorum inquit. Debet ad minus quilibet, comedere semel inter diem et noctem et ad plus bis, medium autem inter hoc est, si comedat ter in duobus diebus. Et Auerois in 6^o colligit ait. Noui medici sentiunt, quod

conuenientia tempora comedendi temperatis complexionibus, sunt tribus uicibus comestio duobus celebratur diebus. Cui sententiae mihi uidetur Auenzoar admirabilis, assentire. Laborantibus uero ac robustis simis ut rusticis et fossoribus, fabris et similibus, concedatur ter et quater in die comedere, etiam cibos grossos. Qui tamen quietis sunt illaudabilis. Sed regimen istud tuende salutis et iuentutis prorogande non pro gulosis, epulonibus, neque pro rusticis inseribitur, se pro nobiles et delicatis. Qui non nisi subtilibus, et temperatis uti debent. cum dicat Auicenna in 3^a primi, cap^e sepius adducto, oportet ut cibus sit talis, quales sunt carnes hedorum et uitulorum lactentium paruorum, et agnorum annualium, et triticum ab extraneis rebus purgatum, quod ex messe sana fuerit, collectum Cui nullum accidit nocumentum, et res dulces conuenientis complexionis, et uinum bonum odorem habens, que fuit Gallieni sententia, in libro de Euchimia et cachochimia cap^e 3^o, cum sic ait. Inculpabilissima cibari-orum sunt que inter subtiliantia et ingrossantia. Qualia sunt, optimi panes, et carnes gallinarum et fasianarum, et perdicum et columbarum et turturum merularum, et paruorum auium omnium adhuc autem et petrinorum piscium, et maritimorum, nullum fetorem habentium. Et infra subdit. Optimus cibus, corporibus nostris, est qui non habet substantiam grossam neque uiscosam, ex quo sanguis moderatus, generatur. Prauus autem est, qui ualde subtilis aut grossus existit. Ex his autem laudabilibus cibus, illi ceteris preferuntur, qui magis delectant, et sapiunt, meliusque in stomacho digeruntur. Vnde Auerois in 2^o canticorum commento 17^o. Duorum inquit ciborum ille qui minoris est iuuamenti, magis tamen delectabilis, melior est, minus delectabili si sit maioris iuuamenti. Et Isaac in L^o dietarum uniuersalium cap^e 7^o itidem sentiens ait. Cibi inter calidum, frigidum, humidum et siccum medij, similiter inter subtile et grossum, molle et durum mediocres, temperatissimi et iuatissimi, pre ceteris existunt, maxime si saporati sint. Faciliores enim sunt ad digerendum et utiliores, in sanitate custodienda insanis, et infirmis reddenda. Non saporitos non abhorret natura. Vnde non sunt digestibiles, sed stomacho potius nociuj, et

infra subiecit si dio cibaria equalia sint in sanitate custodienda et infirmis reddenda, delectabiliora sunt, et utiliora, et stomacho magis conuenientia. Et ideo dixit Auicenna, in 3^a primi Doctrina 2^a cap^e 7^o. Oportet te scire, quod nutriendus melius est, quod melius sapit, propterea quod stomachus, et virtus retentiva uehementer ipsi applicantur, cum bone fuerit substantie, et fuerint omnia principalia membra in suis operationibus sana. Et hi omnes ab Hippochrate acceperunt, sic in 2^o aphorismorum, aphorismo 38^o scribente. Parum deterior cibus, et potus delectabilior, melioribus quidem et indelectabilibus, magis est appetendus. In cuius commento dixit Gallienus. Cibus sapidus cum accipitur, á stomacho, amplexatur, et cum magna delectatione digeritur, plus quam quilibet alius. Quod si fuerit abhominabilis, fugit inde. Que qui diligenter seruauerit, procul dubio, digestionis corruptionem non incurret et sic multa egritudinum genera declinabit, incolumis erit atque longeuus. Si quis autem specialiter ciborum simplicium naturas, et proprietates scire desyderat, ad nostram floridam coronam confugiat. Si uero naturas et actiones compositorum, ad platinam de obsonijs accedat, ubi diffuse et sufficienter inueniet, quicquid attinet ad tuendam salutem di cibis et potibus. Si non purgationibus uel minutionibus indigebit peritum doctorem consulat, et illi in omnibus obediat, et errare non poterit.

Caput XXVIII^m quasi in breui compendiolo quecunque ad tuenda salutem et prorogandam iuuentutem et uitam pertinent in summa colligit, ostendendo dictam summam esse rerum omnium temperiem, unicuique tamen homini accomodatam et propriam, secundum quod Doctori Medico in astrologia perito, uidebitur esse applicandam.

Tuende sanitatis ac iuente, uiteque prorogande summam hoc in capite describendum esse duximus, ut quasi in compendiolo quicquid aliud, ad hoc negotium adduci posset, habeatur. Reducentes igitur ad annum omnia dicimus sanitatem, iuuentutem et uitam in temperie consistere. Quemadmodum, morbi, senectus et mors ex intemperie proueniunt.

Temperies autem ista requiritur, in omnibus que corpori intrinsecus et extrinsecus occurrunt. Nam immoderata corpus conterunt, calorem suffocant ut resoluunt. Moderata non conseruant et uiuificant. Imtemperata humidum exiccant uel inficiunt et naturam deijiciunt. Sed que sint hec moderata, paucis, etiam explicare possimus. Id quod corpus indiget, temperatum dicimus, id uero quod non indiget, immoderatum, et ei noxium esse proferrimus. Quod sentiens Gallienus in 3^o Tegni, textu commenti XXIJ, dixit. Quando motione indiget corpus, gymnasium, idest exercitium, quidem sanum. Quies uero egra, quando uero quiete, opus habet. Quies quidem sana egrum uero gymnasium. Similiter non et in cibis et potibus, et in alijs omnibus. Singula enim, si indigenti corpori, adducantur et in competenti quantitate, et qualitate, salubria fiunt: Nihil non indigenti omnino, oblata, aut in non competenti mensura et quantitate egrum constituitur. Quod sentiens Aristoteles in 19^a problematum, problemata 38^o sic ait. Laborantes, bibentes, et comedentes ordinate, saluamus et augemus naturam et uirtutem, inordinate autem corrumpimus et stupefacimus ipsam. Et in Libro de regimine principum sic idem quoque inquit. Abstinencia a comestione nimia, et ab omni alia superfluitate, est summa medicina. Que non minus fuit preceptoris sui, Diuini scilicet Platonis, sententia in L^o de philosophia, sic scribentis Concedo, quod non solum cibi et potus, uerum etiam omnia, que circa corpus uersantur, temperata quidem prodesse quam plurimum, pauca uero uel nimia, nunquam. Et in Minone dixit. Circa corporis ualitudinem si quis nos roget, conditor legum, quid corpori adhibet, ut bonam ualitudinem, tueatur, Responderemus utique, recte ac breuiter, quod nutrimentum et exercitium, tum intendens, tum remittens, atque ita corpus componens. Cum quo recte concordare uidetur. Quod scribit Cicero in 2^o de officijs cum ait. Cum a seniori Cathone quereretur quid maxime in re familiari expediret. Respondit, bene pascere. Quid secundum satis bene pascere. Quid tertium, bene uestire. Quid quartum arare, ubi notandum est, id totiens repetitum, bene, quod nihil utique aliud significat, quam temperate. Que quidem

temperies si omnibus una esset, facile ut sine doctoris consilijs, se sciret quisque, incolumem et longeuum conseruare. Veruntamen quia, non una est omnibus, hec mediocritas, sed multiplex, et ferme infinata, secundum humanorum corporum diuersitatem. Que sicut faciebus, coloribus, et alijs, non assimilantur, sic nec in complexionibus, et naturis non conueniunt. Sed longe diuersa sunt. Quedam scilicet calida et quedam frigida. Et rursus de calidis quedam calida et humida, quedam calida et sicca. Sic de frigidis dicendum. Calida etiam et humida inter se sunt dissimilia. Quedam plus calida quam humida. Quedam uero contra, plus humida quam calida. Rursus differunt in membris. Nam aliqua cor et caput, et epar, habent notabiliter calida. Quedam autem duo tantum de illis, et aliqua magis, et aliqua minus, ut ex pisolitate pectoris, et capillorum colore diuerso, ac ex alijs his similibus signis manifestum est, quod non conueniant. Quomodo igitur conseruari poterunt, dando quibuslibet, suam prout conuenit, temperiem, nisi prius optime, cognoscantur. Dignoscere non humanorum corporum complexiones, ad solos medicine auctores, in astronomia peritos, attinet. Qui non solum ad ultos, per signa posita a Gallieno, et ab alijs doctoribus, cuius sint complexionis agnoscent. Verum etiam infantulos et nouiter natos, in quibus ad plenum illa que ab auctoribus scribuntur, non apparent, quoad totum, et ad partes, complexiones scilicet membrorum parciales, ex significatoribus apprehendere poterunt. Quod in conseruatione sanitatis eorum non solum utile est, uerum etiam maximo-pere necessarium. Quod sentiens Cicero in 2^o de officijs inquit. Valitudo sustentatur notitia sui corporis et obseruatione earum rerum, quae^d aut prodesse soleant aut obesse, et continentia in uictu omni et cultu corporis, tuendi causa pretermittendo uoluptates, et postremo arte eorum, quorum ad scientiam, hec pertinet. Vnde Isaac in Libro dietarum uniuersalium cap^e primo, sic ait. Non tantum naturas intelligere ciborum sufficit, in sanitate custodienda, nisi etiam corporum capientium naturas, intellexeris. Naturis enim ciborum solum perfecte intellectis, corporum suscipientium naturis neglectis, nihil post illud exquisiuisse proficit, in

intentione tuende sanitatis in sanis, neque reddende infirmis. Et in cap^o 8^o libri eiusdem sic quæ ait. Vnus quattuor modorum. custodiende sanitatis est, ut diæta sit subtilis, temporibus suis, et quibus competit, sicut delicatæ et quietis, et dimittatur in temporibus non suis, et ab his quibus non conuenit, et secundus modus tuende sanitatis, est ut diæte sint grosse, suo tempore, et in complexione competenti, sicut in exercitantibus et laborantibus. Que etiam uidentur in non suis temporibus, et a non congruis complexionibus. Tertius modus, conseruande salutis est, ut in suis, cibaria dentur temporibus, et secundum quod oportet ordinentur, et non his contraria fiant et quartus modus, custodiende sanitatis est, ut a cibis malos humores generantibus, et stomachum corrumpentibus, custodiamus, et ab epar et splenem opillantibus, cum quibus restauremus, et reficiamus. Quum nihil inuenitur melius ad sanitatem custodiendam quam bonus sanguis et laudabilis, et idem ait in cap^o 18^o libri eiusdem. Scire autem hec omnia et ordinare, unicuique quod sibi conuenit, Doctoris medici est officium. Scire uero tempora in quibus conueniant hec uel illa, uel noceant ad Astrologiam pertinet. Quasi medicus caruerit. Quando corpus alicuius domini, ex directionibus aut applicationibus significantorum, ad corpus Martis, uel solis, uel ad eorum inimicantes radios, calefieri coelitus debeat, non agnoscet, nec ipsum a futura calida et acuta febre, uel alio simili morbo, in contrarium disponendo sciet precauere. Nec quando Saturnus simili modo, idem Domini corpus, infrigidare debeat uel desiccare, et melancholicum facere, non peruidebit. Et ideo concludendum est, quæ sanitas et uita in temperie consistat, unicuique competenti, secundum quod corpus eius, quo ad complexionem, et ad coeli influentiam, requisierit, et non aliter.

Caput XXIX^m adducit quedam medicamina ad tuendam corporis salutem et ad uitam prorogandam, ab Auctoribus plurimum commendata. Ex quibus cum aliqua sint solitiua, et aliqua confortatiua, sine consilio periti Doctoris non sunt assumenda.

Et si hec que supra dicta sunt, quantum ad hoc pertinet negocium possent sufficere, ne tamen aliquid intactum pretermisere uidear, hic subiungere decreui, non nulla medicamina, ab Auctoribus nostris, plurimum commendata ad tuendam salutem, et ad uiridem iuuentam prorogandam, et eis utantur, qui illis indigerint, non ex proprio sensu sed periti duntaxat Doctoris, consilio. Qui, cui complexionis, et tempori et in quo pondere ac mensura, et quotiens conueniant, pro ut oportunum fuerit, ordinabit, et sub competenti syderum influxu consicere faciet, prout necessarium esse uiderit, et unicuique corpori conuenire iudicauerit. Ceterum quia supra de simplicibus in cap^e 19^o, scripsimus, hic solum de compositis, pre ceteris ab auctoribus commendatis agemus. Quoniam si de omnibus dicere uellem, alter longior quam presen Tractatus sit, non sufficeret. Dicimus ergo quod Ellectuarium regum descriptum ab Auicenna in 3^a quinti et Sirupus Democriti, descriptus ab eodem in 6^a eiusdem, ut ipse testant, preseruant hominem, ab infirmitatibus, omnibus diebus uite sue, et conseruant utentem in iuuentute. De Trociscis quoque Stelle in 8^o Tractatu quinti, dixit quod non permittunt uitam recedere. Mesue similiter in 3^a sui antidotarij Distinctione, et duas facit descriptiones confectionis ellectuarij Alarif. In prima quarum dicit ipsum esse boni saporis, et sit in tempore estatis quod educit superfluitates a toto corpore, stomacho et Epate, et conseruat utentem eo in iuuentute. De secunda descriptione itidem ait, sed tamen addit in ea qua confortat stomachum, et uiscera mollificat et ualet ad debilitantem digestionis, et frigus membrorem nutrimenti, et facit appetere cibum, et facit colorem et odorem bonum utentis, et subtiliat sensum, et cogitationem, et conseruat in Iuuentute, et addit in uisum et retardat canos. De ellectuario etiam de aromatibus idem in prima Distinctione sui

Grabatin, sic ait. Ellectuarium de aromatibus, quod descripsit Gallienus, est expertorum Iuuamentorum, ad causas stomachi, et epatis et ad aegritudines in eis factas, ex phlegmate grosso, et uentositate. Digestionem confortat, inflationem remouet, et morbos ex ea factos curat, retardat canos, colorem efficit bonum, et similiter bonum oris et sudoris odorem, De confortantibus etiam Chebuli conditi ab eodem Joanne Mesue, in 4^a Distinctione ad eandem intentionem, satis commendant, Vbi sic scripsit Chebuli conditi stomachum confortant, appetitum prouocant, et digestionem procurant, sensus et rationem uigorant, uisum clarificant, et utentes eis, in iuuentute conseruant. De Tyriacha et mitridato mirabilia pariter dicuntur. Sed super omnia ad tuendam corporis salutem et ad Iuuentam et uitam prorogandam, Triferam magnam fuisse commendatam, Inuenio. Quam Nicolaus de Salerno, maiorem nuncupat, et Sarracenam, quia a Sarracenis fuit inuenta, et Triferam appellat et iuuenilem. Quia iuuenem hominem reddat. Sed Mesue in Dist. 2^a de ea sic ait. Trifera Sarracena magna, expertorum est Iuuamentorum, corpora in sanitate conseruat et ne in egritudinem incidant, adiuuat, membrorum lassitudinem tollit, Ventositatem resoluit, Dolorem et indignationem stomachi, remouet, oris odorem, et totius corporis bonum facit, Hemorroides sanat, colorem corporis efficit bonum, Humorositatem stomachi desiccant, et putrefactionem uiscerum aufert. Que omnia etiam ab Auicenna dicantur, in loco superius allegato, ubi preter hec addit qui letificat et confortat cor, et corpus totum et aufert lumbricos, et omnem malum corporis odorem, et Iuuamentum eius, ad epar est magnum, et non est in ea nocumentum appars, et sumitur ante cibum et post inquit ipse. Nec minus his, Hali rodoam in 3^o microtegni, commento 206^o, predicta confirmauit. Cum sic ait. Possibile est ut sint etiam medicine, que prohibeant a ueloci tante senectutis, scilicet a frigore et siccitate membrorum et prorogetur per illud uita hominis. Quando regimen eius fuerit bonum, sicut dicitur quod homines, uixerunt centum annis, et unumquoque inuenitur in illo, cum medicina inda, que nominatur Trifera. Ipsa namque bonam efficit digestionem et colorem bonum et prorogat iuuentutem

tempore longo : quando cum usu eius, bonum est uite regimen. Nullus ergo confidat in his tantummodo, quamuis sint ualde Laudatissima, nisi regimen uite sibi competens, seruaerit. Competens aunt uite regimen, id erit, quod a sapienti Doctore sibi ordinabitur, merito complexionis totius corporis, membrorum, consuetudinis, temporum anni, et influxus syderum, sue natiuitati potissimum congruentis, ut pro parte supra dictum est, et pro parte in sequenti capitulo diffusius apparebit. Similiter et de usu dictorum medicaminum, isti ne illi conuenientium, in hoc uel illo tempore, uel in hac uel illa die magis competentium in intelligendum esse uolumus. Que omnia in arbitrio periti Doctoris relinquenda sunt, sine scitu cuius, nihil de talibus, qui diu uiuere cupit uti uel assumere presumat.

Caput XXX^m ostendit Astrologie peritiam ad tuendam salutem et ad iuuentutem et uitam prorogandam maxime conferre, preuidendo, antequam eueniant, egritudines et pericula, et ipsorum tempora, sic quæ premuniendo cum contrarijs seruanda corpora ut a cunctis morbis, et discriminibus euadant illesa.

Quantum sacratissima Diuinarum litteratum Theologia conferat ad tuendam uiridem iuuentam, at ad uitam prorogandam tradendo modum, diu uiuendi supernaturalem, circa principia presentis Tractatus diximus. Postea non quantum ad idem faciat, naturalis philosophia, uite causas et principia demonstrando, secundo loco, deduximus. Deinde quantum medicinalis peritia, ad itidem sit utilis, et necessaria, docendo modum per quem cause uite conseruande sint, bonitate regiminis ostendimus. Consequenter superest, ut quantum ad salutem et uitam tuendam et prorogandam, astrologia faciat demonstremus. Quamuis supra in plerique locis, aliquid de hoc inter scribendum tetigimus, ut per hoc habeat quam certus sit ac uerus huius prorogationis uite modus. Cum super scientias, ueras et approbatas; sit fundatus, et ex illis tanque radicibus, traxerit originem. Et licet Gallienus in 3^o Tegni, dixerit quod ars tuende sanitatis,

gladios et bestias, quibus humanum corpus, potest occurrere, non habeat considerare. Sed illa tantummodo que de necessitate corpus inficiunt, sicuti in continente morari, comedere et bibere, uigilare et huiusmodi. Tamen de his etiam habere notitiam, cum quibus salus et uita á discriminibus, et periculis extrinsecus aduenientibus tueri possit, non nisi optimum esse concederet, quam uis ad Medicum, in quantum purus medicus est, id non attineat sed quantum ad Doctorem, habentem omnem in tuenda salute et uita diligentiam, ne ab aliquibus noxijs impediatur hoc utique ex necessitate spectat et conuenit ut tempora et dies bonas uel malas antequam ueniant preuideat et preuidendo, tuendum corpus premuniat secundum quod ipse Gallienus in 3^o de criticis cap^e 6^o, monstrauit Dicimus igitur quod Astrologia ad iuuentutem incolumem tuendam et ad uitam prorogandam plurimum conducat ex eo quod quasi speculatrix a longe prospiciat aduersantia, et antequam appropinquent agnoscat, et infirmat et per natiuitatis radicem unde et quando mala, morbi et pericula immineant, sufficienter intelligit, ut ex qua parte, et in quo tempore magis, sit cauendum premoneat. Quod non solum per natiuitatem, sed per annuales reuolutiones, et significatorum dirrectiones et applicationes, et alias non paucas considerationes, attendit, ut conseruandum corpus incolume, sic premuniat, cum contrarijs, ut quecunque a supercoelestibus promouentur, et ab inferioribus consumantur, morbos et uite discrimina subterfugiat. Quod assequi poterit cum cibis et potibus cum medicaminibus, et alijs ad illud appropriatis non solum a qualitate manifesta, uerum etiam ab occulta proprietate operantibus, sed ut de aduersa ualitudine primum exemplum ponamus, dicimus quod si astrologus, uel Medicus in astronomia peritus, ex astrorum et geniture reuolutionisque alicuius hominis, consideratione, preuiderit infirmitatem calidam et acutam esse, proxima et torrida estate prouenturam, ex Marte et Sole, precipua geniture loca, et principales nati significantes inficientibus, corpus cholericum et satis inflammabile, non aliter cum frigidis et humidis reficientibus, et unctionibus, et his similibus preseruabit, in umbra et otio, ac si stupa in aquam sumergeret,

ne ab igne proximo, cum periculum combustionis eius esset, accenderetur, prohibendo ipsum a calefacientibus omnibus, ne cholera in illo corpore congregaretur, et si que congesta esset, illam cum appropriatis leuibus et refrigerantibus, educet, et sic membra confortabit, ut nullum aduersum syderum influxum, mala ue caliditatem recipiant. Et quemadmodum de calidis exemplificatum est, simile de frigidis est intelligendum. Sed dato quod aliqua egritudo non immineret, sed aliud uel ab hominibus à bestijs periculum ne id eueniat prudentia, et cautela preseruabit, non permittendo quod pro tunc iter faciat, Venatum non accedat, inimicis non accurrat, equos non ascendat precipicij aut similibus discriminibus, non se exponat. Sed potius domi sedeat et iocundum aliquid Legat audiat uel faciat, obiurget neminem uel percutiat, aut aliter quempiam afficiat iniuria: sed pacificus sit, graciosus, mitis, et mansuetus erga omnes. Quod si eius natura talis non esset premuniet eum Doctor, his que sua mirabili proprietate ad idem faciunt, ut lapis achates, cuius proprietates secundum Dioscoridem est, quod portatus facundum suadentem, amabilem et gratum facit, adiuvatque uincere pericula et ut testantur Euax, facit hominem boni coloris et facundum et iuuat contra aduersa idem quoque operatur Alectorius et Celidonium, et proprie si in panno Lini uel corio uituli ligetur, et sub assella portetur secundum quod dixit Albertus in lapidario. Cum Iacinto similiter ipsum muniet. Qui secundum approbatos Auctores collo suspensus uel digito portatus tutum reddit etiam peregrinum gratum facit hominibus et hospitibus, et ualet contra pestiferas regiones, et contra toxicum, ut magnus Albertus ait. Et de eo scribit Serapio quod qui ipsum secum portauerit, sit tutus a fulgure ita quod non cadit super eum, et cor confortat, ut dixit Auicenna in Libro de uiribus cordis. Saphyrum etiam portare faciet. Qui pacem conciliat, pium et deuotum ad deum efficit, et animum in bonis firmat. Qui lapides omnes plurimum commendantur. Sed preceteris Adamas, Qui lacerto sinistro alligatus ualet contra hostes et insaniam, et indomitas bestias, et contra iurgia, et rixas, et uenena et incursiones phantasmatum et incuborum et succuborum.

Smaragdum quoque in compluribus dignificant. Sed si quis hos omnes lapides habere non poterit. Rubinum saltem habere studeat. Qui sic se habet ad alios lapides, sicut aurum ad cetera metalla. Vnde sic de eo scripsit magnus Albertus cap^e 15 solus omnium aliorum lapidum uirtutes habere dicitur. Specialis tamen eius effectus est uenenum fugare. Turchios etiam lapis a nociuis casibus portantem se defendere perhibetur. et probatus esse dicitur. De corde quoque pauonis portato. beneuolentiam et foelicitatem prestare Doctores asserunt. Cum his ergo, et maxime cum bona custodia, poterunt iuuenes preuisa per Astrologiam pericula. sapientis consilio. in suspectus temporibus. euadere. et sic salutem corporis. uiridem iuuentam et uitam diu prorogare.

Caput XXXI^m et altimum presens opus sigillat, ostendens rationibus et exemplis possibile ac uerum esse quod uiridis iuuenta per hec que in hoc Libro scripta sunt incolumis diu conseruari possit, et in annos plurimos prorogari. Qua de re non sunt spernenda sed potius commendanda et studiosissime seruanda.

Cum Diuino Fauente Numine. uia naturali et supernaturali. monstrauerimus. quomodo uiridis et florida iuuentus, corporis sanitas. et uita tueri possint. et diu prorogari, tempus est, ut huic operi finem imponam. Sed tamen prius hoc unum quod predictis deficere uidetur subiungere proposui. Videlicet quod licet forsitan alicui uidebitur impossibile. quod licet seruando que in hoc tractatu scripta sunt subiungere proposuj et periti Doctoris consilijs obediendo. uita possit diutius prorogari. possibile tamen sit. ac uerum, rationibus et exemplis ostendamus, ne super hoc posthac quis ambigat. Vnde sic Formam secundum Dialectice breuibus arguamus. Quicumque senectutis causas sciuerit prohibere. is poterit hominem in iuuentute sua seruare. Sed peritus Doctor, Astrologia sufficienter instructus. scit et potest senectutis causas et occasiones arcere. Ergo poterit si non semper saltem diu hominem in uiridi et florida. etate, conseruare. Consequentia

bona in 3^o prim^e, et assumptum deducitur. Aristoteles enim in 14^a problematum inquit. Senectus putredo quedam est et Gallienus in Libro V^o de accidenti et morbo. Senectus nihil aliud est quam mala complexio frigida et sicca. Cui conueniens Rasis in 2^o AImansoris. Senium ait. non est aliud nisi magnum in corpore siccitatis dominium. Sed possibile est conseruanti medico. putredine et desiccatione naturalis humidi, quod pabulum est. naturalis caloris, ab humano corpore prohibere, dicente Auicenna in 3^a primi Ars quidem sanitatem custodiendi de duabus rebus securitatem prebet, putrefactionis penitus prohibitione et defensione, ne humiditas cito resoluatur. Sequitur igitur, quod poterit iuuentutem et uitam longo tempore prorogare. Hoc autem Doctor assequitur cum tuendum hominem a noxijs inferioribus ei occurrentibus et a superioribus desiccantibus, stellarum influxibus. cum contrarijs competenter adhibitis, premunierit. ac ne intrinsecus putrefiat influens humidum, nec radicale desiccetur neque naturalis calor obruatur. diligenter custodierit. Quod autem hoc fieri possit, non solum ratio et intellectus admittit. uerum etiam de consimilibus, aperte docet experientia. Lampadem quidem perfecto oleo non carentem. Lichiniumque bonum et conuenienter longum habentem, a flatu uentorum sufficienter munita, quis non uidet quodammodo perpetuam presertim si quod ex lichinio aduritur, non nunquam, ut clarius luceat a diligenti conseruante separetur. Si non puluerem. uel amuream. uel aquam suscepit suffocantem, aut uento exponatur et muribus oleum eius bibere potentibus, nunquam quam ab aliquo custodiatur uel mundificetur, quis est tam hebetis ingenij. qui non videat, paulo tempore duraturam. Vitem si singulis annis rexerit agricola hoc est superfluos palmites amputauerit, ne nimum luxuriat, sufficienterque alligauerit in ueris initio ut suo tempore dulces fructus capiat, quos postquam collegerit, et antequam horridum et inimicum ei hiemale genu superueniat, si terra aut fimo, ut nonnulli faciunt, operiatur, ue frigore pereat. Quis eam diu uiuere. florere, et fructus suos reddere longis etiam temporibus, abnegabitur. Si non inculta permanserit ut nunquam amputata uel ligno

alicui non fuerit alligata, nunquam quam cooperta, non ne in breui senescet ac prorsus deficiet. Quemadmodum etiam nemo est qui non uideat equum diuturnis laboribus attritum, male pastum, sub diuo dormientem, uel in uentoso ac pessimo stabulo repositum, longe ante dies suos, deficere. Si non bene regatur, fricetur, pascaturque, non multo labores ac in loco bono, cum paleis recludatur, ubi comedere ac bibere et decumbere possit, ut oportet, quas non uidet equum illum multis annis duraturum, in bono robore ac in sufficienti pinguedine. Certe conuincitur et cogitur quilibet credere, quod simile sit de homine conuenienter complexionato bene recto ac custodito. Et quemadmodum diligens stabularius, multum adiuuat equum Domini si procuret, ut nihil ei desit, quod sibi utile sit ac nihil et approximet quod sibi obesse, possit. Sic Doctor peritus suo consilio, suo studio, ac sollicitudine, iuuenis Domini uitam, salutem corporis et uiridem iuuentam, non solum diu tueri poterit, Verum etiam ad annos plurimos prorogare. Quo quid gratius quid utilius, uel optabilius naturaliter esse possit, non intelligo. Nemo sit ideo qui desiderare, uel spernere uideat, que hoc in opere scripsimus, cum omnia uera sint atque certissima, non a me tantummodo, sed a cunctis sapientibus commendata. Unde diuinus Plato in 7^o de legibus huius Doctrinæ considerans utilitatem, sic ait. Nos eam disciplinam, studio dignissimam arbitramur qua homines instituti quam longissime atque optime in pace uitam agant. Quam uitam et pacem presentem et perennem *Reuerendissimo Domino meo D. Sigismundo Varadiensi Episcopo Dignissimo*, et omnibus fidelibus per suam inestimabilem misericordiam, Deus optimus trinus et unus, pater et Filius et Spiritus S. concedere dignetur ad laudem eius et Gloriam, qui sit per infinita seculorum secula benedictus. A m e n.

Diuino cooperante auxilio, et propitiantibus Sanctorum suffragijs Ego Antonius Gazius patauus, Artium ac Medicinæ professorum omnium minimus, Librum hunc compleui, Die XVII^a Aprilis, corrente anno salutifere incarnationis 1508. Pro quo sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc et usque in seculum.

XIV.

SILESIUS LOGUS (LOGAU GYÖRGY) HUMANISTA ÍRÓNAK MAGYAR VONATKOZÁSÚ KÖLTEMÉNYEI.

DR. RÉCSEY VIKTOR-tól.

Bevetés.

Silesius Logus (Logau György) magyar vonatkozású költeményeit küldte meg az *Analecta* számára dr. Récesey Viktor tanár úr. A beküldött versek mellett VII. Kelemen pápának II. Lajos királyhoz intézett ajánló-levele is előfordul, melyet már közzétettem Ábel hagyatékából az *Analecta nova* 109. lapján. Hézagot is találtam, a mennyiben a források közt nem emlékezett meg Oláh Miklós kézirati albumában — mely az egyetemi könyvtárban egyik legbecsesebb kézirat (H. 46 jelzéssel) — 220. és 1130—1170. előforduló verseiről; e kódexeket szintén fölvettem az új gyűjteményben.

Megemlítem, hogy Ursinus Gáspárnak Ferdinand koronázási ünnepén tartott beszéde megvan az Apponyi Sándor gróf könyvtárában, mint az a *Hungarica* magyar vonatkozású nyomtatványok cz. nagybecsű és tudományos módszer tekintetében mintaszerű katalógusának I. 209. sz. alatt látható. Logusnak még egy elegiáját említi föl gróf Apponyi az idézett katalógus 281. sz. alatt, mely előfordul Reicherstorf (György) *Moldaviae quae olim Daciae pars Monographiae Georgio a Reicherstorf, Transylvano etc. Auctore cz. művében*, mely Bécsben Singreniusnál jelent meg M.D.XLI. Ennyit kívántam bevezetésül elmondani dr. Récesey Viktor tanár úr értekezéséhez.

SILESIIUS LOGVS ÉLETRAJZA.

G. *Logan* György Boroszlóban született a XV. század vége felé. Családjáról azt írják: „Georg Logus alias Logan nobilitate generis, gestis honoribus doctrinaeque praestantia admodum clarus ex antiqua baronum familia ortus“.¹ Egyetemi tanulmányait Bécsben végezte, hol mint egyetemi hallgatót a XVI. század huszas éveiben találjuk. Vajjon a költői borostyánt Miksa császártól kapta-e vagy később Itáliában való tartózkodásakor Comes Palatinustól, kinek joga volt költőket koszorúzni, nem lehet megállapítani. Annyi tény, hogy 1516-ban már mint „poëta laureatus“ szerepel a bécsi egyetem katalógusában² és *Paulus Jovius* „sodalem meum cum laurea signiferum“-nak mondja.³ Jogi tanulmányait valószínűleg valamely olasz egyetemen végezte. Későbbi éveiben, mikor már Ferdinánd római király titkos tanácsosa is vala, a kánoni jog doktorának is czimezik.⁴ Logus önnönmagát különben sohasem írja sem magisternek, sem doktornak, sőt a poëta laureatus czimét is nagy ritkán használja.

Jelesünk ismételve megfordult Olaszországban. Hosszabb ideig tartózkodott Bolognában, Rómában és Velenczében. *Ursinus Velius*-nak 1526-ban Bolognából küld egy Horatiuskiadást.⁵ Rómában és Velenczében 1534. görög bukolikák kéziratait hasonlította egybe.⁶ Itáliából való visszatértéről 1534-ben ő maga írja: „Ego Viennae non ita pridem ex

¹ Sinapius és Henel, valamint Script. Univ. Wienn. III. 32.

² Eder, Catal. Rect. 62.

³ Paulus Jovius „Elog. doct. viror.“ 223.

⁴ Script. Univ. Wienn. id. h.

⁵ Denis „Wiens Buchdruckergesch. W. 1782. 287. 1.

⁶ Denis id. mű 634. 1.

Italia reversus in Aula regia versarer“ etc.¹ Elegiáinak és epigrammáinak alább tárgyalandó 1529. kiadásához VII. Kelemen pápának *II. Lajos magyar királyhoz* Rómából 1525. nov. 25. írott levelében ezt olvassuk: „Is (Logus) nobis narravit, se triennium jam in Italiae gymnasiis literis operam dedisse, adjietum liberalitate et munificentia Ser. Tuae qui ei annum subsidium ducentorum aureorum constituisses“.²

Lám a magyar király *Silesius Logus* tanulmányaira évi kétszáz arany stipendiumot adott.

Élte vége felé Logus szülőhelyén Breslauban tartózkodott, mint a sz. János székesegyházról nevezett kanonok és egyszersmind sz. Keresztegyház prépostja vala. Meghalt 1553-ban ugyanott.³ Jöcher szerint Logus Schlaupitzban halt meg 1553 április 11-én 68 éves korában.⁴

Kortársai magasztalják az alapos görög és latin nyelvismereteit: „Linguae graecae latinaeque adeo peritus, ut Pelasgi illum suum, Romani illum suum dicerent.“⁵ *Paulus Jovius*, mint a görög klasszikusok kiváló értelmezőjét dicsőíti.⁶ Kiemelik költői talentumát, különösen mint elegia- és epigramma-költőt. VII. Kelemen pápa mondja róla: „Cognovimus, summum in eo esse ingenium, summum graecarum et latinarum literarum studium, in quibus adeo nobis profecisse visus est, ut carminibus praesertim pangendis, paucos cuiuslibet aetatis et nostro et aliorum iudicio habeat pares“. Pedig ez a pápa a Mediciek tudománykedvelő családjából való volt.

Életbőleleletét és élelmességét felismerte Ferdinánd római király, a ki sok fontos államügyben kikérte tanácsát és fiának, a trónörökös *Miksa*-nak nevelését is ő reá bízta.⁷

¹ Denis id. mű 63. l.

² Logus „Elegiae et Epigramm“. Ezt a részletet Hegedüs István is közli „Analecta nova“ Bpest 1903. 212. l.

³ *Scriptores Univ. Vienn.* III. 32. Logus apjának, ki szintén György volt, a breslaui székesegyházban síremléket állíttatott.

⁴ Jöcher „Allg. Gelehrten-Lexicon“ 1750. Leipzig. Logau alatt.

⁵ *Sinapius Schlesisch Curiositäten.* 608.

⁶ *Paulus Jovius* „Elog. doct. viror.“ 223. l.

⁷ Henel és *Scriptores Univ. Vienn.* id. h.

A mi *Silesius Logus*-nak tudományos és irodalmi működését illeti, két irányban kell azokat méltatnunk. Fell kell említenünk az ókori és olasz költők kiadványait első sorban; azután ki kell emelnünk saját költői termékeit.

Logus már ifjú korában sokat foglalkozott az ókori költők és az olasz humanisták műveivel, melyek a pásztoréletet és vadász-élvezetet írják le. Ezen irányban mozognak írói működésének zsongéi. Kiadta 1514-ben Bécsben Calpurnius és Nemesianus költeményeit ily czim alatt: „T. Calpurnii Siculi et Aurelii Nemesiani poetarum Aeglogae. Viennae. 1514”.¹ Ennél Logus neve, mint kiadóé, ugyan nincs felemlítve, de a későbbi velencezi kiadásnál, mely 1534-ben Aldus Manutiusnál jelent meg, Logus már mint szerző szerepel. Ez utóbbi kiadáshoz hozzá járultak még: Gratii Cyngeticum. Ovidii Halieuticon és Cardinalis Hadriani de venatione.²

Jöcher így adja e címeket: „Gratii poetae de venatione lib. I.”; „Ovidii Nasonis halievticon librum ocephalum”; „M. Aurelii Olympii Nemesani cyngeticum”; ejusdem carmen bucolicum; „T. Calphurnii Siculi bucolica”; „Adriani Cardinalis venationem”; welche er zu Rom erhalten. drucken lassen.³

Második kiadványa Lucius Petreius *Zanchi* költeményei, kivel legbensőbb barátságot kötött Bolognában való hosszas tartózkodása alatt. Ezen művének czime: „*Lucii Petrei Zanchi Bergomatis poemata varia*”. Ed. G. Logus (Sine loco et anno). Mindenesetre 1526 után nyomtatott, tán Velenczében 1534 után.⁴

Más iránybeli gyűjteményt 1516-ban adott ki Bécsben. Az eredeti 1510-ben jelent meg Velenczében ily czim alatt: „*Poetae Christiani*”. Tartalma „Carmina de S. Cruce”, továbbá Petrarca, Aeneas Sylvius, Beroaldus Fülöp stb. költeményei. Logus ezen újabb bécsi kiadásában néhány költemény van

¹ Denis id. műve 101. l.

² Denis id. műve 634. l. és *Scriptores Univers.* Vienn. III. 32.

³ Jöcher id. m.

⁴ Denis id. m. 634.

a legrégebbi keresztény íróktól, valamint néhány apokryph „Epistola“; így Pilati de Jesu Christo ad Claudium, Lentuli de Christo ad Senatum Romanum“ etc.¹

Logus egy-két költeménye „Delitiae Poëtarum Germanorum“ (collect A. F. G. G. Antwerpiano filio Guil. Gruteri, Francof. 1616) című gyűjteményben is megjelent.

A mi most már *Silesius Logus*-nak önálló költői termékeit illeti, azok mint alkalmi versek, Epigrammák, Elegiák és költői levelek az egykorú humanisták műveiben elszórtan jelentek meg.

Vadianus Joachim 1518-ban Bécsben kiadta *Jorianus Pontanus* „Meteororum liber“ című művét, melyben *Silesius Logus* a szerzőhöz dicsérő elegiát ír. Ugyanott egy másik költeménye *Pomponius Mela* kiadóhoz van intézve.²

Ursinus Velius-nak „Naenia Dominae Mariae Reginae Pannoniorum de obitu Dominae Elisabethae Reg. Danorum Sororis“ (Viennae 1526): „Oratio habita die Coronationis Ferdinandi Ungariae, Bohemiae Regis“. (Viennae 1527.) és „Monosticha Regum et Virorum Illustrium“ (Viennae 1528.) című műveinek megjelenésekor *Silesius Logus* üdvözlő verseket írt hozzá.³

*Faber János*nak „Sermones contra Anabaptistas“ (Viennae 1528.) című könyvében szintén találkozunk *Silesius Logus* tollával.⁴

Lang János (*Silesius*) „Elegia pro Christianis contra Turcas“ (Viennae 1529.) című művéhez is csatolt *Logus* költeményt.⁵

Ezen költemények gyűjteményes kiadásához sem más, sem ő maga nem látott hozzá.

Úgyszólván csak alapját vetette meg *Silesius Logus* ily gyűjteményes kiadásnak, mikor Bécsben 1529-ben megjelent következő önálló műve:

⁵ Denis id. m. 155. l.

¹ Denis id. m. 167. és 186. l.

² Denis, 257., 270., 349. l.

³ Denis, 267. l.

⁴ Denis 389. l.

„*G. Logi Silesii ad Inclytum Ferdinandum, Pannoniae et Bohemiae Regem invictissimum Hendecasyllabi, Elegiae et Epigrammata.*”

Erről Denis azt mondja, hogy egyetlen példánya ismeretes, a prágai hitbizományi könyvtárban.¹

Mivel Pannónhalmán a könyvtárban is reáakadtam és bennünket magyarokat közelebről érdekel, alább bővebben szólok róla.

Hogy *Logan*, illetőleg *Logus* irodalmi működésével itt végezzünk, megemlítendő még, hogy egyik rokonának, *Loxan* György feleségének. Katalinnak magasztalására írt 24 költeménye is külön megjelent ily czim alatt: „*In laudem Catharinae Aquilae Augustanae Philippi filiae Georgii Loxani Silesii Conjugis. Viennae. 1534.*”²

Újabban *Aschbach* József a bécsi egyetem humanistáiról szóló művében írt róla.³

Logus bennünket magyarokat érdeklő önálló művének tartalma a következő:

Czimplapjának legnagyobb részét Ferdinánd császár rézmetszetű czimere foglalja el, fölötte a könyvnek főnebb közölt czime. A túlsó oldalon Ursinus Velius két distichonban ajánlja barátjának ezen költői termékeit. Ezután jön Logusnak Ferdinándhoz, Magyarország királyához intézett ajánló levele.

Az ezután következő költemények közül 35 darab magyar vonatkozású és következő magyar egyéniségek emlékének vagy dicsőítésének vannak szentelve: II. Lajos király, Ferdinánd király (több), Zápolya János fejedelem, Thurzó Szaniszló olmücsi püspök (több), Nádasdi Tamás nádor (2), Broderics István váci püspök, Zalaháza Tamás egri püspök, Thurzó Jánosnak, Thurzó Eleknek, Várday Pál esztergomi érseknek, Gerendi Miklós fehérvári püspöknek (XVI. századbéli tudós), Thurzó János boroszlói püspöknek.

¹ Denis id. m. 286. l.

² Denis id. m. 636. l.

³ Aschbach J. „Die Wiener Universität und ihre Humanisten”. Wien. 1877. 330—334. l.

Thurzó Györgynek, Bornemisszának és másoknak tiszteletére.

A humanisták, kikhez többi költeményeit intézi Logus, a következők: Rosinus Joann., Vilhartius Venczel, Ursinus Velius és Gaspar.¹ Decius Justus Ludovicus, Coritius Joannes, Sauromannus Julius és Georgius, Jovius Paulus, Wolfhardus Hadrianus,² Obermarius Fülöp, Sadoletus Jacobus, Bembi Petrus, Mellinus Petrus, Gamy Victor.³ Vilhartius Hadrianus, Ecchius Valentinus.⁴ Verner Georgius.⁵ Mela Antonius, Brassicanus Janus Lucius⁶ és *Faber Joannes*.

Közben-közben egy erotikus játszi vers szakítja félbe ezeket a hízelt költői alkotásokat.

Vannak görög versikék is a gyűjteményben.

Végül olvasunk ilyen ezimet is: „*Epigrammaticum et Versuum, qui in Aeschiniis et Demosthenis contrariis inter se orationibus citantur translatio*“.

A költemények után van VII. Kelemen pápa levele Lajos királyunkhoz, melyet fönnebb idéztünk is.

Logushoz intéz egy levelet Lazarus Bonamicius Bassianus humanista. Paulus Jovius Thurzó Szaniszló olmtúzi püspökhöz, ugyanaz Brodarič püspökhöz. Sauromannus szintén Brodaričhoz, mind azon czélból írnak leveleket, hogy Logusnak Rómába juthatását elősegítsék.

Könyvünk utolsó, 74. számozatlan lapját a Logau-család fametszetes czimere foglalja el Silesius Logusnak distichonjával.

Példányunk tulajdonosa Paintner Mihály az utolsó levél hátlapjára odairta Logusnak azt az „*Epitaphiumát*“ is, melyet Thurzó Szaniszló püspöknek a boroszlói székesegyházban levő siremlékén lehet olvasni; keltezése 1537.

¹ Hegedüs István, *Analecta etc.* 461—473. és Aschbach id. m. 89., 290., 382—390. l.

² Hegedüs István id. m. 483—493., 498—499. és Aschbach id. m.

³ Aschbach id. m. 105., 117., 292. l.

⁴ Hegedüs István 189. l.

⁵ Aschbach id. m. 63. l.

⁶ Denis „W. Buchdr.“ 287. l.

Logus saját maga sirjára is irt emlékverset, melyet Sinapiusnál lehet olvasni.¹

1544-ben Krakóban Vietoris Jeromosnál jelent meg a „Pannoniae Luctus“ czimű gyűjtemény,² a melyben több humanista magyar vonatkozású költeménye között Logusnak következő versei vannak átvéve:

1. Lodovico Regi Pannoniae,
2. Joanni Bornemiszszae, Regis Lodovici nutricio,
3. Eidem idem,
4. Joanni Thursoni Patri,
5. Eidem Georg Logus,
6. Joanni Thursoni Episcopo Vratislaviensi Georgius Logus.
7. Eidem G. Logus.

Ezeket kivül a „Pannoniae Luctus három olyan költeményt közöl Logustól, melyek fönnebbi könyvünkben nincsenek meg. 1. Thomae Zalaháza Episcopo Agriensi ac Veszprimiensi et Regni Hungariae Cancellario. 2. Eidem Georg Logus és 3. Stanislao Thursoni Episcopo Olomucensi. Hasonlókat könyvünkben is találunk Logustól, de épen ezeket nem.

Ezt a „Pannoniae Luctus“ czimű gyűjteményt Veszprémi István 1798-ban adta ki újra Bécsben és 1799-ben ismét Pozsonyban. Ezen kiadásokhoz irt magyar előszavában ezt írja Veszprémi:

„Georgus Logus és Johannes Lang nevezetű főtanult emberek és Poéták, kik közzül az Első Liber Báró, Decretalium Doctor, Comes Palatinus, I. Ferdinandnak Titkos Tanátsosa volt, a ki koronáztatásakor Székes Fejér-váratt 1527-ben jeles Versekkel idvezlett, a mellyek több sokféle Verseivel együtt Bétsben 1599-ben (?)³ kijöttenek; a Másik Bétsi és Krakai tanulása után, Budai Oskola Mesier, idővel

¹ Slesische Curiositäten.

² „Pannoniae Luctus“ Quo principum aliquot Et Insignium Viro- rum Mortes Aliique Funesti Casus Deplorantur. 8 r. Hieronymus Vietor Cracoviae excudebat. MDXLIII. Szabó-Hellebrant III. 356.

³ Ezt az évszámot tévesen közli így Jöcher is 1529 helyett, a ki Veszprémivel együtt aligha látta ritka könyvünket.

I. Ferdinandnak Udvari Belső Tanácsosa volt, a kitől Justinius Martyr és Nicephorus Callistus némely Könyveinek Görögből Deákra lett által fordításáért 500 Aranyokat nyert, egész könyvek lettek csak irott Verseiből.“

„Ezek a négy jeles tanult emberek Eeckius, Werner, Logus és Lang, többnyire a Királynak jó-téteményesi és egymással társalkodó nagy lelki barátok voltak együtt: ezen négyőjöknek is olvastatnak e Munkátskában legtöbb gyászos Verseik: nyilván ezekre czélozni láttatik Vietor, az összedett Verseket kinyomtatott Typographus, midőn azt írja, az Előljáró Beszédében, hogy az ő barátitól küldődtek az ő kezéhez ezek az Epitaphiumok és elogiumok, a kikkel ő különösen esmerettséget szerzett volt mind Bétsben laktában, mind pedig a Krakai Typographusságában.“¹

Érdekes, hogy kik irtak a „*Pannoniae Luctus*“ czimű gyűjteménybe.

Lazarus Bonamicus Thomae Zalaháza Ep. Agr. ac Veszpr. et Regni Hungariae Cancellario ajánlja költeményét; Brassicanus Ludovicus² Clarae ab Wylak, Francisci episcopi matri; Joachimus Camerarius³ Lodovico Regi Hungariae: Cassoviensis Joannes Antonio Patri, Valentinus Eeckius⁴ Paulo Bakyth, Barbarae Francisci a Réva Propalatini Regni Hungariae conjugii, Clarae de Wylak, Francisco Comiti a Frangepanibus, Archiepiscopo Colocensi. Nicolao Ostrosith, Nicolao Thurocio, Alexio Thursoni ejusque Familiae, Valentino Zepsio Praeposito Eursiensi, Arci Wissegrad; Joannes Langus Lodovico Regi Pannoniae, Regi Joanni (Zápolyae), Familiae Bathorae, Sophiae Stephani Bathori Conjugii, Stephano Broderico Ep. Vac., Petro Berislo Ep. Veszpr. proregi Croatiae; Alexio, Joanni, Stanislaó Thursoni, Georgio Warkocz Praesidiorum Albae Praefecto, Valentino Zepsio, Thomae Zalaháza. De Clade Mohaciensi. Albae-Regiae, Budae, Istrograno (Esztergomnak) Quinque-

¹ Veszprémi 1798-iki kiadásában XVII. és XVIII. l.

² Veszprémi id. mű XIV. l.

³ Veszprémi id. mű XIV. l.

⁴ Veszprémi id. mű XVIII. l.

Ecclesiis. Josepho Tectandro Medico. Hieronymo Lasco; Casparus *Ursinus Velius*¹ Clarae ab Wylak (több); Georgius *Vernerus*² Lodovico Regi Pannoniae. Mariae Reginae Lodovici Regis Conjugi. Barbarae Fra Rewa Propalatini Regni Hungariae Conjugi, Ladislao a Macedonia Ep. Varadiensi. Valentino Zepsio Praep. Eursiensi. Thomae Zalaháza (görög nyelven). Stephano Bathori Palatini Regni Hungariae. Petro Berislo virtutis ergo. Nicolao Gerendio Ep. Transilvano (!) Thesaurario, Joan. Gosthoni Ep. Transylvano, de Campis Mohaciensibus. Josepho Tectandro Medico; Anshelmus *Ephorinus*³ Hieron. Lasco; Clemens *Janicius*⁴ Hieronymo Lasco; Stanislaus *Glandinus*⁵ Hier. Lasco; Jacobus *Piso* (Borsos)⁶ Transylvanus regis Ludovici praeceptor sibi josi; Joan. *Rosinus*,⁷ Clarae ab Wylak.“

Az ajánlás *Victoris Jeromos* Reverenda (!) virtute et dignitate viro D. *Alberto a Pereg* Quinque-Ecclesiarum Praeposito Inelyti Romanorum Regis etc. in Hungaria consiliariohoz intézi.

A könyv végén X. Leo pápa levele „Petro *Berislo* Ep. Wesprímiensi“; Caesar Carolus Petro *Berislo*; Caesar Carolus Pontifici Leoni X.

Ilyen társaságban élt és működött Logau György alias *Silesius Logus*.

Jöcher szerint⁹ irónk igen rátartós volt magas származására. Családját Achillestől származtatta, miért is *Moibanus Ambrosius* egy lakománál következőkép élczelődött fölötte: „Est sane. ut dicis Logorum familia vetusta. nam et Terentii Logi noti sunt“.

¹ Weszprémi id. mű XIV. i.

² Weszprémi id. mű XIV. többet ír humanistáinkról.

³ Weszprémi többet ír róla id. mű XIX. i.

⁴ L. többet róla Weszprémi id. mű XIX. i.

⁵ L. többet Weszprémi id. mű XX. i.

⁶ L. Weszprémi id. mű XVII. i.

⁷ L. többet Weszprémi XX. i.

⁸ L. többet Weszprémi XXIII. i.

⁹ *Jöcher* „Allgemeine Gelehrten-Lexicon“ 1750—1822. Leipzig. Logau alatt. II. Theil, column. 2502.

Logus életére vonatkozólag elszórtan találni adatokat *Laziusnál* „Chron. Urbis Viennensis”, továbbá „Scriptores Universit. Viennensis” című munkában, *Denis* „Wien's Buchdruckergeschichte” 1782. *Jöcher* „Allgemein. Gelehrten Lexicon” (1750—1822) és *Zedler* műveiben, kik *Sinapius* „Schlesische Curiositäten” (608. l.), *Henel* „Silesia Renov.” (VII. 516.) és *Sommersberg* „Scriptores Rer. Siles.” (I. 223.) után indultak.

Újabban *Aschbach* József a bécsi egyetem humanistáiról szóló művében irt róla és több hazánkban is ismert humanistáról.

Silesius Logus magyar vonatkozású költeményei.

In Gratiam Stanislai
Tvrsonis Episcopi
Olomuncensis in prin-
cipio Januarij.

Anni Jane bifrons sator fugacis,
Quo clauso trepidi silent tumultus,
Silent classica rauca, non Enyo,
Insanusque furor bonam quietem
Turbant, impia bella sed te aperto
Incumbunt uiolentius per orbem.
Iam tandem cohibe impios furores,
Et clausus maneat diu & cupitam
Pacem affer populis, quibus sacratas
Christi religio dat alma leges.

His ciuilia uallibus silentium
Proscribas age prelia, & tumultus
Componas nimiū heu graues, furorq:
Super saeua sedens scelestus arma,
Vinctus mille sed undique ipse nodis
Ahenis, furiat tremendum, & ore
Insultans fremet horridus cruento.

Hunc cum se fuerit ligatus ipso
Factus saeuior horridum, & minantem,
Duris undique uinculis solutum,
In feros age, concitesque Turcas.

Thomae Nadasdeno.

Quod sancto cineri senis uerendi,
 Nadasdene, & habes pios honores,
 Atq. ornas tumulum tui propinqui,
 Et forsán meritis pij parentis,
 Dum curas memori diu in sepulchro,
 Et uatam ingenio sacro, & perenni,
 Et fama, & decus, inclytumque nomen,
 Aeternum ut uigeant senis beati,
 Rem dignam facis, inclytoque honore
 Nadasdene tuo, & tui propinqui,
 Quamq. omnis sciet, & probabit aetas,
 Quamuis munere fungeris inani,
 Nec fructus meritum hoc sequatur ullus.
 Extinctum qui amat ille uere amauit.

Stephano Broderico.

Logi delitiae tui Thalia,
 Et solaciolum, unica & uoluptas,
 Tantum mi teneris amata ab annis,
 Quantum nemo oculos suos amaui,
 Vel si quid magis est amandum ocellis,
 Vir est unicus ex meis amicis,
 Nobilis, sapiens, & eruditus,
 Syncerus, bonus, integer, benignus,
 Qui te depetit usque fido amore,
 Et quem tu redamas fideli amore.
 Sed quid nam tenerum Thalia rides.
 Florentis iuga sic amoena Pindi
 Gaudenti benevolentibus coronis
 Flores sufficiant tibi perennes,
 Modo quem tenui uocas susurro
 Ille est optimus ille Brodericus.
 Hinc tu per Genium suum, meumq.
 Roga per Jouium, & suum, meumq.
 Vt praestet mihi cum suis amicis
 Iisdem, & praecipuis meis amicis,
 Doctis, nobilibusque, maximisq.

Zolcano patre. & optimo Barone,
 Laxanoq meo probo, & sagaci,
 Affiniq. meo, intimoq. amico,
 Vt me restituant tibi, mihi te.

Hoc tandem efficiet, suiq. amici,
 In uotis modo si meis quod unum est
 Curarint subito, simul beatae
 Romae, ut restituat suae, meaeq.

Romae quo melius, beatiusque
 Nil Phoebusq. sororq. dia coelo
 Illustrant radijs suis ab alto.

Sed quae digna satis Thalia quaeso
 Nos pro munere dic uenusta tanto
 Auro & praemia comparanda nullo
 Reddemus? placet, & decebit illum,
 Gratiq., & memores uterque cultis
 Vsque ad sydera uersibus feremus.

In Ioannem Zapolien-
 sem Regnum Pan-
 noniae peruim & sce-
 lus affectantem.

Quis hoc queat uidere, qs pati scelus?
 Nisi & scelestus, omniumq. pessimus,
 Quot altus ore sol tuetur aureo.
 Latrone habere regna Paeonum inclyta
 Et inuolasse scepra Regis optumi.
 An ille Ferdinandus hoc feret scelus?
 Non esset ille Caesaris sacri genus,
 Non esset ille fortis alter Hercules,
 Domare monstra qui soleret impia.
 Eo ne nomine, o nefande proditor,
 In illa amoena Saxonum colonia,
 Jugum subacta quae nimis tulit graue,
 Fuisti, ut inde nempe pretor impotens
 Per has auarus ut parauetas opes,
 Malas per artes, & malis uaffer dolis,
 Modis nefandis improbe ambires tuum

Corona regia impium ut tegat caput?
 Et hocce iustus an deus ferat nefas?
 Et hocce totus orbis an ferat scelus?
 Non esset hic, & ille iustus, & bonus. -
 Quid est? an haec nefanda latronū domus
 Origo cuius atque nobile est genus,
 Auis paterque ab ultimo usque sanguine
 Et hic, & ille, & iste cerdo sordidus,
 Parū an patrauit & domi, & fortis mali?
 Paterna furta nota scimus omnibus,
 Et hoc scietur usque, & usque, & undique,
 Vt ille praedo regias uehens opes
 Rapinam agebat, hanc scit Ister auri fer,
 Suo fuisse qui latronem in aequore,
 Fugam dedisse perque liquidas vias
 Fatetur, altis ingemens doloribus.
 Et hocce Ferdinandus an feret scelus?
 Sed extat ille Caesaris genus sacri,
 Sed est, eritque fortis alter Hercules,
 Domare monstra quippe nouit horrida.
 Quid hūc fouetis improbi, aut quod hic potest,
 Quid iste cerdo, semiuir quid impotens,
 Nisi ante cunctis ire proditoribus,
 Quos altus ore sol tuetur aureo?
 Hac arte quippe regna, regis & caput,
 Paterque, & ipse perdidistis impie.

Ad Tvrsionem.

Tvrsio, Verrius ille quē colebam,
 Ille Verrius, omnibus patronis,
 Quem tibi quoq. praeferebam ineptus,
 Ridet carmina nostra auarus, & me
 Scribae postposuit, Priapus ille.

Ad Stanislavm Tvrsionem
 Episcopum Olomucensem.

Non ego celarim diuae, quam iuuerit ingēs
 Ne Turso, quanti sit mihi causa boni.

Vt ne praeteriens annis fugientibus aetas
 Ista hominum memori deleat ex animo.
 E trabe descendēs, & Palladis aemula Arachne
 Illius in celebri nomine texet opus.
 Neu simus nimium ingratorū more superbi,
 Immemores tanti neu simul offitij.
 Haec uobis referam Musae, uos dicite cunctis,
 Et passim haec porro spargite in ora hominū.
 Nam me fortuna oppressum, casuque maligno,
 Ipse ope Turso suo restituit miserum.
 Ac uelut e fluctu ereptum super impendentis
 Naufragij in portum restituit placidum.
 Desertū a patre, & consanguinitate propinquis,
 Et quorum nostro fama uirescit anus
 Ingenio, aeternum uolitatq. per ora uirorum,
 Quam nō delerint saecula cuncta quidem.
 Illos non homines humano semine creti
 Nutrierunt certe, at bellua dira magis,
 Indomita aut Tygris, fuluo uel crine Leaeae
 In duris Lybiae montibus hos aluit,
 Insonantis casum qui non miserantur amici,
 Surda & praeterunt supplicis aure preces.
 Cū tā iactarer, quantum depensus in alto
 Naufragus undisonis fluctibus obruitur.
 Et iam iāq. magis undarum in molibus altis
 Voluitur implicitus gurgitibus rapidis.
 Quid faciat miser, ah miser, et male perditus ille?
 Quanti huic ex tristi corde fluunt gemitus?
 Nunc ope Neptunni, nūc Nereidum implorata,
 Castoris atque etiam lumine conspicuo.
 Et quicumq. deū salsae imperium Amphitrites
 Rire tenent, non hic immemor & Boreae.
 Ast illum orentem piscosi numina ponti
 Praesenti eripiunt perditum ab interitu.
 Sic me etiā rapidis immersum Turso procellis
 Praesenti eripuit maximus auxilio.
 Hinc uolo perpetuo Tursoni deditus esse,
 Dūq. anima, & fuerit uiuere dulce mihi.

Ad Thomam a Zalahaza
Episcopum Agriensem Epistola.

Quantū ego sim uestrae gētis studiosus, ubiq.
 Ex animo faueam & quantū ego Pannonijs,
 Pannonios facio testes, teq. optime Praesul,
 Vnus enim ex uobis nunc ego, & ante fui,
 Communes dominos, uictriciaq. arma secutus,
 Militiae & uestrae pars quotacunq. feror.
 Quin etiā Italia in magna florente iuuenta
 Cum colerem doctas nō sine laude deas,
 Felsina qua uberimus late patet inclyta campis,
 Et Rheni exigui flumina parua bibit,
 Ex gremio cuius, uelut ex Heliconis amoeni
 Fonte sacro, aeternū pectora docta fluunt,
 Pannonijs nemo uixit coniunctior illic
 Externus, sanctae foedere amicitiae.
 Nadasdene mihi testis charissime certus
 Esse potes, Vardai, Calnai docte mihi.
 Innumeriqu. alij, sic est, chorus annuit omnis,
 Agnoscuntq. omnes me omnia uera loqui.
 Vos facio testes Musae, quarū inclyta late
 Fama uolat magnae munere Pannoniae.
 Dicite Pannonij uobis cur negligor unus?
 Virtuti potior nusquam habeatur honos,
 Cunq. bonis, q uestra habeat Pannonia forsan
 Aspera & hic etiā, & me mea fata premunt.
 Quis uos mutauit subito deus, an quia longe, ut
 Ex oculis, uestro labor & ex animo?
 Emersere alij, quibus aucta potenter adest res,
 Et faueo meritis, gratulor usque bonis,
 Si quos alma leuat uirtus radiantibus alis,
 Non equidem inuideo, miror at ipse magis
 Quosdā etiā, ah quales? famae & uirtutis egētes,
 Haeret in immundo dū Logus usq. luto.
 Sed tu iam tandē uatem miseratus amicum,
 O princeps patriae fama superba tuae,
 Qualēcumq. licet uatem, clarissime uates,
 Largius Aonij quem bibere amnis aquam

Et Phoebus pater, atq. noñe pia numina Musae
 Rite sinunt, placido lumine me aspicias.
 Promittunt proceres uestri large, & mihi spōdēt
 Omnia, quod nondum sentio, sed memini.
 At tu, magne, precor praesta, & mox effice, ut illi
 Non tantū hoc dicant. sed magis ut faciant.

Ad Joannem Tursonem.

De ratione nominis Tursonum.

Dum late uirides hortos, herbasq. salubres,
 Et laetos flores dum Columella canit.
 Candida uibrato discrimine candida Turso est,
 Lactucae enumerat dum genera, istud ait.
 Scilicet hinc uestrae est nomen Turso inclyte gēti,
 Eois notum nomen, & Hesperijs.
 Siue aliunde fluit, quamuis mihi credere nō est,
 Hoc liceat per te credere Turso mihi.
 Hinc niueus uestri candor stat pectoris, omni
 Tempore, sic floret candida uestra fides.
 Et se uibrato late discrimine pandit,
 Praecipue miseris sed tamen illa uitet.
 Et quos alma leuat uirtus radiantibus alis,
 Quiq. grauē gemino Pallada honore colūt.
 Turso uiret, Phoebi terras siue aestus hiulcat,
 Seu niue sub gelida cum sata laeta iacent.
 Seu pater autumnus diuini ruris honores
 Explicat, aut tenera uer sua dona manu.
 Et uiget, & toto non unquam deficit anno,
 Atque suas nullo tempore perdit opes.
 Decerpas lato foliorum ex ordine si qua,
 Tempore substituit iugiter illa breui.
 Immites dextrae, quae sic abrumpitis illam,
 Ne se succrescens illa nouare queat.
 Carpe tamen leuius neue illa a stirpe reuellas,
 Vt se mox possit larga referre tibi
 At tibi perpetuo, Tursonum clara propago,
 Quas large miseris & dare saepe soles,

Diuitiae a superis geminato foenore crescant,
 Atque alia ex alijs commoda nata fluant.
 Et uenae ubertim currant auri atq. metalli,
 Vosq. indefesso flumine & usque beent
 Tāq. diu uestrū decus, & domus alma uirescat,
 Quam longaeua diu Turso uirere solet.

Stanislao Tvrsoni Episco-
 po Olomucensi.

Incertis terrae & pelagi modo fluctibus actus
 Confugio in portum, Turso benigne, tuum.
 Hic mihi certa quies, hic fulget sydus amicum
 Semper, & est uelis mollior aura meis.
 Quos ego nō homines quae non miser ante rogauī
 Numina? at in nostras utraque surda preces.
 Tandem culta mihi teneris pia numina ab annis
 Alloquor, aeternū quaeque colenda mihi.
 Phoebe pater, Phoebiq. nouem, mea cura, sorores,
 Vos etenim nostis quid ferat hora sequens,
 Dicite, sic uobis grati iuga amoena Heliconis
 Vsq. ferant canis lilia cum uiolis.
 Et uarios fundant in serta uirentia flores,
 Sic uos perpetui ueris honore beent.
 Quis magnae Italiae reducem me sistet in oris,
 Quis mihi me reddet, quis studia illa mea?
 Delitiae diuū atq. hominum pulcherrima Roma,
 Virtutum, atq. bonorū omniū amoena domus.
 Quando optata mihi tandem lux illa orietur
 Excipiet blando cū me iterum illa sinu?
 Occurrentq. mihi doctissima turba sodales,
 Quorum absens uiuo nocte, dieque memor?
 Sauromani ante alios, quo uix mihi charior ullus,
 Aut melior toto uiuere in orbe potest?
 Sauromani eloquio tam clari, ut credere possis
 Non alio diuos ore solere loqui.
 Sic ego, cum Phoebi iussu doctissima fandi
 Calliope sacro suscipit ore dea.

Heu frustra tantis iuuenis iactate procellis.
 Aspera quod nimium fata fuere tua.
 Ille pius nostri cultor diuumq. sacerdos,
 Praesidium uitae Turso, decusque tuae,
 Jampride unus opem, atq. ultro tibi. crede. tulisset.
 Te releuans solita pro bonitate sua,
 Fata obstant nimium, & terris nunc tēpus iniquū,
 Atq. sua, atq. suorū, aspera damna nimis,
 Bellum opstat, lachrymosum, & detestabile bellum
 Omnibus, & uirtutum horrida perniciēs.
 Sed tandem afflictis iuuenem succurrere rebus
 Ipse deum supera iussit ab arce pater.
 Heroum de stirpe, & auito a sanguine regum,
 Caesaris hic magni est sanguis, & ante nepos
 Hoc duce & antiquae flore bunt laudis honoris.
 Aureaque in terris saecula rursus erunt.
 Tursonis monitis multum, & prece motus amica,
 Consulet hic studijs prospicietq. tuis.
 Sic ait, & roseis sese dea sustulit alis,
 Tunc & aues faustae signa dedere bona.
 Spes est certa mihi, non nouit fallere Turso,
 Credere nec fas est fallere posse deam.

Ad Stanislaum Tvrso-
nem Episcopum Olo-
mveensem.

Tvrso pater castae exemplum pietatis. & almae
 Virtutis lumen, praecipuumq. decus.
 Cui sincera fides, bonitas, paxque aurea cordi
 Semper, & in studijs otia trita bonis.
 Religio imprimis, & priscae laudis honores,
 Et Musae, & Charites, doctaq. corda uirum.
 Aurea quem decuit, tam sanctu, in saecula quondam
 Incidere, aut uitam degere coelicolum.
 Nec sub mortali talem te lege creari,
 Quando colit terras ferrea progenies.
 Illo te decuit nascentem in tempore diuos
 Inter, & heroes uiuere semideos.

Sponte sua tellus quando omnis cuncta ferebat.
 E facili fundens cuncta inarata sinu.
 Nam tunc perpetui florebant ueris honores,
 Aurea pax, uirtus aurea, cana fides.
 Ast illi umbroso in nemore, aut ppe fluminis undā
 Qua uitreas blando murmure torquet aquas,
 Iucundos auium cantus, strepitumq. Fauoni,
 Dum teneros flores spargit in ora procax,
 Audire & soliti fragrantés inter odores
 Cespitis in molli sternere membra thoro.
 Quos inter uates, cecinit qui primus ab alto
 Ventura in terras numina, quiq. deum,
 Carmina sancta quidem, digitis cū uoce loquutus,
 Fatidico sanctus promit ab ore senex.
 Ah nimis ingrato saeculorum in tempore es ortus,
 Non haec te talem talia saecla decent.
 Nam quae te indigno fortuna inimica dolori
 Obijcit, aut quae nam tristia fata nimis?
 Talia ut inciderent, atq. in tua tempora monstra,
 Pernicies hominum, pestis & atra deum?
 Quois studiū innocuae nullu est bonitatis & aequi,
 Omnia qui in terris perditā, uersa uolunt.
 Omnia sacra, prophana malo permixta furore,
 Quois nec cura hominum, cura nec ulla dei.
 Sacra nouant, dirae genus impietatis, & audent
 Tinctum iterum in sacro tingere fonte caput.
 Damnantes decreta patrum, ritusque probandos,
 Sacraq. maiorum prodita & ore dei.
 Quin ipsum (horresco referens) detrudere coelo
 Nituntur casta cum genitrice deum.
 Numina iam terris sibi pulsa, & auerna sub alta
 Condita, & horrendi sub Phlegetontis aquas.
 Audiat haec olim, uentura haec audiat aetas,
 Et scelere huic ullam possit habere fidem?
 Herculeo inuictiq. animo fera monstra sed arcēs,
 Vsq. renascentis desecat anguis opus,
 Cudit & ignipotens Faber ignea tela, sagittas,
 Dum sacri eloquij fulmine, & igne, tonat.

Titanasque Joui aethereo fera bella mouentes
 Sternit ad ardentem usque Acherontis aquas.
 Vulcano melior Faber, hic tela omnibus unus
 Suggest, hic idem cudit, & ipse ferit.
 Vtq. Joui alta petens uolucrum regina ministrat
 Fulmen, & artificii tela parata manu.
 Taliter armipotens diuinae inclusa pharetrae
 Turso tibi mittit fulmina certa Faber.
 Queis uti pariter, Turso fortissime, ubiq.
 Inuicta asseritis sacra, deosque manu.
 Macti ambo uirtute, ambo praestante labore,
 Quos diuum atq. hominū tam pia cura tenet.
 In terris homines uobis dent praemia digna,
 In coelo superi dent bona cuncta boni.

Ad Eundem.

Avreum ecce diem reuehit iam Lucifer alnum,
 Qua uirgo aeternum casta deum peperit.
 Jam modo magne puer, mundi melioris origo,
 Praesenti nobis numine dexter ades.
 Vtq. orbem a coecae priscum caligine noctis
 Eripuisti olim lumine conspicuo,
 Sic modo seductum infandis erroribus istum
 Eripe de magna tu quoq. pernicie.
 Nam quidam agnino ueniunt in uellere, at intus
 Raptores celant ueste tegente lupos.
 Hi sacrum ecce tuū praedantur ouile, seruntq.
 Inter oves magni semina dissidij.
 Pastores tueare bonos, ouiumq. magistros,
 Qui te sincero corde, animoque colunt.
 Tursonem ante alios, quo non studiosus ullum
 Sollicitat castae religionis amor.
 Huic uitā, huic & opes praesta, uiridemq. senectā,
 Daq. illi ut felix hic sacer annus eat.
 Atq. illum uere si diligo pectore ab imo,
 Da contra ut sit amor mutuus inde mihi.
 Tu quoq. natalis tanto celeberrime partu,
 Laetior huic semper, candidiorque redi.

Joanni Tursoni.

Sollicita dum tu procul ambitione remota,
 Non ignava tamen otia laetus agis.
 Inque pijs felix studijs, sanctoque labore
 Consumis uitae stamina ducta tuae.
 Littora tuta legens cautus, portumq. tenendo,
 Cum liceat medio te dare uela mari.
 Nos Turso ingressi tumidis freta saeva procellis
 Sensimus insani numina dira maris.
 Regum sollicitis quia dum iactamur in aulis,
 Heu mihi quam studijs uita inimica bonis,
 Naufragium medijs feci miserabile in undis,
 Et longe nimium, quem peto, portus abest.
 Incidimus saeui dudum in contagia morbi,
 Et mala pertulimus asperiora fide.
 Aurea iam renouat bis ter sua lumina Phoebe,
 Foetaque fraterno lucet ab igne dea.
 Non tamen ulla meum potuit medicina dolorem
 Tollere, plus docta nam ualet arte malum.
 Et licet hoc certa uitium medicabile cura est,
 Illud longa solet extenuare mora.
 Quicquid opum fuerat, morbus, mediciq. tulerunt,
 Pharmacaq. & uictus dura alimenta mei.
 Accedit nostris duris in rebus egestas
 Dura malis, omni sumque ego parte miser.
 Non eguissem equidem proprius si degeret ille,
 Ille tuus frater Turso, paterque meus.
 Me, licet in patria degentem, haud subleuat ullus,
 Patria nam semper dura & iniqua mihi est.
 Nunc te per Geniumq. tuum, fratresq. benignos,
 Mansurumq. precor tempus in omne genus.
 Ne patiare inopem saluo te ducere uitam
 Turso Logum, ueniat sic tibi triste nihil.
 In me munificus nanque ultro saepe fuisti.
 Cum fuerant uitae prospera fata meae.
 Improba mutauit multum fortuna, rogatus
 Nunc & opem nobis Turso benigne feras.

**Ad Stanislavm Tvrso-
nem Episcopvm Olo-
mveensem.**

Tvrso meae columē, pater, & spes certa Thaliae
 Et duce quo portum nostra carmina tenet.
 Si quaeris mea cur male carmina scripta uacillent,
 Durior & solito cur mihi uersus eat.
 Obriguere gelu digiti scribentis, & ipsum
 Frigore concretum torpuit ingenium.
 Horridus ecce Aquilo syluas, locusq. sonantes
 Concutit, & multum frigida saeuit hyems.
 Hirsutis alij uelati rite ferarum
 Exuuijs, arcent frigora saeua hyemis.
 Ast ego ueste Italum tenui, quae peruia uento est,
 Quem simulo, uellem dissimulare magis.
 Carmina scribuntur subito laudanda calore.
 At mea nunc gelidum frigora pectus habet.
 Inde etenim calidus uatum est tutela Lyaeus,
 Et unum est doctis uatibus acer equus.
 Hinc si me cupies laudabile pangere carmen,
 Da quibus indutus uestibus incaleam.
 Quiq. agis, o Princeps. ne me aera aliena trucidēt,
 Da quaeso immiti frigore ne peream.
 Tunc tibi bis uitam debebo maxime Princeps,
 Bis ero seruatus quando, ope Turso Sua.

**Ad Eundem in Pannoniam
cum exercitu profectum.**

Coelum etiam auspitijs tempestatesq. serenaē
 Rex inuicte tuis, syderaue alta fauent.
 Aurea nam renouat iam ter sua lumina Phoebe.
 Ex quo Pannoniae ditia in arua uenis.
 Flammiferum interea solem, qui temperat annū,
 Auricomum uidit condere nemo caput
 Nube sub obscura, aut imbresue, niuesue cadēteis,
 Aestatem autumnus & facit ipse nouam

Scilicet ipse nouum cernens te effulgere sydus,
 Aemulaque inidit sol decora illa tibi.
 Atque tuos certat radios superare, sed illos
 Tam uincis, lunae uincit ut ille iubar.

**De Joanne Zapoliense ad
 Tockai arcem profligato.**

Quem modo perculsum regnandi dira libido
 Per scelus, atque nefas turpiter extulerat,
 Prodidit hic regem nuper, regnumq. suosq.
 Omnia nanq. malis uerterat insidijs.
 In rabiem taedis furiarum ardentibus actus,
 Concipere ut posset fortius omne nefas,
 Contēptorq. deū, atq. hominū, pietatis, et aequi,
 Deseruit nuper, prodidit ante suos.
 Cum subito e medio belli certamine raptus
 In miserum aufugit semiuir exilium.
 Tale dei est numen, tali scelera impia nutu
 Damnans, momento punijt ille breui.
 Victor ad est iusti iustus rex ecce triumphi,
 Huius honoratum laurea necte caput.

**In Joannem Za-
 poliensem.**

Perfidiae, scelerisque sui, scelerisq. suorum
 Praemia, Vaida nocens num diadema ferat?
 Coruinum ante pater regem decepit, opesque
 Auertit geminae tum male Pannoniae.
 Non satis una dies, si commemorare liberet,
 Peccarit quoties iste, quibusq. modis.
 Deseruit regem nuper, regnumq., suosq.
 Prodidit, ac certe perdidit iste latro.
 At tu haec magne oculis diuū pater aspicias aequis?
 Jam nimium languent tela trisculca tua.
 Quid precor ah demens? quid ē pater ille deorū
 Perderet in uili fortia tela anima?
 Pellibus insutum (suus has auus ante parauit,
 Qui quondam hac cerdo doctus ab arte fuit)

Vt quae dira olim damnatis caede parentum
 Infandum ob facinus addita poena fuit,
 Perniciem patriae, uenti, tumidaeq. procellae,
 Per freta, per scopulos, & maria alta ferant.
 Vestitu ut referam studiū pater optime quaeso,
 Et longam sagulis adde togam breuibus.
 Nec male conueniet diuae armipotentis alumno
 Interior Martis, pacis at exterior
 Cultus, & ipsa olim forsā dabit alma uirago,
 Vtilis ut bello sim, pariterque togae

Ad Alexium Tur-
sonem.

Me quoties fortuna graui meae turbine uersat
 Aspera quae nimis est, & mihi iniqua diu,
 Tursonum in portus, & diuersoria nota
 Rite fugam, & soleo tunc ego uela dare.
 Illi autem, qua sunt bonitate, & mente benigna,
 Naufragum, & eiectum molliter usque fouent.
 Munificaq. manu, gratis & honoribus augment,
 Meq. opus ex omni parte suum poliunt.
 Inter eos certo tu non sine numine Alexi
 Egregium nomen auxiliantis habes.
 Nempe quod auxilium praesens doctisq. bonisq.
 Ferre soles opibus, praesidioque pio,
 Hinc merito grati diuini uno ore poetae
 Laudibus extollunt teq. tuamque domum.
 Ipse ego quo possum, sed munere fungor inani,
 Nam nimis est tenui noster in ore sonus.

Stanislao Turso-
ni Episcopo Olo-
muenſi.

Agnosco soliti tua Turso, animiq. paterni
 Officia, o uitae portus, & aura meae.
 Munera non sat erant ramum fulgentis & auri
 Absenti dulcem mittere in Italiam,

Nunc quoq. ni reducē donis, & honoribus ornes,
 Atq. opus ex omni parte tuum polias.
 Quae nam digna tuis meritis ego dona repēdam?
 Sed quis habet meritis munera digna tuis?
 Vos mihi, uos saltē teneris musae inclyta ab annis
 Aeternum & studijs numina culta meis,
 Vos mecū hunc gratae cantu celebrate superbo,
 Illius ut feriat sydera summa decus.
 Hoc olim ipse adeo gemina uirtute meretur,
 Vos colit, aq. alijs uos facit ille coli.

Ad Evndem.

Vestitum breuiter, longo tamē ense recinctum
 Pars Italum. Hispanū hic, ille alium esse putat,
 Haec tamē una animo fixa est sententia cunctis,
 Militia ex aliqua me redijsse modo.
 Palladis e castris doctae reducem esse fatenti,
 Militiam hanc cultus non decet iste bene.
 Sed cū non alio possum illum munere amorem
 Exprimere, aut alio quolibet officio.
 Qualicumq. quidē hunc refero tibi carmine, Musa
 Inq. tuas laudes offitiosa mea est.
 Qualiaq. a miseris donantur munera, grate
 Offerimus icti iam modo sorte graui.
 Munera parua quidem fateor, sed mente benigna
 Haec ego quae potui, tu quoque quae poteris.

Pavlo Strigoniensi

Archiepiscopo.

Cym tua te uirtus, diuisque & rege fauente,
 Inter pontifices altius extulerit.
 Quaeq. prius docto Zalcani in uertice fulsit,
 Illa tuum exornet infula sancta caput.
 Quam bene dispensant meritis sua munera diui.
 Succedis digno quam bene Paule uiro.
 Ille erat ingenio, nulli aut uirtute secundus,
 Eloquio huic nullus, consilione prior.

Haec quoq. Paule tuae sunt alta insignia laudis,
 Tu decora illius, illaq. & illa tenes.
 Ille sacer Phoebi, & Musarū erat ille sacerdos,
 Curaq. erant uates, delitiaeq. suae.
 Quos & diuitijs, claris & honoribus auxit,
 Quos coluit sancti numinis ille loco.
 Vrsinum ante alios, Vrsini nobile carmen,
 Ingeniumq., uiro numinis instar erat.
 Te cytharae, cantusque iuuant, te carmina, nempe
 Sacra suum a Muis Musica nomen habet.
 Quam tamen hic uixit, uiuas meliore precamur
 Fortuna, Pilij tempora uiue senis.

**Ad Stanislavm Tvrso,
 nem Episcopum Olomucensem.**

In sua iam redijt uestigia mobilis annus,
 Trudit & una aliam lux fugitiua diem.
 Tempus & anteulat rapidis pernīciter alis,
 Et uix momentum est, quae data uita homini.
 Ante annū, memini, tecum quoq. Turso manebā,
 Dimidium uitae Turso, decusq. meae.
 Et modo, nescio quae, tibi me bona fata reducunt,
 Quod precor ut faustum sit mihi, sitq. tibi.
 Tunc ego musarum cultor, & Apollinis almi
 Horrida nunc saevi Martis in arma feror
 Vita prior musis, lacerne & nota Lyaeo,
 Heu quantum Scythica dissidet a pharetra.
 Sed sic fata uolunt, fortem tolerbre iubebo
 Hoc animum, forteis Marsq. Venusq. iuuat.
 Viue, uale interea longa dignissime uita
 Turso pater, & sint candida fata tua.

**Ad Nicolavm. Gerendi Epi-
 scopvm Albensem.**

Tene magis, regē an potius iustū, atq. bonignū
 Laudibus in coelum docte Gerendi feram?
 Virtute eximia meruisti dignus honorem,
 Doctrina, ingenio, dexterita, fide.

Virtuti eximiae tribuit rex iustas honorem.

Datque tuū ut cingat infula sancta caput.

Et laude est rex dignis, & ipse, & quisq. honores

Largitur dignis, quiq. meretur eos.

Martino Kechetino

Episcopi Agriensis

Nepoti.

Perfectum fore dixit opus, omnique rotundum

Parte, Auiti quondam non reus ille reus,

Ex animo cum quis coepisset uelle, bonaeq.

Virtutis cupidum quem retineret amor.

At tu cum longas studijs, pulchroq. labori

Des simul & noctes, & Kechetine dies.

Aoniumq. ingressus iter per amoena uireta

Aonidum ardentem tam bene flectis equos.

Cumq. tibi princepsq. chori, duxq. ipse sororum

Tam faueat Phoebus, tam faueantq. deae.

Quae tibi Vernerum in dulci & uernante iuuenta

Certum ad sacra sua constituere ducem.

Vernerum ingenio, & tā cultis moribus, illum ut

Et Phoebum & Charites olim aluisse putem.

Cui non optima de te spes concepta maneret?

Quis non perfectum te fore cernat opus?

Quis non illustrare genus patriamq. putabit

Te Kechetine tuam, te Kechetine tuum?

Ante diem hinc merito tanto es dignatus honore,

Teque .auus in coelū post modo fama feret.

Ad Ventos in Arce Stanislai Tursonis Episc. Olomucen.

Immites uenti tanto quid turbine in arcem

Impositam aerijs montibus irruitis?

Non hic Tyrrenum Junoni inimica fatigat

Gens mare, Neptunus nō Ithacum insequitur.

Sed sacer heroesque inter mitissimus omnes

Turso habitat, mites ledere uos ne iuuat?

At si tanta animo est uestro saeuire libido.
 Et uos Hippotades si iubet ista pater.
 Gens inimica bonis, & Christi legibus almis
 Iouium innumera nune tegit omne rate.
 Sumite uim uenti, pelagoq. immergite puppes,
 Quid iuuat immeritis arcibus esse graues?

Ad Thomam Nadasdenvm.

Nadasdene Iouem testor rectumq. piūq.,
 Pauperior nunquā, quam modo, quod fuerim.
 Temporibus duris. recolens quae horresco, tulisti
 Vnus opem ipse tuo nā quoq. sponte Logo.
 Sumptam pollicitus communiq. omnia tecum,
 Hoc tu nunc praestes ergo rogatus opus.
 Aureolos sex crede mihi, quos tēpore certo
 Atq. fide certa grate ego restituum.
 Aureolos centum seruat mihi fida Vienna,
 Qui ut mihi mittantur littera missa mea est.
 Vltro pauperior mihi quod deferre solebas,
 Praestiteris melius ditior officium.

Epitaphium Lvdovici

Pannoniae & Bohemiae Regis.

Crudele, ah nimium, nimium rex magne luisti
 Supplicium, ante diem quod preparare deae,
 Inmitisque tibi et nimium Mars saeuus in armis.
 Faut enim diris hostibus ille nimis.
 Excussum quadrupes te nanq. palustribus undis
 Heus feras inuoluit, in tua fata ruens.
 Aeternū at iuuenē Ludouicū haec fama manebit,
 Pro patria in patria non timuisse mori.

**Joannis Tyrsonis Episcopi
 Vratislaviensis Epitaphium.**

Tyrsonis cineres magni, & mortalia membra
 Iste habet & sacri principis ossa locus.
 Pro meritis superum sedes, coelumq. beatum
 Mens habet. immenso uiuit in orbe decus.

Alivd.

Hic situs est Turso magnus, quis caetera nescit?
Hunc uolui ut scires & uenerare locum:

**Georgii Tvrsonis Senioris
Epitaphivm.**

Diues opum, diues sobole, & uirtute beatus
Natorum, senior Turso superstes erat.
Post obitū at longe ditissimus est, quod in alto
Hospitio coeli diuites ipse habitat.

Alivd.

Tvrso opibus senior, sobole, & uirtute beatus,
Hoc uolui ne sis nescius, hic situs est.

**Epitaphivm Bor |
namissae.**

Coruino ante alios regi charissimus olim,
Atq. domi, atque foris, fidus, & usque bonus.
Quem Ladislaus, regno qui de inde potitus,
Egregium usq. habuit magno in honore senē.
Te tamen ante omnes iuuenis Ludouicus amauit,
Qui tuus in uita dulcis alumnus erat.
Qui postquam aduerso perijt sub Marte, iacetq.,
Non fuit in uita uiuere dulce tibi.
Non tamen ante, nouo patriae quam rege creato,
Hic amor in Patriam uel morientis erat.

Alivd.

Coruino uenerande senex gratissime, & illi
Proxima qui regni, te duce, scepra tulit.
Huius & hinc nato, nam te Ludouicus amabat
Qui tuus in uita dulcis alumnus erat.
Quo misere extincto aduerso sub Marte, tibi omnis
Extinctus uitae est qui prius ardor erat.
Non tamen ante, nouo patriae quam rege creato,
Labentem & moriens ut patriam erigeres.

**Ad Stanislavm Tvrsonem
Episcopum Olomucensem.**

Xenia respondi poscentibus annua multis
 Ipse dabo uobis, cum mihi Turso dabit.
 Conditione fidem facili hanc exoluere possum,
 Vt nihil ijs donem, des mihi Turso nihil.
 Conditione sed hanc meliore exoluere uellem,
 Vt donem ijs aliquid, des mihi Turso aliquid.

**Illvstri Principi Lvdo ||
 vico Regi Hvnga ||
 riae & Bohemiae filio dile |
 cto Clemens VII.
 Pont. Max.**

Charissime in Christo fil. nostro salutem etc.
 Dilectus filius Georgius Logus Silesius subditus
 Serenitatis tuae, cum ad almam urbem, religionis
 & ueniae a domino deo consequendae gratia, se cō |
 tulisset, ac propter ingenium & litteras a doctissi |
 mis huius ciuitatis uiris in honore esset habitus,
 astitit etiā coram nobis, ex quo nos praesente, meli |
 us quoq. cognouimus, quod sermonibus multo |
 rum ad nos fuerat perlatum, summum in eo esse in |
 genium, summum graecarum & latinarum littera |
 rum studium, in quibus adeo nobis profecisse ui |
 sus est, ut carminibus praesertim pangendis, pau |
 cos cuiuslibet aetatis, & nostro & aliorum iudicio
 habeat pares. Quodq. nobis mirifice placuit, pri ||
 mariamq. in eo laudem obtinere uisum est, ea pie |
 tate eum intelleximus praeditum, ut doctrinam su |
 am uellet potissimum cum dei honore, & cultu ue ||
 rae religionis esse coniunctam. Is nobis narrauit se
 triennium iam in Italiae Gymnasijs literis operam
 dedisse, adiutum liberalitate. & munificentia Se.
 T. q. ei annum subsidium ducentorum aureoru
 constituisses, gratissimoq. animo sese opus tuum,
 & abs te factum esse praedicauit. Quod nobis de
 tua Sere. semper optime sentientibus, auxit etiam

opinionem benignitatis tuae, cum uideremus te id, quod maxime est regium, de animandis ad optimas artes his, qui in regno tuo nati sunt, & cura & sumptu elaborare. Cū autem is ad Sere. T. rediturus esset, et si superuacuum iudicabamus tibi eū commendare, propterea q̄ satis sua uirtute & tuo in illum iudicio esset commendatus, uoluimus tamen has ad te scribere literas, quae pondus haberent potius testimonij nostri, q̄ commendatiois. ut cum tu tua sponte ad hunc iuuenem ornandum & fouendum te dedisses. primum intelligeres praeclare abs te & operam & liberalitatem tuā fuisse positam, magnamq̄ T. Sere. laudem ex eo accedere. Deinde ut nostra quoq̄. causa, qui eum etiam propensior. Quod etsi intelligimus te per te fuisse facturum, erit tamē nobis pergratū, ut ipse sentiat, & re ipsa experiatur, hanc nostrā comendationē nō medio cri illi usui apud Sere. T. extitisse. Quod ut facias eandē Se. T. magnopere in domino adhortamur. Datum Romae die XXIIIJ. Nouēb. M.D.XXV. Pont. nostri Anno secundo.

Jacobus Sadoletus.

**Pavlvvs Iovivs Stanislao
Tvrsoni Episcopo Olo-
mveensi S. D. P.**

Georgius Logus noster, qui propter nobilitatē carminum apud Academicos Romanos per hodie dies in honore fuit, & a Clemente Pont. Max humanissime susceptus est. multa apud nos de singulari animi tui uirtute praedicauit. ita ut ego non in postremis abs te, non modo in gratiam, uerū & in clientalem recipi uehementer desyderem. Id si pro magnitudine candoreque animi tui feceris. & nos quoque officio non deerimus. testabimurque ingenij monumentis, nos non omnino indignos fuisse. qui in patrocinium tuum ultro euntes, sin gratiam reciperemur. Spero enim, si me commentari is oportune adiueris, ut ipse Logus se facturum

pollicetur, patriam tuam Morauiam, quae quondā
 Marcomannorū gentis fuit, in historijs meis illu |
 straturū, Tursonisq. nomen & insigni pietate, &
 literaru studijs clarissimū, non sine aliqua spe im |
 mortalitatis, posteris commendaturu. Caeterū Logus
 adeo nos suauissimus moribus, elegantissimisq. car |
 minibus coepit, ut iā illū tibi maxime inuideamus,
 cogamurq. illū pfligato pudore abs te repetere, et
 id quidem sua etiam de causa. Nā speramus, par |
 ta pace optima, eum si ad urbem redierit, liberali |
 tate aequissimi Pontificis, auspicijq. Gi |
 berti Datarij aliquo sacerdotio exor ||
 natum uidere. Ipse etiam quibus
 nūc curarum fluctibus obrua |
 mur, cum neque certa pax,
 neq. aperte arma tra |
 ctantur, longiori |
 bus sermoni |
 bus ex |
 plica ||
 bit.

Vale Romae,
 quinto Idus Janua |
 rij M.D.XXVI.

Logus könyvének eleje:

G. Logi Silesii
 Ad Inclytum Ferdinan ||
 dum, Pannoniae Et Bo |
 hemiae Regem In |
 victissimum
 Hendecasyllabi, Elegiae,
 Et Epigrammata.

Vége:

Viennae Pannoniae
 Hieronymus Victor Silesius
 excudebat Mense Maio
 M.D.XXIX.

Paintner bejegyzése Logus könyvének végére.

In Wratislaviensis Cath. Templi sacello.
 Hoc Turso tibi, Pontifex sacellum
 Janus condidit Agnifer beate,
 In quo post obitum est situs: meretur
 Si Coelum pietas, et alma virtus,
 Si musae innocae et peracta vita,
 Si fecisse bonis benigna, tecum
 Celsi perfruitur bonis beati.
 Obiit Nyssae MDXX.XI. Aug. aet. suae LVI.
 G. Logus S. F. 1537.

Egyéb magyar vonatkozású részletek Logus könyvében.

**Caspar Vrsinus Ve-
 livs Logo Svo.**

Disertissime cultor o sororum
 Doctarum Loge, flos poeticorum
 Quot nūc sunt hominum locorū ubique,
 Gratias agit optimo poetae
 Vrsinus tibi, qualis ipse cunque est,
 Pro tam munere culto, & eleganti,
 Formoso, aureoloque pro libello,
 In quo uatis opus perenne sacri,
 Quem cunctis habet ipse chariorem.
 Verum siue ioco, aut amore multo
 Factum est, ne uideris indecenter
 Ausus, nec bene Velium poetae
 Docto in carmine comparare tanto,
 Quem nemo fuit ausus aemulari,
 Et uestigia cuius ipse adoro,
 Vt desint mihi caeterae poetae
 Virtutes sapientis, ac rotundi,
 Nunc, & lumine lippiens utroque,
 Et colliria sustinens utroque,
 Hoc saltem uitio, licet molesto,
 Horati similis queam uideri.

Ad Ursinum Svvm.

Poetae lepido suo sodali
 Vrsino Logus, optimi poetae.
 Horatij, quem amat impotente amore,
 Et uestigia cuius ille sacra
 Passu iam prope consecutus aequo est,
 Hoc diuinum opus, aureo in libello
 Compacto ingenio, manuque docta
 Ex magnae Italiae sinu, & beata
 Quo uiuit modo Felsinae recessu,
 Dū ille in Pannoniae interim Vienna,
 Et Musis bene gratus atque amicis
 Doctis, ingenuis, & integellis
 Viuit suauiter ocio in beato,
 Transmittit, memor huius usque, & usq.
 In Pignus fidei, suiue amoris.

**Ad Ferdinandvm Panno-
 niae. et Bohemiae
 Regem.**

Et Phoebi, Martisque diu neglecta iacebant,
 Nec studia his regnis huius, & huius erant,
 Cum ueluti ex alto iuuenis demissus olympo
 Vltro oblata sibi regia sceptrata tulit.
 Caesarea de stirpe genus, & sanguine regum,
 Heroumq. alto semine progenitus.
 Ergo iterum florent artes belliq. togaeq.,
 Aureaque his regnis saecula nata uides.
 Nempe suo similes populi regi esse laborant,
 Qui decus atque artes huius, et huius habet.

In Oraticnem C. Vrsini Velii.

Pannonij fortes, tuq. o fortissime regum,
 Quorū fama polos syderaq. alta ferit.
 Ornati merito ueris & laudibus, & quas
 Carpere nequicquā Momus & ipse uelit.
 Vidi ego diuino cum Velius ore disertus
 Funderet in uestrum grandia uerba decus.

Attentasqu. aures, & multa silentia, linguae
 Dum fauet assistens maxima turba suae.
 Interdum & uoces, nutusq. & signa probantum,
 Quae uirtus uestra expressit in eloquio.
 Phoebus & auricomū radijs caput auctus honestis
 Et toto effulsit clarus in orbe dies.
 Sic uestro diu atq. homines decori usq. fauebant,
 Aeternum & fauebant dijq. hominesq. boni.

Pavlvs Jovivs Stepha-
no Broderico
S. P. D.

Redit ad nos Logus, nō iam uester, sed iure op-
 timo noster. Quis enim eo doctior, suaior, atq. can-
 didior? ut nō altus in Hercinijs saltibus, sed media
 in urbe uideatur. Propterea redit igitur certa con-
 ditione, ut reuertatur. Nam neq. nos eius desyde ||
 rium diu feremus, nec ipse, nisi ferreus sit. diutius
 morabit, quin reuisat suos sodales, suos patronos
 Gibertum & Campanum, suum deniq. Pontificē
 maximum, qui eum adeo humaniter suscepit. Viā
 certe uorabit si sapiet, cum classicum defessi Mar-
 tis conticescet. Speramus enim parta pace, Clemē
 tem restitutum sibi, camoenas esse respecturū.
 Tu uero Broderice eum nostra quoq. de causa homi-
 nem tibi, mihiq. ob ingenii suauitatem coniūctissi-
 mum liberaliter complexu hylariore su-
 scipies. Vale. Ex urbe, quarto

Idis Januarij M.D.

XXVI.

Georgivs Savromannvs
Silesivs Stephano
Broderico
Salvtem.

Nolui committere, clariss. Broderice, ob insti-
 tutam nuper illam, saneq. artissimam necessitudi-
 nem, quae nos perpetuo quodam nexu coniunxit,

quin aliquid literarum Georgio Logo utriusque nostrum amantissimo ad uos redeunti darem, ut tibi uel inde, tametsi longo admodum terrarum interuallo disiuncti sumus, liqueret, quod penitus te ex animo complecti coeperim, quamquam interim tui meque mores fuerimus, dum nullum hic apud optimos quosque tui ornandi locum omittimus. Cuius rei facile uel Iouij, uel Marsupini literae testes fuerint. Quod & tu istuc uicissim facias te uehementer etiam, quamquam etiam rogamus. Fecisse autem id te putabimus, quum G. Logum non solum iam amplissimae spei adulescentem, sed & uirtutis & doctrinae spectatissimae, qua potes autoritate istuc tua iuueris, ne coeptum studiorum suorum cursum supremo in stadio destituere cogatur, neque & ipse, qui etiam nunc pristino hic in fortunae ergastulo desudo, mei aliquid quando dissimilis fiam, cum nunquam infelix hoc Sisyphi, quod tot annos in surda animorum claustra, & in aduersos purpuratorum scopulos molitur, saxum costiterit. Facile uero rationibus meis consulueris, si regias in mei istinc commedationem ad Pont. Maximum literas impetraris, a quo haec tenus laudamur quidem, sed & mirifice algemus, atque (si dijs placet) esurimus. Poterit & plurimum dignitatis tuae existimatio apud parentem, qui si uestro beneficio secundiori flatu utitur, fac quaeso mihi aequior sit. Non erimus ingrati, neque regno indecores. Prosecutus est Pont. Max. Logum. sumque ||
 mis honoribus, atque insigni sapientissimi
 philosophi facie, quae gemma expressa.

Rarum opus, praesertim hoc saeculo. Vale. Raptim Romae

XI. Ianuarii. Anno M.

D. XXVI.

Logusnak az Oláh-kódelexben (Budapesti M. Kir. Egyetemi Könyvtár H. 46.) előforduló két verse Oláh Miklós válaszával.

Oláh Miklós kodex

H. 46.

p.

De Joanne Koczianer interfecto. — id. m.=N. O.¹
 Sanguinus innocui fuerat qui effusor acerbus
 Nunc meriti poenas suppliciumque dedit
 Sic agit humanis diuina potentia rebus
 Vt uitium poena penset ubique graui — pari. (marg.
 javítás.)

Logus de Joanne Kaczianer
 interfecto.

En iacet hic solido positus sub marmore latro
 Cui dedit horribili nomina saeua Catus.
 Transfuga, deceptor patinae, fideique relictor
 Perfidus et Reges proditor illesui.
 Fugerat ante cruces effracto carcere poeni
 Post tamen has propria caesus in arce tulit.

¹ Kaczianert, Ferdinand hitszegő vezérét, ki Gorjában seregét cserben hagyta és elszökött Schlikkel együtt, minek következtében a Ferdinand seregét szörnyű romlás érte, haditörvénszék érte. El is fogták. De ő a börtönből kimenekült, Horvátországba ment, hol Kostanicza várában rejtőzött el. Innét a Zrinyiek: János és Miklós, vendégség örve alatt kicsalták. Ekkor történt e férfiú kegyetlen lekonzolása, melyet Szalay és Fessler egyformán adnak elő. Szalay közli a Zrinyiek fölterjesztését Ferdinandhoz, melyben hűségük jutalmául ép e várat más várakkal együtt maguknak kérik adományoztatni, holott Kostanicza eredetileg a vránai perjelség birtokát alkotta. Szalay közli Török Bálint levelét is, mely megdöbbenő világot vet az erkölcsi elvadulásra, mely e harczokat ellenzé (Lásd az adatokat Fessler: *Geschichte der Ungarn und ihres Landsatter* VI. 528. és köv. Szalay: *Magyarország története* IV, 183. és köv. Istvánffy XIII, 218). E gyalázatos merényletet alighanem 1539 október végén követték el, mert Török Bálint levelét Pápáról Nádasdyhoz 1539 november 6-án intézi. Érdekesnek tartom még ide igtatni azt a gúny-verset, melyet Kaczianerra és társaira Bécsben a diplomok ajtajára függesztettek ki:

Katzianer, Ungnad und Schlick

Die möchten hangen an einen Strick.

(Közli Acsády Ignác: *Magyar nemzet története*, Budapest 1897. V. kötet 120. lapján.)

Oláh Miklós válasza.

Ad eum quisquis haec scripsit:

Quod iuvat o nimium miseris cruciatibus actum
 Nomine crudeli iam citare Catum
 Vocibus et manes diris onerare sepultus
 Tartareos petulans mox aditure lacus.
 Crudele est numeris sensu lacerare carenti
 Vellere et ex mitti membra sepulta viri.
 Non meritum exactum pensas; sed imagine falsa
 Duceris et casum scindis acerbe viri,
 Non haec Christicolae docuit seruator Jehsus
 Longe alia et nobis dogmata sancta dedit.
 Ut veniam lapsis placitam requiem remque precemur
 Aeternam: cunctis quam dabit illa dies.
 Quam dabit illa dies. Vitiis quum soluimur atris
 Sontibus et paenas quum dabit illa graues
 Desine criminibus corpus lacerare sepultum
 Et larius saeua belle mouere manu
 Inmelius referat semper mortalibus aegris
 Attulerit quicquid ultima quaeque dies.
 Sic memor o propriae mortis, fatigue futuri
 Et dicat: rogo: hic mollita ossa cubent.

XV.

MAXIMILIANUS TRANSYLVANUS

„DE MOLUCCIS INSUTIS ATQUE ALIIS PLURIBUS MIRANDIS“

czímű 1522. okt. 23. kelt levele a salzburgi érsekhez.

DR. RÉCSEY VIKTOR-tól.

Ezen Maximilianus Transsylvanusról legkimerítőbben értekezett Apponyi Sándor gróf „Hungarica“ című művének I. kötetében (132. sz. a.), hol Czwittinger, Bod és Kropf Lajos, valamint a külföldiek véleményét hozza fel *Erdélyi Miksa* nevű írónkra nézve. Mivel Maximilianus brüsselinek is mondja magát, Apponyi eleinte Czwittinger és Bod ellenében külföldi források után inkább írónk idegen származása felé hajlott és a „Századok“-ban erre vonatkozólag vitát is provokált; ebben *Kropf Lajos* nem enged kétséget férközni írónk erdélyi származásához. *Márki Sándor* („Erdélyi Múzeum“ 1893. évf. januári füzetében) Maximilianus erdélyi származását épp úgy fentartja, mint Kropf. Apponyi ezzel szemben ismét más érvekkel felelt, míg végre Kropf Lajosnak a „Magyar Könyvszemle“ 1895. évi 4. füzetében ezen kérdésre vonatkozó legújabb bizonyítását elfogadja. Kivehető ebből, — úgymond Apponyi végül, — hogy Maximilianus nem volt közvetlen magyar születésű; de hogy családjának volt tradíciója, mely szerint ő magyar, helyesebben erdélyi származás s hogy már régtől fogva családnevük eredetének megfejtéseül családjuk származásának hagyománya szolgált. Így mondta ezt Maximilianus Oláh Miklósnak . . . Örömmel fogadom tehát én is Maximilianus családjának erdélyi származását.“¹

¹ Apponyi S. gróf id. művének I. R. 100—105. lapján.

A mi most már *Erdélyi Miksa* „De moluccis insulis“ című levelét illeti, erre vonatkozólag Apponyi csak két kiadásról tesz említést (Köln és Róma 1523). Én a pannonhalmi könyvtárnak régi könyvei között egy „Orbis Novus“ című munka 1536-iki kiadására akadtam, mely Baselben jelent meg és melynek 585—600. lapját *Maximilianus Transsylvanusnak* Lang Máté salzburgi bíboros érsekhez 1522 okt. 23 intézett levele tölti be. Ebben a levélben nevezett írónk körülmenyesen leírja azt a tengeri útját, melyet Magellan a Molucca-szigetek felé tett.

Márki Sándor előadja ugyan Magellan ezen hajózásának történetét, de *Transsylvanus* erre vonatkozó egész levelét nem közli.

Íme most felhasználom az alkalmat és írónk fentcímzett levelét azon ritka baseli kiadás után egész terjedelmében közzéteszem.

Apponyi idézett munkájában (I. 145. sz.) Max. Transsylvanusnak egy másik leveléről is megemlékezik, melyet ugyanesak Lang Máté salzburgi bíboros érsekhez mint régi jóltevőjéhez intézett s a melyet Retzer Balbi Jeromos munkáinak kiadásában közölt.

Erdélyi Miksa „Orbis Novus“ című munka végén olvasható kérdéses levele szóról-szóra a következő:

DE MOLVCCIS INSVLIS ATQVE ALIIS PLVRIBVS
MIRANDIS, QVAE NOVISSIMA Castellanorum nauigatio
Sereniss. Imperatoris Caroli V. auspicio suscepta, nuper
inuenit: Maximiliani Transsylvani ad Reuerendiss. Cardina-
lem Saltzburgensem epistola lecta perquam iucunda.

REVERENDISSIME Illustriss. Domine, domine mi
unice humilli. commē. Redijt his diebus una ex quinq. illis
nauibus, quas Caesar superioribus annis dū Caesaree Augustae
esset, in alienum & tot iam seculis incognitum orbem mise-
rat, ad inquirendum insulas, in quibus aromata, perueniūt.
Nam licet Lusitani Portugallenses ex aurea Chersoneso,
quam nunc Malacchen putamus, magnam uim eorum ad nos
deferant, nihil tamen Indiae illae suae praeter piper gignunt.

Reliqua enim ut cynamomum, gariophilum & myrasticam nucem quam muscatam, & operimentum eius, quē florem muscatae uocamus, ad suos Indos ex lōginquis atq. adeo nomine tantum cognitis insulis aduehi certum est, nauibus nullo ferramento, sed palmarum solijs duntaxat compactis, quarum uela rotunda sunt, & haec quoq. ex uimine palmarum contexta. Hoc genus nauium iuncas appellant, unico tantum uento secundo aut aduerso agi solitas. Nec mirum, quum haec omnibus fere seculis nostris mortalibus incognitae fuerint. Nam quaecunq. hactenus de aromatū huiusmodi natio solo a priscis autoribus prodita legimus, partim prorsus fabulosa sunt, partim a ueritate tā aliena, ut etiā regionis illae ubi ipsi aromata gigni prodidere, ab ijs oris ubi nunc ea nasci compertum est, paulo minus distent quam nos ab eis seiungimur. Nam ut reliqua omittam, tradidit Herodotus alioqui clarissimus autor, cynamomum in auium nidis reperiri, in quos uolucres illud ex longissimis regionibus, & praesertim Phoenix (cuius nidum nescio quis unquam uiderit) detulissent. Plynus (!) uero qui certius aliquid afferre posse sibi uidebatur, quod iam ante aetatem suam, tum Alexandri Magni tum aliorū classibus multa illustrata fuissent, tradit cynamomū gigni in Aethiopia Troglodytis connubio commixta. Quum nunc compertum sit cynamomum longissime ab omni Aethiopia gigni, & maxime Troglodytarum, hoc est, in speluncis subterraneis habitantium. Nostris autem, qui nunc rediere, quibus nihil tam cognitum erat, quam Aethiopia, necessarium fuerat, prius quā has insulas repererint & huc redierint, uniuersum orbem idq. sub amplissimo plerunq. parallelo circuire: quae nauigatio cum & admirabilis habeatur, & nostra superiorumue aetate ulla, non modo non inuenta, sed nec unquam tentata fuerit: statui & cursum eius et totius rei seriē R. D. T. quam uerissime scribere. Curaui enim mihi & a duce classis & à singulis nautis, qui cum eo rediere, referri omnia diligentissime. Retulerūt autē & cesari, & alijs multis singula quidē ea fide & syceritate, ut nō modo nihil fabulosi afferre, sed fabulosa omnia alia, ueteribus autoribus prodita refellere & reprobare narratione sua uiderentur. Nam quis

Monoscelos seu Scyopodas, Scyritas, Spitameos, Pigmaeos & multa huiusmodi monstra potius quam homines esse crediderit. Cū & a Castellanis in occidente per meridiē & a portugallensibus in orientē uelificantibus tot loca ultra tropicum Capri cornum quaesita, inuenta, lustrataq. fuerint: ab his autem nostris, reliquus uniuersus orbis nauigatione nunc peragratus sit, neque tamen unquam de huiusmodi monstruosis hominibus certi quicquā audiri potuerit, credi debet ea omnia fabulosa et mendacia esse anilia, nullo certo autore per manus quodammodo tradita. Sed ne ego, cui totus nunc orbis peragratus est, in orationis mee exordio nimiū digrediar, ad rē uenio. Cum hinc ante annos fere triginta Castellani in occidente protugallenses autem in oriente nouas atq. incognitas terras perquirere coepissent, ne alter alteri impedimento essent, partiti sunt duo hi reges inter se terrarū orbem summi pontificis, puta Alexandri sexti auctoritate, hac ratione, ut ab Insulis Hesperidum, quas nunc promontorij seu capitis uiridis appellant, recta in occidentem centū sexaginta milliaria. quas Leucas uocant, linea uersus Arcticum, & altera uersus australem polum protenderetur, quoad rursus coirunt, orbemq. in duas partes aequales diuiderent. Et quicquid incognitae terrae in parte orientali detegeretur, hoc Portugallensibus cederet: quicquid in occidentali, Castellanis. Hiuc factum est, ut Castellani per meridiem in occidentem semper nauigauerint, & ibi continentem terram amplissimam, insulas uero maximas & innumeras auri & margaritarum aliarumq. opum diuitias, & nunc postremo ingentem urbem mediterraneam Tenosticam in laeu quodam Venetiarum more sitam inuenerint. De qua multa et magna, uera tamē, Petrus martyr memoriae prodidit, auctor circa rerum fidem quam elegantiam sermonis accuratior. Portugallenses uero, per meridiem & litora Hesperidum Icthyopagorum aethiopum aequinoctialem & Tropicum Capricorni pretereuntes, in orientem nauigauerunt: & multas maximasq. prius, incognitas insulas, atq. adeo Nili fontes & Troglodytas inuenerunt. Illinc per Arabicum & Persicum sinus in Indiae litora intra Gangem, ubi nunc maximum emporium idem & regnum est Calicuticū, delati

sunt. Hinc ad Taprobanem quam nunc Zamaram uocant nauigarunt. Nam ubi Ptolemaeus, Plynius, & reliqui Cosmographi, Taprobanem posuere. nulla nunc est insula, quae ulla ratione ea esse aut credi possit. Inde ad auream Chersonnesum ubi nunc Malaccha celeberrima urbs & maximum orientis emporium situm est peruenerunt. Ex hac sinum magnum ingressi sunt. ad Sinarum usq. populum, quos nunc Schinas uocant, ubi candidam gentem & ciuilem satis reppererunt, Germanis nostris similem. Credunt Seres & Scythas Asiaticos eousque protendi. Et licet incertus quidam rumor peruagaretur Portugallenses in Orientem eousque progressos, ut limitibus suis transcensis in Castellanorum terminos uenerint, Malaccham & sinum magnum intra nostros fines contineri, omnia tamen dicta potius. quam credita fuere, donec ante quadriennium Ferdinandus Magellanus Portugallen. uir clarus, & qui multis annis Portugallen. nauium praefectus, oras totius orientis peragrarat. in odium regis sui, quem in se ingrattissimum querebatur. & Christophorus Haro frater soceri mei. qui ex Vlyssipone. quam uulgo Lisbonam uocant, per suos multos annos in oriente illo & tandem cum Sinarum populis mercaturam fecerat, ita ut earum rerum magnam, usum haberet. Is quoque iniuria a Portugallen. rege accepta, se in Castellam patriam recepit: Caesari ostenderent, nondum quidem satis compertum utrum Malaccha Castellanorum finibus aut Portugallen. contineretur. Propterea quod hactenus nulla certa longitudinum ratio inueniri potuisset. satis tamen constare. si magnū & Sinarū populos ad Castellanorum navigationē pertinere. Hoc itē haberi longe certissimum, insulas quas Moluccas uocant, in quibus aromata omnia gignerent. & unde in Malaccam ueherentur, in occidentem Castellanorum contineri, posseque ad illas nauigari, & inde aromata facilius minoreque impensa & pretio tanquam ex natiuo solo in Castellam deportari. Ratio navigationis erat, ut ex occidente subter inferius hemisphaerium in orientem usq. nauigarent. Res pene ardua & uana uisa est. Non quod graue existimabatur, recta ex occidente in orientem subter hemisphaerium uehi, sed quod incertum esset, utrum ingeniosa natura, quae nihil nō summa prouit-

dentia constituit, ita orientem ab occidente partim mari, partim terra distinxisset, ut hoc itinere & nauigationis cursu ad orientem perueniri posset. Non enim compertum erat, utrum illa ingens regio, quam terram firmam uocant, occidentale mare ab orientali disterneret, liquebat continentem illam ab austro in meridiem & inde in occidentem uergere. Repertas etiam ad septentrionem regiones duas, quarum alteram Baccalearum a nouo genere piscium, alteram terram floridam uocant. Quae si terrae huic firmae coniungerentur, nequaquam ex occidente in orientem posse deferri: cum nihil de freto aliquo huius terrae quod trāsiri posset, licet diligentissime magnisq. laboribus perquisitum, nunquam tamen inuentum esset. Per Portugallensium autem limites & orientem, rem incertam & longe periculosissimā iudicabant. Qua de re Caesari & suis uisum est, eos quidem rem ut magnae spei, sic maioris difficultatis polliceri. Cumq. uterque in diem duceretur, obtulit Magellanus sese iturum, Christophorus autem impensis suis & suorū classem instructurum dummodo autoritate & auspicijs Caesaris nauigare liceret. In quo dum obstinatius persistenterent, parauit Caesar ipse classem quinq. nauium, & huic Magellanus dux praeficitur. Mandata, erant ut ad littora terrae firmae uersus austrum nauigarent, donec illius regionis aut finem, aut fretum aliquod inuenirent, per quod ad odoriferas illas Moluccas perueniri posset. Soluit itaq. Magellanus die decimo Augusti Anno M. D. XIX. quinq. nauibus ex Hispali. Vnde paucis diebus ad insulas Fortunatas, quae nūc Canariae passim appellantur uentum est. Ad Hesperidum inde insulas peruenere, a quibus cursum suum inter occidentē & meridiē uersus continente illam quā supra memorauimus cepere, ac intra certos dies felici nauigatione promontoriū detexere, cui sanctae Mariae nomen inditū est. Vbi Joannes Ruydias Solius mauium praefectus, du iussu regis Ferdinandi catholici litora huius cōtinētis classe peruagaretur, ab Antrophagis, quos Indi Canibales uocāt, cū aliquot socijs suis comestus fuerat. Hinc nostri perpetuo cursu huius continentis littora legere, quae longissimo tractu in austrum quam nunc plagam sub australi polo appellandam duco, & paululum ad occidentem uergentia protenduntur. ita ut Tropicum capri-

corni ad multos gradus trāscenderint. Sed non tam facile quam dixi. Sunt enim ultimo Martij sequentis anni delati ad sinum cui sancto Juliano nomen imposuere. Hic polū antarcticū 46. gradus, & $\frac{1}{3}$ super horizontē suum illis eleuatū, tam ex altitudine & declinatione solis ab aequinoctiali, quā plurimū & plus, quam altero quouis sydere naute nostri utuntur, quam ex ipsius Antartici altitudine depēderint. Longitudinem uero a Fortunatis insulis in occidentem 56 gradus tradidere. Nam cum prisici Cosmographi, & praesertim Ptolomaeus, longitudes locorum a Fortunatis insulis in orientem usq. ad Cattigatam centum & octoginta gradibus metiretur, & nostri quam longissime in occidente nauigauerint. coepere a Fortunatis insulis per occidentē ut debuere. usq. ad Cattigata alios 180. gradus designare. Tamē nostri nautae propter ea quod in tā longinqua adeoq. a terra distante nauigatiōe, longitudini certa signa terminosq. sibi praefigere designareq. possunt: potius mihi in longitudinū ratione hallucinari, quam quiq. certi attulisse uidentur. Attamē ea interim qualiacunque fuerint, donec certiora reperiantur, non prorsus reiicienda, sed admittenda existimo. Sinus hic uastus auidebatur, & speciem freti referre. Quamobrē Magellanus praefectus duabus manibus (!) sinus situm explorare iubet. Ipse reliquas in alto anchoris firmat. Post biduum relatum est sinum uadosum nec longius in terram praetendi. Nostri in reditu aliquot Indos, ad litora conchyliā legentes conspexere. Indos uocāt omnium incognitarum terrarū indigenas. Erant procerae longitudinis, palmorum scilicet decē, ferinis pellibus tecti, fusciores, quam regionis situs postulare, ad quos du aliquot ex nostris in terram egrederent, atq. illis tintinnabula & chartas papyraceas depictas ostenderent, coepere nostros ad rude murmur & inconditum carne circumsaltantes, utq. nostris sui admirationem facerent, demisere absq. nausea sesquicubitales sagittas per guttur ad stomachi usq. fundu. Quas protinus rursus extrahentes quasi ea re fortitudinem suā ostendassent, gaudere uisi sunt. Venere tandem tres tanq. legati, & nostros signis quibusdam orarut, ut secum longius in terram: progredirentur, quasi essent eos omni hospitalitate excepturi. Mittit

Magellanus cum his uiros septē bene instructos, ut regionem & gentem diligenter quoad possent indagarent. Hi cū eis ad mediterranea regionis 7 milliaria profecti sunt, uentum est in desertum & inuium nemus. Hic erat tugurium humile admodum & ferarū pellibus coopertum. Duae erant in eo mansiones, in altera mulieres cum prole sua, in altera uiri uersabantur. Mulieres & infantuli tredecim & uiri quinq. erant. Hi hospites suos ferali apparatu, qui tamen illis regius uidebatur excepere. Occisum est animal, quod haud multū ab onagris differre uidebatur, huius carnes semitostas nostris apposuerunt nullo alio cibo neq. potu apposito. Nostris noctu praeter morē sub pellibus cubare necessarium erat, ob ingentē uim niuium & uentorum. Quare priusquā dormirent excubias disponunt. Idē & Indi faciunt, qui ad focum horribile quid stertentes, prope nostros strati erant. Quo illuxisset, nostri postulant, ut cū familia una secum ad naues reuertentur. Quod cū Indi illi diu negassent, & nostri hoc imperiosius exigere coepissent, ingrediuntur uiri ferale illud gynecium. Hispani arbitrati sunt eos cum uxoribus hanc transmigrationem consultare. Cum interim alijs quibusda horribilibus pellibus, a planta pedis ad summū uerticem tecti, facie uarijs coloribus infecta, arcibus & sagittis ad praelium terribili & stupendo hoc accinctu ornati & longe maioris, quam antea staturae in aciem prodeūt. Hispani qui ad manus deueniendu putabant, pixidem emitti iubent. Qui ictus etsi irritus fuisset, egregij tamē gigantes, qui paulo ante Iouem debellaturi uidebantur, hoc sonitu adeo sunt deterriti, ut protinus de pace loqui coeptū sit. Summa erat ut tres uiri reliqua familia dimissa, cū nostris ad naues redirent. Itur itaq. ad naues. Sed quū nostri non modo gigantulorū cursum, sed nec passus cursu aequare possent, duo ex ijs ex itinere ad conspectū onagri procul in monte pascentis quasi hunc in secuturi essent, fuga euasere. Tertius ad naues perductus, sed inedia, qua sibi Indorū more ex taedio indixerat, intra paucos dies extinctus est. Et licet praefectus nauium ad tugurium illud reuississet, ut denuo unum aliquē gigantum eorum caperet, quem pro rei nouitate Caesari afferret, nemo tamen inuentus est, sed omnes

una cu tugurio alio sese transtulerunt. Vnde liquet gentem illam quoq, uaga esse, nec postea nostri, licet ad sinum illum per multos dies ut infra memorabimus permansissent, Indū amplius in litore illo cōspexere: sed nec tantī etiam quicq. in ea regione esse arbitrati, quo & mediterranea illius longius scrutari deberent. Et quanquā Magellanus animaduerteter longiorem mansionem illic inutile esse, tamen quia mare aliquot dies fluctuosum, coeluq. turbidu essent, & terra illa continue ad austrum uergeret, ut quo magis progredirentur, eo regionem frigidiorē inuenturi essent, discessus necessario de die in diem dilatus est, donec iam mensis Maius aderat, a quo illic asperrima hyems saeuire incipit, atq. adeo, ut iam in nostra aestate ibidem hyemandū esset. Prospiciens autem Magellanus nauigatione diuturnam fore, commeatu inter suos, quo longius copia eius suppeteret, parcius iubet distribui. Hispani ubi per aliquot dies rem aequanimiter tulissent, hyemis quoq. magnitudine ac terrae rigorem ueriti, orarunt tandē praefectum suum Magellanum, ut quoniā animaduerteter regionem illam perpetuo tractu in austrum protēdi, nec spem finis illius aut freti superesse, hyemen quoq. saeuam imminentem, & multos inedia rerumq. incōmoditate extinctos, sese quoq. legem illam sumtuariam, quam tulisset, diutius, nō posse sustinere: Caesarem autē nunquā eius animi fuissē, ut quicquā obstinatius tentari deberet, cui natura ceteraeq. difficultates obstarent, labores suos iam satis perspectos probatosq. fore. Quū eousque prouecti iam essent, quo nulla unqua mortalium uel audacia uel temeritas progredi ausa fuisset. Posse autē facile, flante ab austro uento intra aliquot dies, si meridiem uersus uelificarent, in mitiorem aliquā plagam defferri. At contra Magellanus, cui iam decretū erat aut mori aut coepta perficere, respondet sibi a Caesare cursum nauigationis praescriptū, a quo neq. posset neq. uellet ulla ratione discedere, & propterea eousq. nauigaturū, quoad terrae huius aut finem aut fretū inueniret. Quod etsi hyeme obstante in praesentia praestare non posset, in aestate tame regionis illius rem facilem fore. Siquidem ipsos tunc uersus Antarcticū terrae huius tractū secuturos, quoad illius tota ea aestas unicus & perpetuus

foret dies. Esse quoquo modo uellent, unde inedia & hyemis incōmoditatem leuare possent. Siquidem lignoru magnam esse copiam, mare, conchylia et pleraq. genera pisciū optimorum praebere. Fontes ibi salubres, aucupium quoq. & uenationem subuenire multis. Panem uero & uinū neq. hactenus defuisse neq. deinceps defutura, dūmodo ea ad necessitatem, & tuendam salutem, non ad uoluptate & luxū dispensari patiatur. Nihil autē hactenus actum, quod aut admiratione dignū, aut quo reditui necessitatē praetexerent. Siquidem Portugallenses nō modo quotannis, sed quotidie fere tropicum capricorni; cū in orientem penetrarent, nullo negotio ad duodecim usq. gradus transcendere. Se autē quantula laude dignos existimandos, qui quatuor nō amplius gradibus longius in austrum processissent. Sibi certe hoc statuum, antea se extrema passurum quam Hispaniam cum ignominia repetiturū: credereq. socios omnes, aut saltem eos in quibus generosus ille Hispanorū spiritus nōdum prorsus esset extinctus, eiusdē quoq. animi esse. Illud itaq. dūtaxat hortari, at reliquū hyemis aequo animo sustinerent: tanto fore uberiora praemia, quāto maioribus laboribus & periculis Caesari nouū & incognitum aromatum atq. auri diuitem orbē aperuissent. Hac cōcione Magellanus suorum animos mitigātos erectosq. esse existimans, intra paucos dies nefaria foedaq. seditione afflictus est. Na uulgo inter nauales socios coepere sermones de uetere atq. aeterno Portugallensium Castellanorūq. odio, Magellanum Portugalensem esse. Nihil ab eo gloriosus patriae suae geri posse, quam hanc classem cū tot uiris perdere. Neq. credendum, etiam si posset, Moluccas insulas reperire cupere, sed satis habiturū si Caesarem aliquot annos uana spe possit circumducere, interim noui aliquid euenturū, unde Castellani ab aromatum inquisitione prorsus auertantur. Neq. item coeptum iter ad Moluccas illas beatas pertendere, sed ad externas aliquas niues ac glaciē & coeli perpetuam intemperiem. Magellanus his dictis mirifice irritatus corrigit socios, sed asperius aliquādo, quam homini peregrino, idq. in regione longinqua praefecturā gerenti cōueniret. Itaq. facta conspiratione nauem occupant, regressum in Hispaniam apparantes,

ille cu reliquis, quos adhuc dicto audientes habebat nauigium illud inuadit. ducemq. eius ac alios praecipuos supremo supplicio afficit, ijs etiā in quos iure id fieri non poterat eam fortē subeuntibus. Erant enim regij quidam ministri, in quos nemo praeter Caesarē ipsum eiusue senatum, capitali poena animaduertere iure potest. Nemo tamen pro tēpore regni imperium detrectare ausus fuit. Licet nō defuere qui adinuicem susurrarent, Magellanum eo modo in reliquos ad unum omnes Castellanos saeuitia grassaturū, donec sublatis uniuersis e medio ipse cum paucis Portugallensibus suis eadem classe in patriā reuerti posset. Altius itaq. hoc odiū pectori Castellanorum insedit. Magellanus tamen cū primum maris procellas & hyemis asperitatem mitescere animaduertit, soluit ex sinu diui Juliani 24 Augusti. Vtq. antea multos dies terrae tractum in austrum uergentē fuerat secutus, conspectum est tandem promontoriū, quod sanctae crucis appellauere. Vbi dū eos saeuior tempestas ab oriente exorta deprenderet, una ex quinque nauibus ad litora elisa est, hominibus cum mercibus & armamentis saluis, praeter seruum unum Aethiopem, qui fluctibus obrutus & demersus fuit. Hinc tellus paulo inter orientem & austrum protendi uisa est, quam dum more suo lustrare incipiunt, 26 Nouēbris, fauces quaedam, quae speciem freti prae se ferrent detectae sunt, ingreditur eas Magellanus, protinus cum uniuersa classe, dum alios atq. iterum alios sinus cōspicit, iubet eos omnes diligenter nauibus collustrare, si uspiā transitus pateret, quas se ad quintū diē quaecunque acciderent, in freti faucibus expectaturum recepit; una ex his cui ipsius Magellani ex fratre nepos Aluaris Meschita praefuit, per sinus ipsius reflexus iterū in mare unde sinū ingressa fuerat defertur. Hispani aut cum se longe a reliquis nauibus distare cōsiderarent, facta conspiratione (!) de reditu, Aluarū praefectū nauis suae, in uinculā cōijciunt, ac iter suum septentrionem uersus capiunt suntq. tandem ad litora Aethiopiae delati, inde parato cōmeatu, octauo mēse postq. a reliquis discesserat, in Hispaniā uenere, ubi Aluarū causam ex uinculis dicere faciūt, quasi ipsius maximo cōsilio atq. suasu patruus Magellanus tāta saeuitia in Castellanos usus fuis-

set: At Magellanus ubi aliquot dies ultra statutū tempus, nauim hanc expectasset, & altera redijsset, quae nihil prae-ter sinum uadosum, scrupulosq. & rupes altissimas in litore cōperisset: tertia uero nauis nuntia- ret sinū hunc maximum freti similitudinē habere, quū triduo nauigantes exitum quidē nullum, sed quo latius progressi fuissent, angustius maris spatiū inuenissent, & eam altitudinē cuius multis in locis nulla longitudine fundum attingere potuere: animaduertisse etiam ex aestu maris, fluxū aliquando quam reflexū uehementiorem, inde illis quoq. persuasum esset illac transitū in aliud aliquod pelagus patere: statuit per hūc uela uentis dare. Erat fretū hoc, quod quidem tūc fretum esse ignorabatur, latitudinis aliquando trium, aliquando duorū, non nunq. decē, aut quinq. milliariorum Italicorū, uergebatq. paululum in occidentē. Altitudo autem poli australis duos supra quinquaginta gradus inuenta est longitudo uero eadem quā ad sinum sancti Juliani cōperissent. Aderat iā mensis Nouembris, noctē habebant paulo amplius horarū quinq. & nullos unq. mortales in litore conspexere. Visa fuit tamē noctē quadā ignium maxima a sinistro latere multitudo, ex quo coniecturā faciunt se ab incolis regionis illius fuisse conspectos. Magellanus autē qd. terram illam fragosam atq. insuper aeternis frigoribus rigentē uideret, indignū iudicabat in ea indaganda plures dies perdere, quā- mobrē tribus tantummodo nauibus cōtinuo cursu in interiora freti uectus est, donec uicesimo secundo die postquā in eo nauigare coeperat, in aliud mare amplum atq. uastū defert? longitudinem freti milliarium Hispanorum ferē centū esse attentur. Terra quam ad dextram habuissent: continentem esse quā diximus haud dubiū est. Ad sinistram autē non emporiū, sed insulas esse existimant, quod aliquādo ex latere illo, in ulteriori litore maris repercussum & fremitum audiuisent. Videt Magellanus, continentē rursus recta ad septentrionē dirigi, quamobrem iubet dimissa terra illa ingenti ad dextram nauigationis cursum per uastū & ingens hoc pelagus, quod nescio an unquā nostras aut alias naues conspexerit, recta eam oram dirigere, ex qua Corus flare consueuit, hoc est inter occidentem & septentrionē,

ea quidē ratione, ut tandē per occidentē in orientem ad rursus sub zonam torridam perueniret, satis enim exploratū habuit Moluccas in remotissimo esse oriēte & haud multum a linea aequinoctiali posse distare. Hic perpetuus cursus fuit: neq. ab eo unquā discessere, nisi quantū tempestatum & uentorum uis eos aliquando aliorum declinare coēgit ubi quadraginta dies hoc modo uehementi & ut plerunq. secundo uento per altū delati fuissent, ac nihil unquā nisi pontum & undiq. pontū conspexissent, iamq. rursus ferē sub tropico capricorni nauigarent, uenere in conspectū insulae due exiguae tamen & steriles, ad quas dū naues appellere conarentur, eas inhabitatas inuenerūt ad eas tamen curationi corporū (Nam piscatio habebatur satis cōmoda) biduum consumptū est. Insulas tamen has infortunatas cōmuni decreto appellant. Tum rursus inde soluerunt, pristino illo cursu & nauigationis instituto. Dumq. iam trimestre supra dies uiginti feliciter p̄r altū hoc ueherentur, ac ingens maris spatiū mensi essent, uastiusq. quam ullū humanum ingenium caperet, quod assidue ferre magna ui uentorū acti essent, consisteretq. iam denuo citra aequinoctialem lineā, cōspecta est eis tandem insula quaeda ab indigenis, ut postea cognouerunt. Inuagana nominata. Qui dū propius accederent, cōpererunt altitudinem poli Arctici undecim graduum. Lōgitudinem uero a Gadibus (!) per occidente 158 arbitrabantur. Protinus alias atque iterū alias insulas prospexere, ita ut se in archipelagū quendā ingentē delatos uiderent, ad Inuaganā uentum est, attamen insula inhabitata inuenta est. Accedūt aliam exilem licet, ubi duas Canoas Indorū cōspiciunt, sic enim hoc genus nauigij, quod peregrinum est ab Indis nuncupari solet, est enim excissum cauatūq. ex unico arboris trunco, capitq. unum uel ad summum alterum hominem, indicijs ac signis sicut muti cū mutis loqui solent. Ab Indis scrutantur nomina insularū, & unde nam eis cōmeatus copia subministrari posset, cuius magna penuria premebantur, intelligunt illa in qua fuerant Inuaganā; ubi tunc essent, Acacan nuncupari, sed utranq. inhospitam. Caeterū haud longe distare insulam, cui Selani nomē esset, quā & fere digito ostendebant. Eam habitatam, & copia omnium rerū

quae ad uitae necessitatem spectarent in ea reperiri. Nostri
 aquatiōe in Acacan facta, ad Selani tendunt, deprehendit
 hic eos aduersa tempestas ut ad insulam illam naues appel-
 lere nequuerint, quin ad Massanam aliam insulam deiecti
 sunt, ubi triū insularū agit rex, inde ad Subuth peruenere,
 ampla haec est & ingens insula, ubi inito cū regulo foedere,
 protinus in terram descendunt, ut sacra de more Christia-
 norū facerēt. Aderat enim festū resurrectionis illius, qui nos
 saluos fecit. Quare in litore ex nauīū uelis & ramis sacellum
 atq. in eo altare Christianorū ritu construit, patrioq. more
 sacra faciunt. Accurrit regulus cū magna Indorum multi-
 tudine, qui omnibus peractis uisi sunt hoc deorū cultu
 delectari. Praefectumq. atq. aliquot ex praecipuis in tuguriū
 reguli deducunt & ea quae habebant cibaria apponunt.
 Panis quē sagum uocat, erat ex trunco seu ligno arboris
 haud multu a palmis dissimilis. Haec frustratim dissecta,
 ac in sartagine oleo frixa panē hunc praebet, cuius par-
 ticulam Reuerendiss. D. T. mitto: potus erat humor qui ex
 cōscissis palmarū ramis defluere & manere solet. Aucupia
 quoq. conuiuīū ornabant. Reliqui fructus illius erat regionis.
 Conspicit Magellanus in domo reguli quendā aegrū & iam
 prorsus ex (!) extenuatum, scrutatur quisnā hic esset, et
 quo morbi genere torqueatur. Intelligit nepotē illius reguli,
 & iam biennio uehementi feбри laborasse: iubet eum bono
 animo esse: si modo Christo se deuoueret, protinus salutē
 & pristinam ualeitudinem recuperaturum. Indus conditionē
 accipit. Cruceq. adorata baptismum capit, postridie se incolume
 affirmat, surgit ex lectulo, ambulat, cibum sumit, ut reliqui.
 Nescio quae insomnia Indis suis narrat. Quid multa? Regulus
 ipse cum Indorum duobus millibus supra ducentos bap-
 tizatur, Christi. nomen & religionem profitentur. Magellanus
 autem hāc insulam diuitem auri & gingiberis esse conside-
 irans, praeterea omnibus circumuicinis insulis situ suo adeo
 opportunam, ut inde facile earum opes & terrae munera
 posset explorare. Quapropter regulu Subuth adit, illiq. per-
 suadet, cum ipse dimisso uano atq. impio deorum cultu,
 se ad Christi religionem conuertisset, aequum esse ut reguli
 proximarum insularum eius iussui imperioq. pararēt, statuisset

se itaque hac de re legatos mittere, & eos qui minus dicto audientes forēnt, ad hoc armis cogere. Placet barbaro conditio, legati mittuntur. Venit idem atq. alter regulus, & Subuthicum patrio more adorāt. Erat proxima insula Mauthan, cuius rex caeteris milite & armis praestabat, ille recusat se eum adoraturum cui imperare iamdiu solitus fuisset. Magellanus, qui quod coepisset conficere cuperet, armari iubet quadraginta ex suis, quorū uirtutē & in bello robur perspectū habuit, in que Mauthan cymbis transuehitur, quae proxima insula erat. Subuthicus regulus aliquot ex suis ei adiunxit, qui insulae situm et naturam locorum doceant, et si in rem esset acie etiam decertent. Rex Mauthan nostros aduentare prospiciens, ad tria millia suos in campum educit, Magellanus suos cum tormentis machinisque bellicis, licet paucis, in litore exponit, quamquam se longe hostibus, inferiorem numero animaduertent, gentem praeterea bellicosam, quae lanceis & alijs longioribus armis uteretur, satius tamen duxit cum eis acie decernere, quam aut regredi aut Subuthico milite uti. Iubet itaq. suos bono ac constanti esse animo, neque terreri hostium multitudine cū saepe uisum esset, cum alias tum proximis diebus, in insula Jucatan Hispanos ducētos, aliquando ducentena & nonnunquam trecentena hominum millia acie fudisse. Subuthicis uero ostendit, se non eos ad pugnandum, sed ad suorū fortitudinem et in bello robur spectandum adduxisse. Itaq. impetu in hostes facto pugnatur acriter utrinq. sed cum hostes numero nostros superarent & longioribus armis uteretur, quibus nostris multa incōmoda inferrēt, cōfossus est tandem ipse Magellanus. Reliqui autē & si nondū planē uicti uideretur. amisso tamē duce pedē referūt. Quos hostes quod in ordine retrocederēt, insēqui nō audēt. Reuertunt itaq. Hispani amissis classis praefecto Magellano & alijs socijs septē in Subuth, ubi nouū classis praefectū eligūt Joannē Serranū, uirū haud spernendū, is protinus inita foedera cū Subuthico rege, nouis muneribus renouat, ac Mauthā regē se deuicturū spondet. Habuerat seruū Magellanus ex insulis Moluccarū ortu, quē alias in Malaccha emerat. Hic Hispanā linguā absolute callebat, & eo alio adhibito interprete

Subuthico. qui Moluccē. sermōis gnarus erat, nostri negotiābatur: hic praelio Mauthēsi interfuerat, & exilia quaedam uulnera in eo acceperat. Qua de re cubabat toto die intētus ualetudini. Serranus qui nihil sine eo pertractare potuit, corripit hominem durioribus uerbis, eum scilicet nō deijisse seruū atq. mancipium esse occiso Magellano, sed grauius seruitutis iugū subiturū & asperrimis loris caesum iri, nisi officiosius demandata ministeria exequeretur. Seruus hic ex his uerbis ingens odiū in nostros concipit. Dissimulata tamen ira post aliquot dies regulum Subuthicū adit, docet insatiabilem esse Hispanorū auaritiā. Illisq. hoc statutū & decretum, ut deuicto Mauthano rege, in ipsum postea saeuiant & captiuum abducant, neq. aliud rebus suis remedium adhiberi posse, quam fraudē fraude praeuenire. Barbarus omnia credit. Clam pacem cum rege Mauthan & reliquis facit, & in nostrorū exitium cōspirant. Vocatur ad solenne conuiuium praefectus Serranus cum reliquis omnibus praecipuis, qui numero 27 fuere. Hi nihil mali suspicati quod Barbari omnia astute dissimulauerant, secure & incaute in terrā tanq. ij qui cum regulo cibum sumpturi essent, descendunt. Inter epulandum ab ijs qui in insidijs collocati fuerant opprimuntur. Fit clamor, undiq. nunciatur protinus in nauibus nostros occisos, & in tota insula hostilia esse omnia: prospiciunt ex nauibus nostris, pulchram crucem quam in arbore posuerat: a barbaris magno furore in terram praecipitari & in frustra secari. At Hispani reliqui qui in nauibus manserant, de sociorum clade edocti, maiores insidias uerentur. Qua propter anchoris sublatis uela uentis ocyus cōmittunt. Adducit paulo post ad litora uinctus misere Serranus, obsecrat, ut á tam dira captiuitate redimatur, se impetrasse ut redimi liceret, modo de suis hoc fieri concedatur. Nostri & si ducem turpe hoc modo relinquere existimabant, tamen fraudem & insidias uerti, in altum tendunt, relicto Serrano misere ad litora lachrymante, opemq. atq. auxilio suorum planctu ingenti lugubriq. implorante. Hispani duce socijsq. amissis tristes, anxijq. nauigabant, non modò calamitate & sociorum clade perturbati, sed quod iam ad eam paucitatem & numerū essent redacti,

qui ad tres naues gubernandas impar haberetur. Qua de re consilium ineunt, & continuo communibus suffragijs nihil magis in rē esse decernunt, quam una aliqua trium nauium igni absumpta, duas duntaxat asseruare. Accedunt itaq. proximam insulam cui Cohol nomen erat, & armamentis in alias duas naues translatis, tertiam hanc concremant. Inde ad insulam Gibeth deferuntur. Quam & si auro ac Gingibere multis que alijs rebus felicem cognoscerent, diutius tamen ad eam non morandum censent, quod Indos illos nulla beneuolentia ad se allicere potuerint. Armis autem decernere paucitas prohibebat. Illinc ad Porne insulam tendunt. Duae in hoc archipelago insulae erant ingentes amplaque, quarum altera Siloli dicta est, cuius rex sexcentos liberos habebat. Altera quam diximus Porne Siloli maior est. Quippe quae nauigatione sex mensium ambiri uix possit. Porne aut̄ triū. Sed quemadmodū illa uastior, ira haec & terrae felicitate beatior, & urbis eiusdem nominis magnitudine clarior est. Sed cū Porne insulis caeteris quas haecenus collustrassent nobilior haberetur, unde & caeteros bonos mores uitaeq. cultū accipere uidebant, statui horū populorum mores et instituta paucis attingere. Sunt omnes hi insulani Caphrae, hoc est gētiles, solem et lunam deos colunt: soli diei, lunae uero noctis imperiū ascribūt, illūmarem, hanc foeminam dicunt, atq. hos caeterarū stellarum parentes uocāt, quas omnes deos esse, minutos tamen arbitrantur. Solem oriente certis carminibus salutant potius q. adorant. Itē lunam noctu fulgentē, a quibus liberos, foecundam pecoris foeturā, terre huberes frutices, aliaq. id genus deposcunt. Caeterum pietatē ac iustitiā colunt, & praecipue pacē atq. otium amat. bellum uero maxime detestantur, regem suum du paci studet, ut deū colunt. Cum belli cupidior sit, nō quiescunt donec hostium manu in acie ceciderit. Qui ubi bellum gerere statuit, quod raro sit, primus a suis in acie collocatur, ubi omnem hostium impetū sustinere cogitur. Neq. strenue in hostem inferunt sese, nisi donec regē suū occisum intelligunt, tunc enim primum pro libertate & futuro rege pugnare incipiūt. neq. unquam apud eos uisus est rex belli autor, quin in acie ceciderit. Qua de re raro bella

gerunt fines protendere iniquū putant. Omnibns aut praecipuū est studiū ne finitimos populos aut peregrinos iniuria lacessant. Veru si quando ipsi lacessiti fuerint, par pari referūt. Et ne latius serpat, protinus ad concordia spectant. Neq. quicquam apud eos gloriosus esse poterit, quam si poterit, quam si quis prior pacē petierit: neq. ite magis indecorum quam in pace petenda praeventum esse, foedum aut atq. dedestabile censent pace petenti negare, etiamsi quis iniuria lacessitus fuerit. Nanque in huius exitū finitimi omnes tanquā dirū atq. impiū protinus conspirant. Quo sit, ut omni fere tēpore tranquillitate & otio fruant. Nulla apud eos latrocinia, caedes etiam nulla. Nemini regem praeterquā uxoribus eius & liberis alloqui fas est, nō nisi eminus per cannas quos auri illius apponunt, & quicquid uolunt per eas insussurant. Post mortem homini nullum esse sensum dicunt, quod nec ullus ante natalē fuisset. Aedes habent exiles ex lignis & terra cōstructas, partim rudere, partim palmatis frōdibus coopertas. In urbe Porne uiginti millia domorū esse certu habetur. Vxores ducūt, quot alere possunt, cibo utuntur, quem aut aucupiū aut piscatio praebet. Panem ex oryza conficiunt. Potū ex liquore qui de conscissis palmarum, ut diximus ramis stillat. Alij mercaturam in propinquis insulis faciunt, ad quas iuncis deferuntur alij uenationi, alij piscationi, alij agriculturae student. Vestes habēt ex gossāpino, animalia etiā fere omnia quae apud nos sunt, praeter sues, bouē & asinū. Equi tamē perexigui et exiles sunt. Caphorae, gingiberis & cynamomi magnus apud eos prouētus. Inde nostri rege illo salutato & muneribus cōdonata ad Moluccas tendūt: quae illis ob eodē rege cōmōstrate fuere. Veniunt ad litora insulae Solo, ubi margaritas magnitudine ouorū turturū aut aliquando gallinarū intelligūt, quae tamen non nisi in altissimo aequore expiscari possunt. Nostri huiusmodi unionē non attulere, quod anni tēpus illorum piscationem nō praedebat. Cepisse tamen ea in regione ostreū attestantur, cuius caro septē supra quadraginta librarū esset. Hinc facile crediderim tante magnitudinis margaritas illic reperiri. Cū satis constet uniones cōcharum partū esse. Et ne quidquā praetermittam,

cōstanter nostri asserunt narrauisse insulanos Porne, rege gestare in diademate uniones duos oui anserini magnitudine. Hinc ad insulā Gilonam uentū est ubi homines conspexere auriculis longis atq. adeo pendulis ut humeros attingerent, quae cu admodum admirarentur nostri, intelligunt ab indigenis, haud longae distare aliam insulam, ubi homines essent non solum pendulis, sed adeo latis amplisq. auriculis, ut cū ex usu esset, altera earū uniuersum caput cōtegeret. Nostri aut qui non monstra, sed aromata quaererēt omissis nugis recta (!) ad moluccas tendūt, octauo mense postquā praefectus eorū Magellanus in Mauthan occubuerat, ab eis repertae sunt. Insulae sunt numero quinq., Tarante, Muthil, Theodori, Mare, & Matthien nuncupatae: tū citra, tū ultra, tū etiam sub ipso aequinoctiali sitae. Alia Gariophilū, alia Myristicā nucem, alia cynamomū gignit. Vicinae sunt omnes, sed paruae atq. angustae admodū. Reges Marmin paucis ante annis immortales animas esse credere coepere. Haud alio argumento ducti, quam quod auiculā quandam pulcherrimā nunquā terrae aut cuiquā alij rei quae in terra esset, insidere animaduertent. Sed aliquando ex summo aethere exanimē in humu decidere. Et cū Mahumetani qui ad eos cōmercij causa cōmearēt, hanc auiculam in paradiso ortā, paradisum uero locum animarū, quae uita functae essent, attestarentur, induerunt hi reguli Mahumeti sectam, quod haec de hoc animarum loco mira polliceretur. Auiculam uero Mamuco Diata appellarunt. Quam adeo sanete religioseq. habent, ut se ea reges tutos in bello existentem, etiamsi suo more in prima acie collocati fuerint. Plebei aut Caphrae sunt, & eisdē fere moribus & institutis, quibus insulanos Porne ostendimus. sunt egentes admodū utpote apud quos nihil praeterquā aromata proueniāt, quae cū uenenis arsenico & Mercurio sublimato uulgo appellato, ac linteis quibus ut plurimum uestiuntur, libenter cōmutant: in quē uero usum his uenenis utantur nondum satis cōpertum est. Viuunt pane sagu & piscibus nōnunquā psittacis. Latent tuguriolis demissis admodū. Quid multa? Omnia apud hos humilia & sordida praeter pacē, otium & aromata. Quorū alterum & quidem pulcherrimum summū q. bonum ingens mortaliū

iniquitas ex hoc nostro orbe ad eos relegasse uidetur. Aromata uero tū auaritia tum insatiabilis gulae auarditas, nos in ignoto etiam orbe illorum quaerere cogit. Adeo hominum proteruia salubria quaeque haud longius satis nequit protrudere, neque quae luxus & libidinis appētere. Nostri uero Moluccarum situ diligenter inspecto, & cuiusq. insulae, praeterea regulatorū moribus exploratis, ad Theodori accedunt, ex quod hanc copia Gariophili caeteris antecellere regē uero prudentia & humanitate reliquis regibus praestare intelligebant. Paratis itaq. muneribus in terra descendunt ac regem salutant, praebentq. munera tanquā a Caesare missa. Ille muneribus benigne acceptis, in coelum suspiciens iam inquit bienniū agitur, cum uos a maximo rege regū. ad inquirendas has terras demissos e siderū ratione cognoui. Quare aduentus uester tāto mihi gratior iucundiorq. est, quanto astrorū significatione diutius mihi praescitus fuit. Et cū nihil huiusmodi euenire scio, quod non tamdiu fatorū & siderum decreto statutū sit, non is ero qui aut facile aut siderum significationi aduersari moliar, sed uolens libensq. post hac deposito regio fastigio me tantūmodo regis uestri nomine huius insulae procurationē gerere existimabo. Quare naues in portū subdicite, & reliquos socios in terrā tuto descendere iubetote, ut nunc tandē post tā lōgam maris iactationē totq. rerū pericula secure terrae benignitate frui & corpora curare possitis. Neq. aliud existimate quam uos in regis uestri regnū uenire. His dictis rex deposito diademate singulos amplectitur, & quae terra illa alimēta habebat afferri iubet. Nostri hac re laetali, ad socios redeūt, ac quae acta sunt renūntiant. Hi hac regis comitate & beneuolentia laetati insula potiuntur. Vbi cū aliquot diebus regia munificētia fuissent recreati, inde ad reliquos regis legatos mittunt ad insularū copias explorandas, & regulatorum animos cōciliandos. Tarante proxima erat, & haec quoq. minima est insula. Quippe quae paulo ultra sex milliariū Italicorū ambitū habet. Est huic proxima Matthien & ea exilis. Hae tres Gariophili magnam copiā gignunt, sed longe uberiores in quartum annum. Arbores hae non nisi in abruptis rupibus prouenire solēt, & ita densantur, ut plerunq.

lucu faciant. Arbor haec tum folijs, tū crassitudine tum ipsa etiā altitudine lauro simillima est. Gariophilum quē uulgo a similitudine clauū nominant nascit ex summis singulis ramusculis. Corolla primum, tum in ea flos haud alius, quam mali aurei prodit. Aciesq. seu cuspis ipsa Gariophili summo stipiti insidet, donec paulatim in longum exurgens mucronem efficit. Rubescit primū, mox sole tostum nigrescit. Huius arboris syluas inter se, quemadmodu nos uineas, indigenae partitas habent. Gariophilōsiris cōdunt, donec alio a mercatoribus transferatur. Quarta insula Muthil haud caeteris maior. Haec cynamomum gignit. Arbor haec surculosa et alioqui sterilis siccitate gaudens simillima est arbori, quae malū fert punicu. Huius cortex ad solis calorē dehiscens a ligno auellitur, & paululum ad solem detostus fit cynamomum. Huic propinqua est alia insula, quae Badam appellatur, Molaccensibus insulis maior ampliorque. In ea Myristica nux nascitur. Cuius arbor procera amplaque est. Arbori quae nucem iuglandem fert admodum similis. Neq. haec nux aliter quam iuglans producit, gemino protecta operimento, puluinati primum calycis, sub hoc tenuis membrana, quae reticulatim nucem amplectitur. Hec apud nos Muscatae flos, ab Hispanis macis uocatur, nobile atq. salubre aroma. Alterum opperimentū ligneum est putamē, ut auellanae cui quā diximus ipsa nux inest muscata. Gingiber uero passim in singulis insulis huius archipelagi nascitur. Aliud seminatum, aliud spōte prouenit. Sed quod seminatur nobilius est. Herba similis illi quae crocū fert, & eo modo eius radix fere nascitur, quae Gingiber est. Nostri ab regulis singulis benigne suscepti fuere, & exēplo regis Theodori sese Caesaris imperio ultro submittere. At Hispani qui non nisi unam atque alteram haberent nauium, statuere de singulis quidē aliquid afferre, sed naues Gariophili onerare, quod huius & anno illo uberior prouentus fuisset, & huius generis aromatis maiorē copiam naues capere possent. Impletis itaq. Gariophilo nauibus, & literis muneribusq. a regibus ad Caesarem acceptis, discessum parat, literae plenae erant fidei atq. obseruantiae, Munera erant enses Indici aliaq. id genus. Sed praecipuum Mamuco Diata, hoc est auicula dei, qua se in praelio tutos

inuictosq. putant. Harū quinq. missae fuere, unam impetraui a praefecto nauis, quā Reuerendiss. D. T. mitto. Non quod se ea ab insidijs & ferro tutam putet, ut isti perhibent, sed quod eius raritate & pulchritudine delectetur. Mitto quoq. & cynamomi & muscatae & Gariophili aliquid, ut cognoscat nostra aromata ijs, quae Veneti & Portugallen. afferūt, non modo nō deteriora, sed nobiliora quod recentiora sunt. Nostri dum ex Thedori regredi necessum fuerit, Hispani dū hoc incōmodum non nisi magno negotio & in multorū dierim spatio posse tollere animaduenterent, conuenere ut altera nauis ad promontorium Cattigata inde per altū quam longe posset a litoribus Indiae ueheretur, ne a Portugallensibus conspici posset, donec promontorium Africae, quod ultra capricorni tropicum protenditur, & cui bonae spei Portugallen. nomen indidere, in conspectum ueniret, quod inde haud difficilis in Hispaniam esset nauigatio. Altera uero nauis cum primū refecta esset, rursus per archipelagu uastumq. illum oceanū ad litora illius cōtinentis, quam supra memorauius, cursum caperet, donec eam orā reperiret, quae a regione Darienis esset, ubi angusto admodū terrae spatio australe illud mare ab occidentalis, in quo Castellanorum sunt insulae disiungitur. Soluit itaque denuo ex Thedori nauis altera, & citra equinoctialem ad duodecim gradus uecta, promontorium Cattigatae, quod Ptolemaeus longe etiam ultra aequinoctialem protensum arbitratus est, non inuenere. Sed postquam ingens maris spatium demensi essent, ad promontoriū bonae spei, inde ad insulas Hesperidum delati sunt. Et cum haec nauis longa hac nauigatiōe cocussa aquā admitteret, non potuere nautae, quorum iam multi etiam rerū & nauigationis incommoditate perierant, exhauriendae sentinae satagere. Quapropter in unam insularum, quae sancti Jacobi nuncupatur, descenderunt, ut seruos emerent. Nostri autem dum pecuniam nautarum more nō haberent, Gariophilum pro seruis offerunt. Qua re per Portugallenses quī in illa insula magistratum gerunt intellecta, tredecim ex nostris in uincula coniecti sunt. Reliqui in numero decem & octo erant. Hac rei nouitate territi, dimissis socijs continuo in Hispaniam tendunt. Quo decimo sexto

mense postquam ex Thedori discessere, salui atq. incolumes sexto Septembris ad portum Hispali propinquum peruenere. Digniores profecto nautae qui aeterna memoria celebrantur, quam qui cum Jasone ad Colchidem nauigarunt Argonautae. Nauis autem ipsa multo dignior, ut inter sydera collocetur, quam uetus illa Argo. Haec namque ex Graecia duntaxat per pontum uecta est, nostra uero ex Hispali austrum uersus. Indeq. per uniuersum occidentem perq. inferius hemisphaerium, in orientē penetrans, rursus in occidentem remeauit. Reuerendissimae D. T. me humillime commendo. Datum Vallisoleti die XXIII. Octobris M.D.XXII.

E. Reuerendiss. ac Illustriss. D. T.

Humillimus & perpetuus seruator.

Maximilianus Transsylvanus.

INDEX TERNIONVM.

$\alpha \beta \gamma \delta$ a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z. A B C
D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. Aa Bb Cc Dd.

Omnes sunt terniones praeter Dd quaternionem.

BASILEAE PER IO. HERVAGIVM MENSE NOVEMBRI.
ANNO M.D.XXXVI.



XVI.

SCHESAEUS KERESZTÉLY

latin költeménye

„DE CAPTO ZIGETHO“.

Bevezetés.

Szigetvár hősiek védelméről az első költői feldolgozás egy 533 sorra terjedő latin költemény, melynek szerzője Schesaeus Keresztély szász költő volt. Schesaeus életéről egy pár adatot Éder Károlynál, az ő főművének, a *Ruinae Pannonicae* harmadik kiadójánál találunk a *Scriptores Rerum Transsylvanicarum* (Cibinii MDCCXCVII.) cz. gyűjtemény I. kötetében *Notitia literaria* cz. alatt. Éder a Schesaeus életét a vele egykorú Hendel Izsák kézirati évkönyvei és magának Schesaeusnak munkái alapján állítja egybe. Költőnk Medgyesen született a XVI. század negyvenes éveinek elején. Brassóban tanult, majd Wittenbergában végzi tanulmányait. 1558. Kolozsvárra ment segédlelkésznek, innét Berethalomra, 1569—1585. medgyesi lelkész és egyszersmind egyházkerületi főjegyző volt. A XVII. század elején végezte be életét. Fő költői munkája volt a *Ruinae Pannonicae*, melyek Magyarország és Erdély állapotát zengik meg ékes latin hexameterekben II. János király idejében. Ehhez a négy könyvre osztott epikus költeményhez, melynek III. és IV. könyve a Tinóditól is megénekelt Losonczy István viadalát és Eger vár ostromát tartalmazza, csatlakoznak mint kisebb terjedelmű epikus költemények Gyula és Sziget bevételei. 1584-ben folytatta a *Ruinae Pannonicae*-t hat könyvbe.

Éder felsorol még egy költői művet: *Historia de bello Pannonico Solimanni ultimo libri tres Wittenberge 1571.* cz. alatt, mely nem lehet más, mint az a kiadás, mely az akadémiai könyvtárban M. Tört. Qu. 397. jelzéssel található, melynek czimében bennfoglaltatik Szolimánnak utolsó hadjárata.

Tinódi és *Schesaeus* az epikus feldolgozás tekintetében találkoznak. Mindketten a krónikás hűséget tüzik ki célul, mint az kitetszik azon párhuzamból, melyet Éder a Temesvár hősies védelmére vonatkozó költemények közt von. Ugyane szellem lengi át azt a költeményt is, melyet alakhíven fordítottam le azon érdeknél fogva, mely e költeményhez fűződik a Zrinyi Miklós hatalmas eposának szempontjából. A Tinódi-iskola, ha szabad így szólanom, a históriás ének műfaja nyilatkozik meg Schesaeus költeményében is. De egy nagy különbség van. Schesaeus a latin epos frazeológiájának van birtokában, ihletet Vergiliustól nyer és az antik epikai stíl szellemében meglepő könnyedséggel és a megáradó ó reminiscenciák zengetes fordulataival alkotja meg művét.

Erről győződtem meg azon egybevetés alapján, melyet Simai Ödön végzett az Egyetemes Philologiai Közlöny 1903. évi folyamában *A szigeti veszedelem első költői feldolgozása* cz. alatt megjelent értekezésében, hol párhuzamba állítja a Schesaeus költeményének a Lugossy-codex 92—102. lapjain olvasható *História az Szigetvárnak veszéséről* cz. históriás énekével, mely

Ezeröttszáz hatvanhat esztendőben
Keresztyének nagy pusztulásában

készült. Különösen meglepő találkozás és mintegy ráutal Schesaeus forrásaira a magyar históriás éneknek az a részlete, mely a mi költeményünknek költői szempontból is valóban értékes része, az ifjú pár epizódja, melyben az ifjú nő, kit a férj barátjára biz, hogy ölje meg, nehogy a gyűlölt török huzcolja el rabul, esdekelve kikönyörgi, hogy szólhasson férjével. A jóbarát ezt megengedi. Ekkor az ifjú nő férje nyakába borul, kéri, engedje meg, hogy maga is a csatába menjen. Az ifju nő pánczélt ölt, lóra pattan, csatába rohan, elesik. E mozzanat rávezet annak a kérdésnek kutatására, honnét meríté Schesaeus a maga költeményének tárgyát. Természetes dolog, hogy csak közvetlenül a Szigetvár eleste és a Ruinae Pannonicae wittenbergai kiadása, tehát 1566 és 1571 közti időről lehet szó.

Egyik forrást alkotá, mint a fentidézett epizód kétségtelessé teszi, a magyar históriás ének. Valószínűen nem

sokkal ezután keletkezik a horvát krónika, melynek fordítását adta Budina. E fordítás megjelent Bécsben 1587-ben egy felette érdekes gyűjteményes munkában, melyet Zrinyi Miklós veje, Forgách Imre adott ki, melyhez Petrus Albinus wittenbergai történelmi tanár irt egy igen jellemző előszót, melyben a szigetvári hősrre a Katzianer meggyilkolásából származó súlyos erkölcsi terhen igyekszik könnyíteni, hogy a család előtt a nagy hőst feddhetetlen jellem fényében ragyogtassa. Ugyane gyűjteményben vannak a Zrinyi- és Forgách-czime-rekről írott epigrammák, a szigetvári hőst magasztaló elegiakus versek és a mi legértékesebb, Forgách Ferencz történelmi művéből vett kivonat. E kivonatot egybevetettem Forgách Ferencz *Magyar Historiájának* a herczeg Esterházy-féle kézirat alapján Majer Fidél által eszközölt kiadásával (Pest 1866. Magyar történelmi emlékek XVI. kötet 320–325. lapjain) és több apróbb eltérésen kívül, szószerinti egyezést is találtam, de az *építome*-nek nevezett kivonatban, mely a fentemlitett 1587-iki wittenbergai kiadásban megjelent, a Zrinyi buzdító beszédei is megvannak, melyek Forgách történelmi művéből hiányoznak. Ez kétségtelenné teszi, hogy Forgách művének volt egy nagyobb terjedelmű formája. Oly döntő bizonyítékot bírok felhozni, mely állításomat teljes mértékben igazolja. Az esztergomi káptalan könyvtárában van egy becses kézirat, mely a Batthyáni gyűjteményből került oda és Cat. X. Sect. 4. a. jelzéssel van ellátva, e kézirat 919–941 lapjain, melyeket még 1896-ban másoltattam le, a Petrus Albinus előszava a Forgách Ferencz történetéből: *Zigethi Hungariae Claustris praestantissimi Vera descriptio et obsidionis epitome* cz. alatt olvasható kivonat, a Zrinyi hőstettére vonatkozó elegiakus versek fordulnak elő. E kézirati *építome* szórul-szóra talál a wittenbergai kiadással.

Előfordul a káptalannak egy határozata is, melyből megtudjuk, hogy 1734-ben is adtak engedélyt a kézirat nyomtatására. Schesaeus költeményének menete e kézirati szöveggel jár egy nyomon, annyira, hogy midőn Forgách felsorolja az ostromnál elesett legkiválóbb vitézeket: Csáky Györgyöt, Bajoni Jánost, Byka Andrást, Farkassy Pétert, Kecskés Györgyöt, a mi költeményünk így hangzik:

Itten a hősi tusában a Hon meg a szent Hit ügyeért
 Hogy kiket ejte a porba a vad Mars, főuri népet
 És a legénységből is hány nős ifjú leventét,
 Nem jut eszembe nevök, pedig ők méltók örök Élet
 Nagy könyvébe iratni, mit égben az Úr keze ír be...

A várnak már bevett falai megett egy lőporos akna felrobbanása következtében támadt iszonyú rombolás és a betörő janicsárok nagy pusatulása ép úgy záradéku fordul elő az ostrom rajzában, a költeményben, mint Forgách kéz-irati kivonatában.

A horvát krónika Budina-féle fordításában egy oly jellemző találkozást találtam költeményünkkel, mely e forrás ismeretére vall. Ugyanis Zrínyi szigorú intésében, melylyel a vár népét föltétlen engedelmességre szólítja föl, a többek közt így szól: „Továbbá a ki török levelet kap vagy elolvas, rögtön halál fia. A ki nyíllal belőtt levelet kap, vagy valahol talál, azonnal adja át kapitányának, ki azt tüstént megégesse“. Azután meg így fenyegetőzik: „És ha két embert rajtakapnak, hogy titokban tanácskoznak, egymás közt sutognak, mindkettőt föl kell akasztani“.

Költeményünk is így hangzik:

„Titkos szót a fülébe ne sugjon senki a másnak
 És ha a nyíl szárnyán eme várba repülne levélke,
 Azt ujjal se merje bizony érinteni senki
 És mozdulni parancsszó nélkül senki ne merjen,
 Mert a fejével játszik a szófogatlan, a hűtlen.“

Zrínyi ünnepi díszbe öltözését, de főként ama kardnak felkötését, melylyel az első hadi babért szerezte, a Budina szövegével egybehangzóan adja elő a mi költeményünk. „Ez az az egy kard a régi kardok közül, melylyel az első dicsőséget arattam és megszereztem. a mim van“ — mondja a horvát krónikás Zrínyije,

„Eme kard vala, melylyel nyertem az első
 Harezi babért, a mely által az égig hat föl a hirem“.

A magyar krónikás versében Zrínyi nem vett részt az utolsó kirohanásban, mert betegen feküdt. Ez lényeges eltérés, mely Schesaeus költői felfogását igazolja. Ugyancsak a magyar költeményben Szolimán bánatában hal meg, Schesaeusnál bosszúságában a guta üti meg. Azt, hogy Mechmed basa eltitkolta a török császár halálát, Budina is említi,

de másként adja elő, mint Schesaeus, ki itt is eltalálta az epikus kompozíció követelését.

De legfőbb költői bece Schesaeus fölfogásának, hogy nála az elesett Zrinyi levágott fejét egyenesen a csatából küldik Miksa császárnak, míg a horvát krónika szerint Mechmed basa a budai basa Szokolovič kezébe juttatja és általa göngyölteti selyembe és küldeti el Bregetumba (Ószönybe) Miksához. Itt is a történeti hűséggel szemben a költői fölfogást juttatja érvényre Schesaeus.

Még egy érdekes költői mű kínálkozik a párhuzamra: ez Karnarutič horvát költő *Vazetje*-je, melyet zárai Karnarutič Bernát irt és Velenczében 1584-ben kiadott és magának Zrinyi Miklós fiának, Györgynek ajánlott. E költemény újabban tudományos szempontból kiváló érdeket nyert, mióta Hajnal Márton az Egyetemes Philologiai Közlöny 1905. évi II. és III. füzetében írott kiválóan becses tanulmányával és a IX. füzetben magának a *Vazetje* fordításával újra fölhívta a figyelmet e műre, mint Zrinyi Miklós egyik forrására. Ahhoz a kérdéshez, hogy Zrinyi a maga művének alapeszméjét is megtalálta Karnarutičnál, mint Hajnal kimutatni igyekszik, tartózkodom szólni, mert nem érzem magam hivatottnak a Zrinyi-irodalomban felmerült vitába beleszólni. Egy tény: a XVI. század epikus fölfogása és a XVII. századé közt a különbség, hogy míg amaz, ha szebb, költőibb formában is a krónikás irányt követi, Zrinyi, bár bizonyos mentegetőzések mellett is, mi bizonyítja ez irány hosszas uralmát, az önálló és pedig a renaissance szellemében alkotó meg kompozícióját.

Nekem feladatom a Karnarutič-költeménynek a Schesaeuséval egyező, akár a családi hagyományban, akár a szláv mondákban megerősödött történeti mozzanatait egy pár szóval megemlíteni.

A *Vazetje* III. és IV. része adja elő a Sziget ostromát. Az elbeszélés menete, a bátorító és intő beszédek beszövése, a végső kirohanás körülményeinek előadása meglepő összhangzásban áll a két költeményben.

Nézzük például a Szolimán halálára vonatkozó részt: „Beteg lett a czár a sátor előtt állva, látva övéinek rom-

lását, rossz kimeneteltől tartva szomorúság fogja el és keserűség szállja meg és a miénkhez jön az erdő felé közeledve. (64—68.) A szíve rosszul ver, halálos verejték lepi el és a halál hozzásompolyog, hogy lekaszálja. Mikor Szokolovič bég fekvé találta, a mint haldokolva kinyújtózkodott. (68—77.) Hívja őt, de hasztalan, nem nyílik ajka szóra, Szolimán szultán, a czár kiadta lelkét.“ Így Karnarutič.

„Már nem bírja tovább el a szégyent és nem a romlás
Gondolatát, mely őt, a vezéreit éri s a népet:
Trónja magas polczárul alá lezuhanva rogy össze,
Dermed a teste, halálnak a jégkeze tette merevvé,
Nyögve leszáll a sötét árnyakhoz búsan a lélek.“

Így zeng Schesaeus. Hogy ez eltérés a latin költő javára irandó, azt nem szükséges fejtegetni.

Karnarutičnál Begler bég tudja meg a halált. Eltitkolja és állítólag a szultán nevében ily parancsot ad: „Én most nem kérlek benneteket, sem nem könyörgök nektek, hanem kardot rántva parancsot hozok nektek, melyet a czár Szolimán, kibén forr a harag, adott ki, hogy minden muzulmán menjen ostromra“. (88—92.)

Schesaeusnál egy basa (nincs is megnevezve) lép be a trónterembe, látja a dolgot, két basát behív és tanácsot tartva velök, elhatározzák, hogy titokban tartják az eseményt. Mikor szomorú, könnyes arcukat meglátják a táborban és az okát kérdik, a basa így válaszol:

„Bősz a nagy úr, a haragja viharzik, szórja az átkot.
Es fenyeget bennünk s titeket mind szörnyű halállal
Hogy ha hatalma alá nem hajtjuk e várat, e népet.“

E párhuzam Schesaeus költői tehetsége mellett bizonyít. Költőnk egyéniségét egy szép tanulmányban rajzolta meg M. Albert, a múlt század legkiválóbb költője a medgyesi gimnázium 1873-iki értesítőjében, melyben a Ruinae Pannonicae-ből a szebb részleteket kitűnő fordításban mutatja be.

Magam e költeményt le is fordítottam és a Kisfaludy Társaság 1905 nov. 29-iki felolvasó ülésén be is mutattam. Engem Schesaeus e nagyobb terjedelmű epikus költeményének fordítására az a kapcsolat lelkesített, mely páratlan kompozíciójú Zrínyiászuinkhoz fűzi és jól esett a szász költő meleg hazaszeretete is.

RVINAE
PANNONICAE
LIBRI QVATVOR: CON-
TINENTES STATVM REIPVB: ET
RELIGIONIS IN VNGARIA, TRANSYLVANIA
vicinisque regionibus imperante Ioanne Secun-
do Electo Rege Vngariae etc.
Addita est historia de bello Pannonico Solymanni Im-
peratoris Turcorum ultimo, Iulae et Zyge-
thi expugnationem continens.

Autore

CHRISTANNO SCHESAEO
MEDIENSI TRANSSYLVANO.
IEREMIAE V. CAP.

Ecce ego adducam super vos gentem de longin-
quo ait DOMINVS, gentem robustam, gentem an-
tiquam, gentem cuius ignorabis linguam, nec intelliges,
quid loquatur, pharetra eius quasi sepulchrum patens,
vniversi fortes. Et comedet segetes tuas et panem tuum,
devorabit filios tuos et filias tuas: Comedet gregem tu-
um et armenta tua: Comedet vineam et ficum tuam,
et conteret urbes munitas tuas, in quibus tu habes fidu-
ciam, gladio etc.

WITTEBERGAE.

Excudebant Clemens Schleichet An-
tonius Schöne.

ANNO M.D.LXXI.

DE CAPTO ZYGE-
THO HISTORIA.

Interea Caesar tercentum millibus arcem
Undique difficili premit obsidione Zygethum.
Coruatiæ extremas positum bellacis ad oras,
Qua Styria, et ruris celebrata Carinthia campis,
Regna Liburnorum meta propiore salutat,
Italiae portus, scutum Austriacæque Viennæ.
Aggeribus valloque amplo fossisque profundis
Firmata, et rapidis circum undique fusa fluentis:
Hanc prius exstructam spaciosis moenibus auxit
Zerinius, contraque hostiles reddidit aptam
Incursus, valido hoc arceret ut obice Teucros,
Europæa ausos regna infestare rapinis.
Huc ubi tempestas, rabies insanaque Teucrum
Appulit, armorum eximio splendore coruscans:
Nec numero maior, nec plebs diversior unquam
Linguis, Ungariam Scythiæ glacialis ab oris
Effusa intravit: tellus gemuisse sub armis
Fertur, et a sociis epotos millibus amnes.
Protinus imperio Romani Caesaris, arcem
Ad defendendam vi multa intraverat Heros
Zerinius, meritis, genere, et virtute superbus,
Nostra virum similem cui nunquam protulit aetas.
Sex armatorum stipatus millibus hostis
Pectore constanti vim sustinuisse parabat.
Hunni pugnaces et multo robore præstans
Dalmata, Teutonico cum milite, cumque Liburnis
Intus erant, bellicæ arx omni plena paratu:

Ut nec fraude capi possit, neque viribus ullis
 Unquam expugnari, populique, ducumque superbo
 Iudicio: sed quas hominum manus extruit urbes,
 Diruit haec eadem, fundoque evertit ab imo.

Undique cum pressam Dux obsidione videret
 Arcem, gramineosque armis splendescere campos
 Teucrorum, densa, montes et amoena vireta,
 Nube tegi veluti, pecudumque, hominumque caterva:
 Convocat extemplo proceres populumque potentem,
 Ad quos armato medius stans agmine fatur:
 „Quis status hic rerum, fratres, quae forma, videtis,
 Armis dum petimur, iuguloque haec imminet atra
 Nostro tempestas belli, fatumque supremum,
 At nos praesentes non exhorrescere casus
 Par fuerit, quorum virtuti, publica et armis
 Christiadûm est commissa salus, sacra iura, penates.
 Hos furor immanis, diri et mens conscia facti,
 Praecipites agitat, vulgique incondita tantum est
 Colluvies, disciplina sine et ordine pugnans:
 Blasphemo aeternum quae et polluit ore Tonantem.
 Quo mala, et adversos toleremus alacrius hostes,
 Militiae has placuit cunctis praescribere leges:
 Nec cui suspectus possim, fallaxque videri,
 Ex imo cordis rata iuramenta recessu
 Teste Deo haec recito, Supremo iuro Tonanti
 Praecipue, Regique dehinc, patriaeque, meisque
 Vobis militibus, Non me dum vita superstes
 Cara mihi fuerit, concessurum hostibus arcem,
 Vivere vobiscum cupio, perferreque mortem.
 Mente aliud quod si caelo, quam lingua fatetur,
 Vindex sit Deus en libra qui ponderat aequa
 Res hominum, praesentique aspicit omnia vultu.
 Proderit hic etiam concordia, certus et ordo,
 Imperioque ducum mens vulgi addicta potenti.
 Neve quis alterius clam verba susurret in aurem.
 Nuncia si telo transmissa papyrus in arcem
 Venerit, haud ulli liceat contingere dextra,
 Ne de mandata miles statione vagetur

Usquam, sub capitis mando graviore periclo,
 Certa sit ut prorsus constantia vestra fidesque
 Lege pari a vobis data iuramenta reposco.“
 Finierat postquam, medio crux alta theatro
 Erigitur, luat ut populus commissa rebellis.

Jam rabiem, vastosque irarum effundere fluctus
 Ardebat Caesar, maturius ergo profundas
 Implevisse iubet fossas, siccareque multo
 Flumina lignorum cumulo et telluris acervo,
 Impetus undarum vehementior obstitit ausis
 Tam diris, molemque omnem abripiuere procellae.
 Fossa per inductos fere erat siccata canales
 Cum molli lana repleti, et bombyce currus
 Mille ter, immensum ad foveae merguntur hiatum
 Jam quoque subvectis aequabat molibus arcis
 Muros praecipiti ferientes culmine coelum,
 Quando terribili volutantia murmure pila,
 Spargere tormentis hostis cessabat ahenis.
 Nec mora, viginti bis tentant, millia Teucrum,
 Alta super multo conscendere moenia nixu.
 Exoritur clamorque virum, clangorque tubarum,
 Horridus armorumque fragor, prostrata corusco
 Ense, vel oblongis contis turbata deorsum
 Corpora, spumantes foedarunt sanguine muros:
 Sparsaque diffuso maduerunt saxa cerebro.
 Pars Teucrum potior, sub moenibus occidit altis,
 Semineces alii, gressus flexere retrorsum.

Bis quadraginta, post, millia Caesar adegit
 Scandere fatales muros, maioribus ausis,
 Verum aliis multo caesum crudelius agmen
 Interiit, reliquos metus et pudor anxius ursit
 Vertere terga retro atque implere ululatibus auras.
 Agmina multiplicat, semperque prioribus addit
 Corpore, vique animi meliores deinde phalanges
 Caesar: nil studio, verum neque proficit arte,
 Cum sic magnanimum, scriptis affatur amicis
 Zerinium: „Genus alto a sanguine ducens
 Consiliis, armisque potens, fortissime Princeps:

Luctifico proprias quid bello perdere vires
 Atque meas pergis, cum crimine, cumque periclo
 Amborum ingenti, tot enim succumbere gentes
 Eximia celebres totum virtute per orbem,
 Nonne Deum credas ultrici cernere vultu?
 Haud ego canitie gravis et iam tardior annis,
 Praecipuus belli maneo lacrymabilis autor,
 Si mihi, ceu summo quae debuit aera Monarchae
 Pendisset, poterat Rex alta in pace Quiritum
 Florere et placidam securus ducere vitam,
 Jure ergo belli repeto, quae ferre negavit,
 Invitus quamvis: mea nam praecordia torquet
 Cura ea, quo superum placato numine, possit
 Mens tranquilla frui coelo, aeternumque beatis
 Sedibus optatum, hinc migrans, contingere portum.
 Arma decent iuvenes, oratio casta senectam,
 Improvisa cui propius necis imminet hora.
 Sat patriae, regique datum est, obsistere fati
 Legibus, immoto Parcarum pollice ductis:
 Impius et sanae est menti contrarius error.
 Si mea verba fidem, te apud, indubitata merentur,
 Incolumis vitam duces, arcisque manebis,
 Totius et gentis Princeps, Dominusque Liburnae.“

Ad quem Zerinius: „Frustra Solymane laboras
 Ferrea fucatis corrumpere corda loquelis.
 Imperio quae regna premis, vi et fraude parasti,
 Nec fuit in toto tibi gratior orbe voluptas,
 Quam si Christicolum foedares sanguine dextram.
 Arbitrium tibi lex, vis, fasque, occasio belli
 Opportuna, sato ad perdendum funditus orbem.
 Si tua contemsi, florentibus integer annis;
 Iussa, atque oblatos irrisi semper honores,
 In vitium mea cum proclivior esset et aetas,
 Cur iam desiperem, tot tempestatibus actus
 Communis vitae, rerumque peritior usu?
 Quid mihi partus honos, totius tempore vitae
 Proderit? ante obitum supremaque funera si iam
 Desertor Patriae dicar, vel proditor arcis?

Illane dilectis linquenda est gloria natis?
 Uxorique, mihi et quos sanguis iunxit amicis?
 Nomen perpetua virtute tuebor honestum,
 Sive frui vita, seu morte perire necessum est.“

His animum dictis commota bile furentem
 Impulit ad notas vires fraudesque Tyranni.
 Durius increpitans et nomine quenque vocando
 Hortatur, coeptum non ante abrumpere cessent,
 Quam capiant arcem, pereant vel funditus omnes.
 Si pretio spreto nollent urgere laborem
 Marte fatigati, ter magnum supplicat, Allam
 Respicerent, deceat quem propter linquere vitam.

Sic fatus, cuncti monitis parare parati
 Bassae, vi populos cogunt invadere muros:
 Sed caesi toties, iterumque, iterumque fugantur.
 Caesar, cum procerum cladem, populique cruentam
 Spectaret, canos barbae vulsisse capillos
 Dicitur, atque aegro rupisse hanc pectore vocem:
 Dii, si qua est pietas, illum sub Tartara telo
 Mittite fulmineo, aeternisque exurite flammis,
 Qui prior hos curvo signavit limite muros,
 Utilius mansisse domi, et frenare potentes
 Imperio gentes, tranquilla in pace, fuisset.
 Heu male neglectis certis, incerta secutus,
 Quae patior? Cui me exitio fortuna reservat?

Finierat postquam gemitus: iubet ordine Bassas
 Cogere, praestantem bello, rauco aere, iuventam,
 Cum sic sublimi Caesar de sede profatur:
 „Gens Othomanorum praelustri a sanguine ducens
 Et genus, et nomen, censu quoque maior et armis,
 Omnibus in triplici populis habitantibus orbe,
 Heus nostris animos, auresque his arrige dictis:
 Multa licet bello diuturno incommoda simus
 Perpressi, tamen hanc sors instaurare ruinam
 Concedet melior, memores virtutis avitae,
 Si contra adversos audentius ibitis hostes,
 Quos macies, gravis et belli domuere labores,
 Aggere nec valli, nec muro obstante teguntur.

Ut maris insanos contemnit navita fluctus
 Lucro inhians, portumque animo, mercemque volutat :
 Et segetem pingui committens rusticus arvo,
 Grandine cum nimbis spreta, meditatur aristas :
 Sic decuit bello contemnere vulnera fortes,
 Et spolia atque amplos toties repetisse triumphos.
 Praemia iam vobis, iam clades ultima victis
 Imminet, exiguum pensabunt multa laborem
 Commoda : mancipia et pictis cum vestibus aurum,
 Armaque, sidereaque aequantes lilia vultu
 Paestanasque rosas, nuptae, innuptaeque puellae,
 Cornipedesque acres, huius certaminis amplum,
 Vos pretium expectat, flammamque ardentibus addit.
 Hoc duce pugnatis, cui fato contigit armis
 Hungariae, tota cum gente, excindere regnum.
 Frustra tentatam toties, nos cepimus Albam
 Bulgariae, et nostris Buda inclyta paret habenis.
 Regem armis domitum per me, arva Mohatia praebent
 Non obscura hodie iusti monumenta doloris.
 Cum planctu nostras aspexit et Ausfria vires.
 Quid Rhodon excelsam memorem ? nil egimus unquam
 Caepo ubi non fuerit sors semper amica labori,
 Sola meos laqueos hyeme adventante Vienna
 Evasit, fidensque armis, opibusque superbis.
 At nunc vel moriar, regni mecumque ruinam
 Ipse traham : aut Zigeth et claram expugnabo Viennam,
 Usque adeo vetus est infixi iniuria menti.
 Si trepido quis forte metu percussus abibit,
 Detrectans pugnam et se sub tentoria condet :
 Sive habeat celeres avis instar praepitis alas,
 Per mare, per terras fugiens perque astra, severum
 Non tamen is nostrum queat evasisse furorem,
 Suppliciumque atrox, genus et miserabile mortis.
 Ergo agite ô socii, iam summum urgete laborem
 Vi valida, fusoque animos explete cruore,
 Caedibus assuetasque manus aptate rapinis.
 Cuncti adsint, meritaque expectent praemia palmae,
 Vos mens insequitur favor ingens, atque supremi

Non alias frustra, cui dona sacravimus, Allae.
 Parte alia audentes animabat voce cohortes
 Heros Zerinius, solio sic orsus ab alto:
 „Ni mihi nota foret, multis exercita fatis
 Vestra fides, socii, constansque et vivida bello
 Virtus, verborum vos longa ambage docerem
 Nunc opus esse animis, opus esse et pectore firmo.
 In nostrum exitium cum coniuraverit agmen
 Cyclopum et cunctos rictu rabido ore vorare
 Contendat vi armorum, munere, fraude, minisque,
 Nil intentatum summo conamine linquens.
 Pro re pauca loquar, flammam ferventibus addens:
 Cedite non armis socii, nec fidite teucris,
 Est quibus innatum periura fallere voce
 Christicolas, quos contra odium implacabile gestant.
 Ut non Aethiopes atras in corpore pelles,
 Nec rabiem lupus errans mutat ovilia circum:
 Aduersum sic nos hostilia pectora Turci
 Semper alunt, solitaque nihil feritate remittunt.
 Cernitis, ut bello fracti, dare terga retrorsum
 Accelerent, stricto vix pignant Marte coacti.
 Pars maior demissa neci, sub moenibus altis
 Occubuit, Teucrum perfusi sanguine muri
 Spumant, inque altos crevere cadavera colles.
 Vos circumstare et tensis ad sydera palmis,
 Cum teneris matres sugentibus ubera natis,
 Auxilium vestrum nunc implorare putetis.
 Vos pietas, vos alma fides, communia iura
 Christicolûm, infidos contra armet alacrius hostes,
 Vincemus, causa freti meliore, Deique
 Numine propicio, dextrisque ad bella paratis.
 Sin superis visum, statque haec immota voluntas.
 Ut spe frustratis bello cecidisse cruento
 Contigerit, superest ea demum gloria victis,
 Instarne pecudum caesi occubuisse putemur,
 Sed fortes velut Heroes, quos ardua virtus
 Atque amor in patriam constans invexit Olympo.
 Perstat ubi merces tantorum aeterna laborum,

Qualem pro Christo, meruerunt, vulnera passi.
 Magnanimi Heroes, tantos huc usque triumphos,
 Et decus eximia partum uirtute, tueri
 Pergite, difficile est bellum, victoria dulcis,
 Publica quam pacis, tot, tantaque commoda pensant.“

Talia forte duces fuerant cum voce locuti,
 Et tuba, cum lituis, ferali et murmure stridens
 Buccina, ferventes revocavit ad arma cohortes.
 Mitrati fratres alti ad fastigia muri
 Vi multa scandunt, clypeosque ad tela sinistris
 Protecti obiiciunt, prensant fastigia dextris.
 Zerinii contra turres ac tecta domorum
 Culmina convellunt, his se, quando ultima cernunt,
 Extrema iam in morte parant defendere telis :
 Auratasque trabes, veterum decora alta parentum
 Devolvunt, alii strictis mucronibus imas
 Obsedere fores, has servant agmine denso.
 Quin intra portas, atque ipsis proelia miscent
 Aggeribus murorum, et inundant sanguine fossae :
 Instaurati animi subito succurrere tectis,
 Auxilioque levare viros, vimque addere victis.
 Sic virtute Dei, populique ducisque repulsi
 Diffugiunt hostes, tam multis ense peremptis
 Zangiakis, Bassisque, obscuro et de grege vulgi :
 Quam multa in sylvis autumnii frigore primo
 Lapsa cadunt folia non densior aëre grando,
 Nec de concussa tantum pluit ilice glandis.

Caesar at, irarum vehementi fluctuat aestu,
 Affligitque animum curis mordacibus aegrum,
 Non iam ferre valens conceptum mente pudorem,
 Contentumque sui, populique, Ducumque ruinam,
 Praecipiti lapsu solio moribundus ab alto
 Corruit, ast illi solvuntur frigore membra,
 Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.

Postquam introgressus vidisset Bassa iacentem
 Exanimum, subita plenus formidine, furtim
 Visá aperit Bassis Solymani fata duobus.
 Hi simul ingressi, somno curisque sepultum

Credebant primum, sed mors manifestior, ipsis
 Ingentes animo curas peperitque dolores,
 Attonitis haesere animis, secumque volutant,
 Ulterius celare velint, an prodere mortem.
 Quam prius arma omnes capiant atque agmine facto
 Invadant subigantque arcem, populumque trucident.
 Quin etiam humectant lacrymarum flumine vultus
 Ad castra egressi, causamque tulere rogati
 Ad populum luctus: nobis, vobisque minatur
 Crudele exitium Caesar, nisi Marte subactam
 Ipsius imperio plebem adiiciamus et arcem.
 Haec ubi dicta, metu mortis graviore coacti
 Cuncti adsunt, armis audere extrema parati.

Tum vero fessi tarto discrimine belli,
 Arces cum cives dubitarent posse tueri,
 Ingentem struxere pyram, vestesque theatri
 In medio gemmis pictas, auroque rigentes
 Exurunt, huc tota domus preciosa supellex
 Cum vario belli, in cumulum convecta, paratu
 Vulcani rabie in tenues abit usta favillas.
 Aes etiam varium, pendensque e gutture torquis
 Aureus et gemmis gravis annulus, atque monile,
 Et pulchras morsu connectens fibula uestes
 Massa fit una globo, nec signat imago monetam
 Ulterius, nec habent usum ornamenta priorem.
 In telum sed enim vertuntur, et arma, fragore
 Quae valido, aduersum aenea machina torqueat hostem,
 Nec Teucrum rabiosa cohors, gaudere triumphans
 Hac praeda possit, seque exornare superbo
 Christicolum spolio, miserisque illudere victis.

Hoc etiam vero maius, crudele, nimisque
 Horrendum facinus, cives patrasse feruntur,
 Quippe suos, hosti, cara cum coniuge natos,
 Ne dent perpetuo torquendos carcere, neve
 Polluat in Venerem gens prona, libidine, casta
 Corpora, virgineumque extorqueat ense pudorem,
 Aut quod precipuum, ne relligione paterna
 Contempta, vitis animum mentemque profanent

Blasphemo Teucrum cultu, nugisque scelestis.
 Alter in alterius gladium vibravit amici
 Uxorem, inque cauam capulo tenus abdidit alvum,
 Id poscente viro, aut iugulum mucrone resolvit.
 Triste hoc officium simili pensare paratus
 Flagitio, ardebat consanguinitate, propinquis.
 Hic foedare manus castarum sanguine matrum,
 Gratum erat obsequium, sinceri et pignus amoris.
 Quosdam etiam praeceps, nimium vesanus et ardor,
 Impulerat socias ferro obtruncare iugales,
 Caesarumque cavis inferre cadavera tumbis
 Dextra alacri: ne vel fiant sine nomine membra
 Praeda hosti, neue innocuum ludibria sexum,
 Visque inimica premat. vix parcere docta sepultis.
 Hic pia complexu miscebant oscula dulci,
 Inque vicem, ex oculis humore cadente, locuti:
 Parce, precor, coniunx, vita mihi carior ipsa,
 Exuo quod mentem, dilecti et corda mariti,
 Teque, mea, hac dextra sceleratoque ense peremptam
 Dedo neci, pietas ingens, non ira, furorque
 Hoc persuasit opus, placuit praecidere letho
 Multorum scelerum causam, laqueosque, minasque
 Praecavisse iugum, vel morte atrocius ipsa.
 Non hic ulterius patiuntur fata morari
 Optataeque frui nos consuetudinis usu:
 Praecepto aetherea in regione fruemur amore.

Hic etiam forma insignis, florensque iuventa,
 Consortem thalami, iuvenis, tradebat amico
 Caedendam gladio (casum aversatus acerbum
 Forte domo exierat), quam passis ille capillis
 Corripiens, ense saevos librabat in ictus,
 Illa viri collum amplexans, sic ore locuta:
 Me, rogo per Superos, patiaris ducere vitam
 Aspiciam praesensque meum, dum voce maritum
 Alloquar extremum, mentisque novissima pandam.
 Ardenti nuptae Zelo, et fervore petentis
 Permotus miles, violentum distulit ictum,
 Sic cum adventantem supplex affata maritum:

(Ora premens labris, colloque infusa pependit).
 Tune hos spondebas miserandae sponsus amores.
 Foedera connubii prope cum sacravimus aras?
 Debebas cuius proprio defendere vitam
 Sanguine, contra enses, inimicaque tela latronum,
 Heu nimium fidei, mentisque oblite virilis,
 Innocuam pecudum protrudis more necandam.
 Quin rogo per Superos, tibi promissosque Hymenaeos,
 Me sociam belli, praecinctam fortibus armis,
 Adde tibi, dextram gladius, caput armet athena
 Cassis, scutum humeros, loricaque pectus inumbret,
 Detur et acer equus, turmas inuadere Teucrum
 Mens animosa iubet, vitam et pro laude pacisci:
 Me sine prima manu tentare pericula belli.
 Haud mora, pro voto, radiantibus induit armis
 Uxorem iuvenis, saevos quae vecta per hostes
 Ardua equo, sociis aliis comitata, viroque,
 Vi valida sternens hostes, per castra vagatur,
 Nec prius audaci pergit desistere caepto,
 Sanguine quam Teucrum mentem satiasset avaram,
 Confertosque inter cecidisset alacriter hostes.

His actis, fato cives urgente supremo,
 Viribus exhausti quamvis, numeroque manerent
 Exigui, virtus animos tamen impulit altos
 Pro patriae extremum discrimen adire salute.
 Ergo ubi completas taedis et robore secto
 Fossas succendunt, iniecto pulvere sparsim
 Sulphureo, effusis late grassatur habenis
 Mulciber, addebant flammis nova pabula venti,
 Unde calor, fumus, pedorque molestus adegit
 Ambustas patriis cives excedere textis.
 Praesertim fessas ex crebris ictibus, aegre
 Cum torquere vident bombardas missile plumbum.

Quam prius egreditur populo comitante Serinus
 Heros, sydereo vestes splendore micantes
 Induit, exutus penitus gravioribus armis,
 Ornavitque caput cristato tegmine carum,
 Uti quo solitus, si quando gaudia laeto

Pectore, convivas inter celebrabat amicos.
 Consulto Ungaricos centum et delegerat aureos,
 Adiunctam voluit nullam quibus esse monetam
 Invisa Teucrum quae sit signata figura,
 Accipit et claves arcis, gremioque reponit
 Gossypium textumque inter, dehinc talia fatur:
 „Hasce leves chlamydes, et pictas induo vestes,
 Occultoque sinu claves, aurumque recondo,
 Arma manus agiles, ne quid graviora retardent.
 Aut me si quisquam post tristia funera vitae,
 Exuat induviis invento gaudeat auro:
 Nonnihil et lucri, spoliique reportet opimi.
 Neve prius liquisse feris puter hostibus arcem,
 Quam mea deficiant vitali membra calore,
 Clavis erit testis, quam mecum in morte reservo“.
 Denique falcatum vagina diripit ensem,
 (Virtutis monumentum, et carum pignus avitae)
 Atque ait: „hoc primos insignis miles honores
 Promerui gladio, quibus aethera notus adibam.
 Hoc etiam nomenque decusque in morte tuebor,
 Dum mea tractandis fuerit manus utilis armis.
 Hoc in conclavi fuerat cum forte locutus,
 Prosiluit, sociosque foris radiantibus armis
 Extremum vitae discrimem adire paratos,
 Stans arce in media: sic est affatus, et inquit:
 „Cernitis, ut rapidis arx aestuat undique flammis,
 Ac numero sumus exigui, potuque, ciboque
 Exhausti penitus: quibus idcirco imminet hora
 Ultima iam vitae, in terris cum laude peractae.
 Vos moneo, praesens accendat ad arma periculum,
 Ac odium contra Christi armet nominis hostes
 Perpetuum, patriae sors et miseranda, dolorque
 Ob fratres, natos, socios, dulcesque parentes
 Heu nimium tristi atque indigna morte preemptos.
 Ut me confertos pugnare videbitis hostes
 Inter, mente alacri, mea sic exempla secutos,
 Pro patria haud pigeat pulcro succumbere letho.
 Non patiar, si fata sinant, per Turcica castra

Me vinctum duci, levis ut *sim* fabula vulgi,
 Neve acto pueri certent illudere *circum*“ :
 Dixerat haec postquam, ter IESUM voce vocavit.
 At prius effusi quam muro abiire relicto,
 Glandivomas patulae sistunt ad limina portae
 Bombardas, densa saturatas nube globorum,
 Displosis quibus, ingenti clamore ruentes
 Et fremitu, feriunt, sternuntque ad moenia Teucros.
 Pontibus innumeri Teucrum e sublimibus, imas
 Turbati ad fossas, vi extrema urgente, ruebant.
 Pulvereo tecti nimbo et caligine caeca,
 Prorumpunt cives, aquilis, armisque corusci,
 Et densas gladiis acies, telisque laecessunt
 Omnigenis Teucrum, non ensis et hasta volabant
 Irrita Pannonum, crebro sonat aenea iactu
 Verticibus galea, in modum et collecta rotundum
 Pepla tegunt, nivis in morem, lati aequora campi.
 It vagus excusso sonipes sessore per agmen,
 Exanimesque hominum celeri pede proterit artus,
 Purpureo in totum perfusus membra cruore.
 Turci etiam, raro bellum virtute gerentes,
 Sed numero assueti superare et fraudibus hostem,
 Acrius insurgunt iaculorum et nubibus Hunnos
 Contexere, ulloque cadunt absque ordine caesi.
 Fortiter ante alios medio Dux agmine pugnans,
 Zerinius cecidit traiectus pectore plumbo.
 Divisum hinc agmen, pars intercaepa patenti
 Occidit in circo, pars intra moenia cursu
 Conduunt celeri, vario et certamine miscent
 Praelia, dantque, feruntque graves in corpore plagas.
 Usque cruor passim rapidi instar fluminis undans,
 Scuta virum galeasque et fortia corpora volvit.

Dum furit insano, capta Mars arce, tumultu
 Jantzari subiere domum, quae cultior aulaeis
 Prae reliquis cunctis, pictoque apparuit auro,
 Praedae avidi, magno haec dum tecta labore pererrant,
 Rimanturque cavis abscondita quaeque latebris,
 Dissilit, ex imo domus ingens eruta fundo

Pulvere sulphureo, quem caecis abdidit antris
 Furtim Germanus, sublataque corpora Teucrûm,
 Huc illuc versans, vacuas dissolvit in auras.
 Alta Zerinii caput a cervice revulsum,
 Tradito Aemylio tali cum voce ferendum:
 „En tuus ut clypeus, clare murusque Viennae,
 Zerinius periit, dum magni Caesaris armis
 Restitit imprudens, voto delusus inani:
 Te, nisi supremum me noveris esse Monarcham,
 Poena manet similis, vel si quae maior habetur.“
 Maximus Aemilius cari concussus amici
 Funere, rorabat lacrymis humentibus ora.
 Et caput aurato pretiosum murice cinctum
 Insequitur, quacunq̃ue illud pomposa ferebat
 Turba sacerdotum, lugensque exercitus omnis:
 Ultima persolvens Heroi iusta perempto.
 Ipsi etiam Teucris reliquum sine vertice truncum,
 Prorsus honorifice digno invexere sepulcro,
 Arcem intra, ut fato iam cassum lumine, tellus
 Pro qua sustinuit tot vulnera vivus, haberet:
 Grata animi et foveat semper monimenta paterni.
 Quos hic pro patria bellum et pietate gerentes
 Eximios proceres, praestantem et robore pubem,
 Mars ferus abstulerit, non horum cuncta seorsim
 Nomina succurrunt, scribi dignissima coelo,
 Viventum in libro, stabili quem pollice duxit
 Rerum hominumque sator longevae in secula vitae.
 Hoc a me manes, si quid mortalia curant,
 Inscriptum tumulo teneant lacrymabile carmen:
 Quos tellus diversa viros, idiomaque linguae
 Discrevit, spectata fides et vivida bello
 Virtus, atque amor in patriam communis, amice
 Uniit: his freti Solymanum ad magna Zigethi
 Moenia vertentem totius robora belli,
 Expectare ausi, intrepidoque occurrere Marte,
 Hostibus innumeris, una cum Caesare, caesis,
 Arcem dum Superi salvam voluere benigni.
 Demum ubi sic statuit nulli violabile fatum,

Oppetiere omnes pulcram per vulnera mortem
Pro patria, et Christum constanti voce professis.
Perpetuum in terris nomen, coeloque coronam
Martyras eximios florentes inter, adepti.

His actis, mortem invulgant per castra Tyranni
Et cineri inferias, supremaque iusta ferebant.
Pars calidos latices, et athena undantia flammis
Expediunt, corpusque lavant frigentis, et unguunt.
Fit gemitus, dum membra toro deflata reponunt,
Funereasque super vestes, volamina pulla
Coniiciunt: pars ad vectandum lecta pheretrum,
Moesti omnes patrias invisunt funere terras.

XVII., XVIII., XIX.

Bevezetés.

A XVII., XVIII., XIX. sz. darabokat az esztergomi káptalan könyvtárában található kézirati gyűjteményből, melynek jelzete: *Collectio Batthyaniana Cat. X. Sect. 4. a.* és *De Sigetho Hungariae Propugnaculo a Turca anno Christi MDLXVI. Obsesso et expugnato, opusculum Consecratum Virtuti et Immortalitati Illustrissimi et Nobilissimi Dn. Nicolai Comitis a Zerinio etc. etc. Witenbergae excudebat Matthaeus Vvelack. M.D.LXXXVII. cz. ősnymtatványból vettém.* Érdekes a Schesaeus epigrammája, mely bizonyítja, hogy midőn Wittenbergában járt a Zrinyi-család megbízásából: a család kézirati gyűjteményéből egybeállított Albumlapok számára szintén irt költeményt. Ez időre eshetett az ő külön epikus költeményének írása is.

Igen szép a XIX. sz. alatt közölt óda is, mely első hangja azon *elogium Hungariaenak*, mely a Vergilius Georgiconjába (II. 157—177.) szőtt *Elogium Italiae* hatása alatt keletkezik; de a legfenségesebb alakot Petőfi *Magyar nemzet* cz. költeményében ölt.

Járjatok be minden földet,
Melyet Isten megteremtett,
Nem akadtok bizonyára
A magyar nemzet párjára.
Ha a föld isten kalapja,
Hazánk a bokréta rajta.

A török fertőzteti meg a földet. A törököt ki kell űzni. Ez adja meg a költemény aktualitását.

DE SIGETHO
Hungariae propugnaculo,
A TVRCA ANNO CHRISTI
M.D.LXVI. Obsesso et expugnato, opus-
culum Consecratum
VIRTVTI ET IMMOR-
TALITATI
ILLVSTRISSIMI ET NO-
bilissimi Dn. NICOLAI Comitis a ZERINIO etc.
Generalis Capitanei partium regni Hunga-
riae cis Danubianarum, Praefecti
Sigethani etc.

Ab
ILLVSTRI, GENEROSO ET MA-
gnifico Dno. EMERICO FORGACH Barone a Gy-
mes, Equ. aur. et Comite Trinchiniensi etc. genero.

Collectum opera
Petri Albini Nivemontii.

WITEBERGAE
Excudebat Mattheus Vvelack.
M.D.LXXXVII.

Insignia nobilissimae et
Generosissimae familiae Comi-
tum a Zrinio.

Turris habet speciem virtutis, Stella decoris,
Virtutem ferme nam suus ornat honos.
Prima notat famam, quae mundum pervolat, Ala
Altera erit, coelo qua vehit, alma fides.

Petrus Albinus Nivemontius.

In arma gentilicia nobi-
lissimae et generosissimae stirpis Zerinae
Epigramma Pe. Alb.
Nivemontii.

QVid Zriniae sibi Musa velint insignia gentis,
Ede, tuis aris sic pia thura dabo.
Tantum ego: Diva sub hac: castrum virtutis imago est
Inclyta, quam stellae circumiere duae.
Namque ea radices agere atque immota manere,
Nixa suis muris turris ut alta, solet.
Gloria eam radiis aeterna micantibus ambit.
Gloria, virtutis quae comes esse solet.
Sed cur ala duplex est addita? tertia dos est,
Sors bona, quae pennas heu cito saepe capit.
Gryphus habet culmen galeae. Nam cuncta reguntur,
Et constant, magni dotibus ingenii.

De insignibus antiqvae
et Illustris gentis Forgachianae Epi-
grammata Petri Alibni Ni-
vemontii.

Quid notat haec cassis? Bellum. Sed virgo quid? Artes
Pacis: Vtroque valet Forgachiana domus.

Aliud eiusdem.

Virgine Pierides, Galeaque scientia belli,
Signantur: Laudem bina corona notat.

Aliud eiusdem.

Virgo coronata est, Galea et diademate cincta est
In clypeo, quem fert Forgachiana domus.
Esse quid hoc dicam? Decus immortale paratur
Artibus ingenuis, intrepidaque manu.
Luna sed admoneat fragilis nos pallida vitae:
In toto est firmum scilicet orbe nihil.

Ex bello pax.

E galea, intrepidus miles quam gesserat ante,
Prodit inauratis pulcra puella comis,
Ex bello pax alma viget: cum postulat usus,
Bellandum, ut possit patria pace frui.
Vtraque gemmata est in vertice cincta corona!
Est sua laus paci, laus sua militiae,
Pax tamen alta sedes depresso Marte. Quid hoc est?
Prae bello semper nobile pacis opus.

Aliud in eandem sententiam.

Bella geri idcirco qui nescit, ut aurea pax sit,
Arma quid, inspiciat, Forgachiana notent.

Marte vel arte

Symbolum ex Forgachia-
nis armis desumptum et Illustri Domino
Emerico etc. tributum.

Marte vel arte velis contendere: certat utroque
Forgachides, Vnni laus columnenque soli.
Symbolon hoc patria arma gerunt. Emericus ad illud
Exprimit: Arte velis seu quoque Marte velis.

**In minervam Forgachia-
nam, ad Illustrem. Dn. Emericum
Forgach etc.**

Fallor an? ex cerebro Iovis haec est altera Pallas
Nata, Emerice domus gloria Forgachidum?
Omen inest certe: Nam dum tu respicis artes
Aonias, et amas templa, scholasque foves,
Non dubie ostendis, quam sint insignia vestra
Gentis amabilibus tota referta notis.
Forgachidum virtus, sapientia, gloria floret
More puellae, aetas cuius amata viret:
Forgachidumque Fides est inviolabilis, ut stat
Custus et intactus virginitatis honos.

**Virginitas perpetua.
De eadem virgine.
Forgachiana.**

Tot iam lapsa ruunt a nato secula Christo,
Ex quo virgo decens nunc quoque virgo manet:
Forgachidum virgo, qua castior altera non est,
Hic ubi Pannonios irrigat Ister agros.
Sed quoniam a Turcis est saepe petita nefandis,
Dic mihi quo potuit virgo manere modo?
Christus eam texit, qui casta est virgine natus,
Illius est munus, digna viro species.
Is tegit innocuos et spe sibi supplice nixos,
Ne metuant fraudes ulla vel arma virum.

**Alivd: Ipsa virgo
loquitur.**

Quod sim, quod maneam, mea non est gloria, virgo:
Munere solius sum maneoque Dei.
Virgine nate Deus, tu me quoque protege posthac,
Vt mi servetur virginitatis honos:
Adiicies tempus nam tu quodcunque priori,
Praeside te laudi serviet omne tuae.

Hactenus Albini Epigrammata.

Insignia illvstrissimae et
vetustissimae familiae Ducum Saxoniae
inferioris in Lauen-
burg etc.

Auratus clypeus generis praelustris origo est,
Virtutis nigra dant documenta trabes.
Partas Ruta notat laudes Famamque perennem.
Haec eadem invidiae dira venena fugat.

De insignibvs Forga-
chianis etc. Lauenbur-
gensibus.

Quam bene Forgachiae domus est Leoburgia iuncta :
Haec rutae in clypeoserta decora gerit,
Illius insigne est virgo. Sic nacta coronam est
Virgo : puellarum est pulchra corona decus.

Petrus Albinus Nivem.

Iohannes Sommersv Pir-
nesis, in Regibus Pannoniae de
capto Sigetho.

Allter ab hoc clarus Solymani funere, nuper
Moenia Sigethi straverat annus humi.
Moenia multiplici novies defensa labore,
Quae stagnans gemina fossa tuetur aqua.
Captaque funestis arx Iulia cladibus, hosti
Cesserat, externum pertuleratque iugum.

Epiciedion aucto-
re non nominato.

Hostibus ut vidit et diris et cedere fatis
Credita virtuti moenia celsa suae,
Servatae a me olim, nunc me servabitis, inquit,
Arces, et pugnans ZRINIVS succubuit.
Imodo te iacta quantumvis Roma : Liburnis
Et sunt, quae mortem, pectora, despiciunt.

Sequuntur Chronodisticha.
 Nicolavs Serinus co-
 mes, bellator fortiss: oecubat
 Anno 1566.

Pro grege beLLa gerens et Lege SerInIus heros
 OCCIdIt, o Lato DIgnVs honore CoLI.

Aliter.

TVrCICVs eXpVgnat SIgethI Castra tyrannus
 DVX noster foeDIS oCCVbVItqVe getIs.

Bernh. Sturmiius.

Epigramma.
 In insignia gentilica
 illvstrissimae familiae
 Comitum a Zrinio.

Ipsa quidem virtus, precium sibi sola, nec unquam
 Laudibus exoptat vani clarescere vulgi.
 Quum secura nitet, nullius et indiga laudis
 Omnia de summa mortalia despicit arce.
 Hanc tamen ex merito, quid enim submersa tenebris
 Proderit? ultro sui semper comitantur honores,
 Conscia gestarum sequitur praestantia rerum.
 Arguit hoc Turris Chak, quam sibi Zrinio olim
 Ipse sua virtute potens quaesiverat, unde
 Ille suae gentis stirpes superaverit omnes.
 Nam, si quod celebre est, plus sit servasse repertum
 Quam quaesisse decus, Comes perfecit utrumque,
 Virtutemque docet nos nobilitare, perire
 Omnibus hanc, quorum laus est in origine sola.
 Quid memorem stellas, quas ambit Turris utrinque?
 Altera res gestas orbi patefecit, et Indis
 Traxit ad Antipodes, haec res, famamque perennem
 Gadibus ex ipsis Gangem penetravit, et ortum,
 Hinc ubi et Herculeas fertur tetigisse columnas
 Alituum Regina dedit maioribus alas
 Queis superando solum nitidis caput intulit astris.

Inde patens scutum pectus designat apertum,
 Designat constans et robur stirpis avitae,
 Ingeniumque ferox signat Crocodilus in hostes,
 Pro patria, pugna cupiens profundere vitam.
 Huius dextra fuit medios spectata per hostes,
 Et virtus nunc clara nitet, nam quae modo floret
 Hanc peperit nobis praestanti morte quietem.
 Qui virtute decus volet, atque potentibus armis
 Cernere praeclarum, patriaeque videre parentem.
 Non opus Ausonios oculis lustrare Quirinos.
 Hectora Troianum, magnumque Agamemnona regem.
 Olim quemque suae pulcherrima lumina gentis,
 Nil minor est istis, quin aequa domestica virtus,
 Pannonidum splendor, quo non praestantior alter,
 Zrinius Illustris Divum genus atque propago.
 Vos etiam nati accensi virtute paterna,
 Ite super titulos, et avitae stirpis honores.
 Es foelix igitur FORGACHI, maximus Heros
 Cui natam in thalamum dederat, propriamque dicarat.

Matth. Ilovoz: (Iloczy.)

Ad Georgym Szrinium
comitem illustrem, evivs
opera feliciter Vngaria vtitur in impediendis
Turcarum molitionibus.

Tu vero surgens florentibus integer annis,
 Nec non maganimum Heroum decus atque parentis,
 Ante alios praestans vera pietate GEORGI
 SZRINI, tu patriae spes altera sola ruentis,
 Perge viam nec cede malis, ardentior ito
 Per iuga virtutum, victriciaque arma capesse.
 Vincat amor patriae, pietas, laudumque cupido
 Exorere o tandem miserandis manibus ultor,
 Et Mahometigenas terraque marique latrones,
 Vi vel fraude potens noctuque dieque sequaris.
 Et rabiem indomitam tanti compesce tyranni,
 Quassatas etiam regni discrimine partes

Erige, ne tantus bellorum fluctus in orbe
 Exsurgat, miseram minitans certamque ruinam;
 Tartaricamque simul rabiem constringe potenter;
 Corruat illa tuis manibus, gemituque cruentam
 Sternat humum, nec sit tanti plus causa doloris.
 Tartara gens nostrum nunquam conscendat in orbem,
 Quae praedura cohors neglectae prodiga vitae,
 More fere sylvis et furto assueta, cruentis
 Artubus et tabo coesorum vescitur atro.

Michaël Cibradi Vngarus.

In Zerinivm et Forgachivm.

Desine, Roma, tuos tandem iactare Catones:
 Fabriciosque tuos, Scipiadesque tuos:
 Et qui Brutorum generoso stemmate clari,
 Turgent, ob patriae reddita iura suae.
 En duo Pannoniae, Forgachius atque Zerinus,
 Lumina: seu pacem, seu magis arma probes:
 Aequi parant factisque, omnes, mentisque, Catones,
 Fabricios, Brutos, Scipiadasque, suis.
 Imo adeo anteeunt factis meritisque Catones,
 Fabricios, Brutos, Scipiadasque, suis.

Allvsio ad ipsos, eivsdem.

Cum tibi FORGACHI, socialis foedera tecti,
 Sponderet roseo blandidula ore Venus:
 Hoc voluit Mavors; horrendamque aegida quassans,
 Haec, ait, huic thorus, hac mollia strata sient.
 Subrisit Venus, et Mavorti Heroa Zerinum,
 (Filia nempe huius sponsa futura fuit.)
 Ostendens tereti digito: Num nam ergo iugalis
 Obfuit huic, inquit, fors ad arma thorus?
 Ast ego cum tales sociali foedere iungam:
 Atque isti socero, Mars, erit iste Gener.
 Ambiguum faciam, fuerit vel pace vel armis,
 Fortior anne socer, fortior anne Gener.

Salamon Besnerus Germanus.

In Imaginem Zerinii Armati
Epigramma, Petri Albini Niuemontii.

Tali Nicoleos habitu prodiit in hostem,
 Dura viro quoties bella gerenda forent.
 Sic primum specimen iuuenilibus edidit annis,
 Esset ubi a saevis vincta Vienna Gaetis :
 Cum fortemque animum praeclaraque facta probauit
 Arbiter ipse sacri Carolus imperii,
 Ornatoque auri calcearibus, ense catena
 Tyroni, ex merito nomen equestre dedit.
 Inde viri ad Budam emiuit fortissima virtus,
 Ergo nouos titulos Caesare dante tulit.
 Audiit et Prorex, qua Dalmata colligit aurum,
 Quaque Siburna vigil rura Croatus arat :
 Praefuit et priscis Bani cognomine Slavis,
 Ferdinandi iuuit sceptraque consilii.
 Maximus in patris vestigia vt Aemilianus
 Cesserat huic maior cura parata viro est,
 Terra ubi Danubii dextram latus Illyris vrget,
 Et speciosa ferox oppida Pannon habet :
 Caesareas illic Aquilas victricibus armis
 Extulit, et Turcas saepe repressit ouans.
 Hoc habitu tandem Sigethi ad moenia fulsit,
 Cum valida premens hanc Solymanne manu.
 His toties armis truculentos obruit hostes,
 Et retulit victos laeta trophaea domum.
 Donec vi multa victo funesta parauit,
 Fata viro, fatum, quod premit orbis opus :
 Deseruit fortuna ducem, non dextera fortis,
 Non tanto expertum tempore consilium :
 Dirae hominum culpae mundum fatalibus vrgent
 Suppliciis, hinc est lucida caussa mali.
 Magnanimus, faton', Zrinius, pugnabimus? inquit
 Est grauis iratum res habuisse Deum :
 State viri, extremam virtutem audebimus, id nos
 Adiuet, excelsi qui regit astra poli,
 Quo duce non hodie forsani moriemur inulti :
 State viri: hac nobis gloria parta die est.

Sic leo magnanimus confertos iuuit in hostes
 Intrepida sternens obuia quaeque manu.
 Id vicit fati vis: ergo maximus Heros
 Aureolam posuit mox animam ante Deum.
 Ante tamen te foede mori Solymanne coëgit,
 Ne caeso caperes gaudia summa duce.
 O factum bene: sed magni haec solatia luctus
 Parua: tuum porro Christe tuere gregem:
 Viuit adhuc Zrini meritum, constantia, virtus:
 Nomen in orbe bonum, spiritus ante Deum.

AD EOS qui Illustris
 Comitibus Nicolai Zerini
 pro patria fortissime nec minus magnanime
 occumbentis virtutem grata pietate, et vti
 Patrem Patriae celebrant.

Sicut ubi viridi virgo confidit in horto,
 Qua de rupe recens emanat potus aquarum,
 Nunc varios molli decerpit pollice flores,
 Candida luteolis nunc iungit lilia Calthis,
 Nunc flores hyacinthe tuos, violasque capessit:
 Tuosque loco primo quos nescia forte, secundo
 Carperet, ambiguam versat sententia mentem:
 Sic vbi virtutem, belloque, tergaque, potentis
 Militiaeque, domique, iubet percurrere candor
 Magnanimi Comitibus Zrini, qui fortis in armis,
 Tollere Solymanum, patriaeque impendere vitam
 Ausus erat, simul adversis occumbere fatibus;
 Nescius ane prius speciem virtutis, an arma
 Persequar, an constans et formidabile robur
 Pectoris, haud aliter tumido quam puppis in alto
 Iactantur velis, ferturque reciproca sursum.
 Sic huc nunc rapior sensu, nunc provehor illuc,
 Cum lateat, quo sit potior, num pace vel armis.
 Martis ubi cessauit opus: non destitit unquam
 Cum duce Graea loqui, nec non Romana vetustas.
 Ni memorem genus, et proauos, ab origine clarum
 Semideum genus Illustris traxisse videtur:

Vt non Aeneas Veneris de semine ortus,
 Aut satus e magno Scipio Joue maior haberi
 Possit, quos ambos et Marte, et Stemmata vicit.
 Si res ennumerem gestas, tunc ille columnas
 Herculeas longe superat, quin coelifer Atlas
 Cedet iis, quamuis, inmensi pondera coeli
 Sustineat, tantis fuit obrutus iste procellis.
 Cura fuit seruare fidem, regemque tueri,
 Virtutemque sequi, patriaeque impendere vitam,
 Nec sibi sed toti genitum se credere mundo.
 Nec Deciis sua Roma, sua non Attica Crodro
 Pluris erat, fatis olim quas fortiter orbis
 Eripere malis, quando profundere vitam
 Pro patria voluere suam, quam sola Zerini
 Vita fuit constans nullis absterrita fatis.
 Tantus amor patriae, fidei Constantia tanta
 Pulchrum Pannoniae certe decus, omnia constat
 Quidquid ouans animo conceperat, esse peracta.
 Si quoties patriae casus, rerumque pericla
 Poscebant, non is vitae, studioque pepercit.
 Imo nihil vitae peragi sine laude placebat.
 Omnia tentauit, primusque ruebat in hostes,
 Omne aeuum ferro, clarus virtute perenni
 Exegit subito primis generosus ab annis.
 Ardua virtutis, Vulcaniaque arma secutus.
 Hic quoties acies fuerat ducturus in hostem.
 Sciuit quam sint castra loco ponenda salubri,
 Sciuit ubi cuneos densari, ubi cornua tendi
 Aut iterum flecti res postulat omnia summo
 Disposuit studio, fauces in montibus hosti
 Eripere, ac tandem grassari fortibus ausis,
 Nec modo iam doctus pugnandi Marte sed arte
 Sciuerat ex usu, fuerint quae montibus aptae
 Quae campis acies, quae cladi accommoda vallis.
 Hinc eques in medias equitum prorumpere turmas,
 Hinc pedes et peditum scibat firmane cohortes
 Quo duce, quisque virum tanto iam promptius ibat
 Per medias flammas, per saxa per arma, per hostes,

Quanto ducis virtus vel notior hostibus esset.
 Curtius aeterno quod se denouit auerno
 Non tantum peperit laudis, quantum tibi debet,
 Pesteritas, ut qui non solum morte peremtus
 Occumbis, verum tot et hostes mittis in orcum,
 Ac ubi nec ferro mentem vicisse nec auro,
 Solymanus poterat, tibi victor mente parentat.
 Nec sat ad extremum, post tot discrimina rerum.
 Canitiem galea ut premeres, fuit, ipsa senectus
 Abstulit haud vires animi, vegetumque vigorem,
 Ni quoque pro patria vitam cum morte profundas.
 Ergo quo superat pinus precessa myricas,
 Hoc reliquos proceres superat virtute Zerini:
 Dum fuerint lato squamosi gurgite pisces,
 Dentati et celsis frendentes montibus apri,
 Semper honos comitis laudesque per ora volabant,
 Et patriae patris, citius conversa recurrent
 Flumina, quam pereat posthac tua fama perennis.
 Illustres animis ergo castique Poetae,
 Quos ornat chorus Aonidum decorantque Camenae?
 Ponnona quos genuit, quos nutris Teutona tellus,
 Ite, nec inmerito laudes, famamque perennem,
 Virtutisque Decus: Magnum Celebrate Zerinum

Matthias Iloczy Pannon.

**In Imaginem Zerinii non armati,
Epigramma Petri Albini.**

Haec est extremum Zrinii erumpentis imago
 Cum fremitu, ex castro firma Sigethia suo.
 Tunc etenim renuit cingi fulgentibus armis
 Heros, ante quibus saepius usus erat;
 Desperata salus, et spes cum senior esset
 Restaret virtus, unica cumque viris,
 Ite citi dixit, (non hoc non postulat arma
 Tempus) inauratum ferte mihi clypeum,
 Ferte ensem patrium, vexillum principis haec me
 Cernet mox vestris serica in hoste mori.

Eia agite, unanimes pulchrum certamen honestae,
 Mecum hodie invicti, mortis inite viri.
 Nulla salus castro, totum tenet hostis et ignis,
 Indomitoque ignis saevior hoste furit.
 Non nos hostis atrox vincit, sed missus ab orco
 Mulciber, et fatum quod premit Hungariam;
 Moenia victa iacent, oh moenia cara Sigethae;
 Sola viris virtus inviolata manet:
 Haec nos victores faciet coeloque locabit,
 Ite modo et pactam non temerate fidem.
 Sic ait et medio ultro moriturus in hostes
 Proruit, infrendens ut solet ore Leo.
 Pons erat, hic arcem capta dirimebat ab orbe,
 Qui rapido solus liber ab igne fuit,
 Cuncta ubi Zeriniis cum sterneret obvia ferro,
 Tangeret et iunctum vix pedis ore solum,
 Glans expulsa cava ferit pia tempora canna,
 Mox alter petiit pectora laeva globus:
 Concidit ad terram exanimis fortissimus Heros,
 Et patriae solvit debita lytra suae.
 Non fuit in toto mors pulchrior orbe: nec unquam
 Vlla viri fato nobiliore fuit.
 Clades sola fuit, quod mors occulta Tyranni
 Magnanimi impediit fortia facta viri.
 Nunc stares alias non expugnata Sigetha
 Arte Themistoclis libera facta tui.
 Cedite Romani victores, cedite Grai
 Incolumis quorum patria morte fuit:
 Te Zrinius Curti superat, si in milite caussa
 Est potior, iusti quam pius ardor alit,
 Te pene exuperat Zrinius Machabaeae: sed ambo
 In leges fortes occubuistis opes.
 Viuite felices animae, tuae, Inclyte Iuda,
 In Syrio est cuius mors celebrata solo:
 Addite tuque recens nuper Machabaeae vetusto,
 Pannonio cuius mors celebrata solo.
 Viuite et hoc pretium deuotae mortis habete,
 Vt pereant nullo nomina vestra die.

Alta posteritas imitare exempla priorum
 Libera sicque iugo patria hostis erit.

Aliud in eiusdem Effigiem.

Haec Zrinii facies, formosi haec oris imago
 Hoc Thracio auulsum nuper ab ense caput.
 Quam bene deuouit speciosos Zrinii annos,
 Quam bene contemto se patriae hoste sacrat.
 Auspiciis ut patriae ingentem frons spirat amorem
 Seque semet tantum sic obiisse dolet?
 Aspicias ut tabo atque hostili picta renidet
 Sanguine, et metui sic quoque ab hoste cupit?
 Iam bene non potuit uiuum ars effingere, quam mors
 Fuci expers pictum post sua fata dedit.
 Ergo quid inuictos iactas Romane Camillos?
 Quid Fabios? gentis nomina magna tuae?
 Viui illi: hic etiam auulsa ceruice triumphat,
 Illi victores: hic quoque victus ouat.
 Vitam illi ex fragili sperabant marmore: vitam .
 Hic patriae tumulis, marmoribusque dedit.
 Illi sibi ipsi, at huic hostis locat ipse trophaeum.
 Pro patria extinctum restituens patriae.
 Illi orbem: hic orbem paratum reddidit, illi
 Ferro hostes, ferro hic conficit atque mora.
 I nunc et veteres Heroas suspice: gignit
 Roma patres patriae, Pannonis ore Deos.

Nicolaus Rhedingerus a Hrissa.

Epitaphium.

Illustris Comitum Nicolai a Zrinio.

Artificis prudens faciem sollertia pinxit
 Zrinii, fortem animum pingere non potuit.
 Pectoris inuictum robur superauerit omnes
 Graecia quos coluit, quos Latium artifices:
 Semideum suboles heroum pulchra propago
 Aeternum uiues maior imaginibus.
 Fama tuas laudes, nomenque per aethera sparget.
 Et te cantabit sedula prosteritas.

Casparus Reczii.

Aliud.

Funera Zerinii rapuere cruenta Sigethum.
 Sigeum Hectorea clade velut cecidit.
 Mars gemit: eheu quot singultibus aethera pulsans,
 Ereptum queritur Pannonis ora ducem.
 Te propter lituique, ensesque et tela virorum,
 Quis putet? insolitis triste sonant lachrymis.
 Accipe nunc igitur venalem sanguine laurum,
 Pro patriaque obitae nomina mortis habe.

Salomon Besnerus, Germanus.

Aliud.

Nicoleum Zrini populis, opibusque potentem
 Et patrem patriae picta tabella refert.
 Quo duce Sultanus quantum vexatus in aruo,
 Osso Sigethino nunc quoque fusa probant.
 Non tantum maduit, spumanti sanguine tellus
 Cum caderet Graia Dardana Troia manu.
 Vidimus hostili perfusos sanguine campos,
 Laeta cadaveribus vidimus arua tegi:
 In trepido sed dum sua milite regna tuetur,
 In Christi claudit fata suprema fide.
 Occidit et magnum implevit virtutibus orbem,
 Altoque iam fama contigit astra sua,
 Nam licet ad magnos victoria asserit hostes,
 Arma tamen caussa pro meliore tulit.
 Laeta valubilibus victoria passibus errat.
 Et magni reges et cecidere duces.

Nicolaus Siklossy.

Aliud.

Ob patriam, et leges nec non virtutis amorem,
 Multi praestantes occubuere viri.
 Quorum perpetuo viget inclyta fama per orbem,
 Solis in Eois, occiduisque plagis.

Ut patriam a saeuo seruaret Horatius hoste,
 Vitae discrimen promptus adire fuit.
 Morte sua Codrus communia damna leuauit,
 Militis ignotus cum perit ille manu.
 Curtius in vastum se ultro coniecit Auernum,
 Pestifer illius, ut funere cesset odor;
 Sponte sua leges, et propter iura Lycurgus
 Perpetuus patriis finibus exul erat.
 Quis precor, Atilii largo licet ore dolores
 Explicet, ob patriae commoda multa suae?
 Hos amor in patriam post mortem et fama perennis
 Impulit et virtus, nescia vera mori.
 Proiecta ut penitus gelidae formidine mortis,
 Pro patriae tulerint sponte salute necem.
 Justior at Comitem promouit caussa Zerinum
 Quod rigida voluit iura subire necis.
 Nimirum leges abolens et iam Tyrannus
 Templaque, sincera et cum pietate fidem
 Ad foeda innuptas rapiens et stupra puellas,
 Cuius et immani dextera caede tepet)
 Christiadum a iugulo dum infracta mente repellit
 Mergit et innumeros tartara ad ima Gaetas.
 Occidit aeternos victurum Sydus in annos,
 Summa Lyburniaci fama, decusque soli.
 Sed mors illius Solymani morte Tyranni
 Perpetuo in terris nobilitata manet.
 Ergo dum memori Solymani nomen in aevo
 Et tua perpetuo fama vigebit, erit.
 Interea placida requiescas conditus urna
 Heros, diuinis adnumerandu' viris.
 Effuso tibi dum Christi pro plebe cruore
 Dona feret Christus sanguinolentia suo.

Christianus Schaeseus Transylvanus.

Aliud.

Qualis in extrema facie vultuque virili
 Zrinus extiterát, picta tabella refert.

Mentis at effigiem pietatem et bellica facta,
 Pingere pictoris non voluere manus.
 Historiae hoc referunt, praesens testatur et aetas,
 Ventura, at summis prosequitur lachrymis.
 Acer in aduersas fuerat Mauorte phalanges
 Turcarum, at patriae semper amator erat.
 Fortiter ac tandem, ut patriam tutando misellam,
 In Sigetho occubuit, Pannonis ora gemit.

Aliud ad Spectatorem.

Haec tibi Nicolaum monstrat pictura Zerinum
 Mentis at effigiem nulla tabella dabit.
 Dux erat hic sapiens, audax, milesque tremendus
 Hostibus, in Christi qui fremuere gregem.
 Innumeras ausas Turcarum Marte phalanges
 Tantasne, et vires en Solymanne tuas!
 Ac dum percupide patriam defendere dulcem
 Nititur et Sigethi moenia clara soli:
 Fortiter occumbit crudeli caesus ab hoste
 Pannoniis linquens nomen in orbe suum.

Paulus Puah Miskolcius Hungarus.

In effigiem Zrinii.

Picta tabella refert summi ducis ora Zerini,
 Quisque nitor pulchra fulsit in ore viri.
 Hic etiam fuerat patriae spes altera nostrae,
 Zrinus Hungariae lux generosa suae.
 Hic Machomet igneas compressit Marte phalanges,
 Linquens sic studii fulgida signa sui.
 Tunc quoque cum patriam Solymannus perdere vellet
 Conatur studio promptus adesse suo.
 Opposuit sese fultus pietatis amore,
 Sedulus ut palmam victor ab hoste ferat.
 Ut sacra relligio sinceraque gloria Christi
 Staret, ab impuro libera tota situ.

Huius erat studium Christo bene viuere semper,
 Et sanctae plenum cor pietatis erat.
 Occidit et tandem fatis melioribus usus,
 Possidet Empirei gaudia summa Poli.

*Michael Cibradi Rector Scholae
 Cegediensis Pannon.*

Aliud.

Haec facies quam cernis, erat veneranda Zerini
 Magnanimus mortem quando aditurus erat.
 Ora potest faciemque viri, corpusque decorum
 Artifici pictor continuare manu.
 Sed quas robusto dotes in pectore gessit
 Nullus Apellaea significabit ope.
 Iam senior multos exegerat optimus annos
 Nec tamen huic animi debile robur erat.
 Sic natura etenim retinet generosa vigorem,
 Quamuis annosa sub grauitate, suum.
 Nobilis antiquo maiorum stemmate, verum
 Nobilior meritis extitit ille suis.
 Primis cura fuit Christum cognoscere ab annis,
 Praemia cui probitas mox pietatis erant.
 Acer et ingenio dubiis consultor acutus
 Rebus erat, subitoque ingeniosus ope.
 Non alius belli ductor praestantior illo,
 Nec quisquam dextrae firmior arte fuit.
 Casibus aduersis pariter, pariterque secundis
 Immotasemper mente animoque stetit.
 At patriae telluris amans, osorque virorum,
 Quos spes, aut leuitas flecteret, utque fuit.
 Denique quid referam, pro Christo rege, quod ille
 Pro patria pulchrum censuit esse mori?
 Si duo praeterea tales haec terra tulisset,
 Turca ferox, sumta clade, iaceret humi.
 Vos proceres quorum fidei commissa seuerae
 Praesidia extremaeque urbis et arcis opes,

Cernitis ut pictam nitida sub imagine formam
 Zrinia virtutis det documenta fides.
 Aspiciat annosa non horret ut ille senecta,
 Praelia sanguinea continuare manu,
 Non illi saevae coniux pulcherrima mortis
 Propositum blanda sustulit usque prece,
 Pignora nec thalami, soboles virtute paterna
 Insignis, vita plus adamata sua.
 At spes forte virum post praelia trusit inanis?
 Quae fortes etiam praecipitare solet.
 Sed quid speraret tanto discriminae rerum,
 Indubiam dubia spe subeundo necem.
 Paupertasne virum tot casibus obtulit aequum?
 Ditiore at nemo hac conditione fuit.
 Diues opum, multa diuesque et splendidus aula,
 Diues agri, diues milite, servitio.
 Anne magis quia non aliter fecisse licebat?
 Nec mutare datum est, vi dominante natum?
 Haud equidem, poteratque citus, nisi caussa fuisset
 His grauior vitae consuluisse suae
 Sed patriae telluris amor, fideique verendae,
 Religio et facti gloria magnifici
 Magnanimum novere virum, ne parcere vitae
 Mallet, quam dubiam morte subire necem.
 Ergo agite o proceres, si quos fortuna cruentae
 Ad cedem pugnae, fataque summa vocant.
 Nec dubitate animam moriendo fundere fortem,
 Turpius ignava est deditioe nihil.
 Gloria sic vestrum factis extendet in orbe
 Nomen, quod recolat candida posteritas.
 Zrinia nonne vides toto quam fulgeat orbe
 Gloria perpetua nobilitate decens.
 Illius haud equidem famam septem fluuius Ister
 Terminat, ad Tiberim iam Rhodanumque viget.
 Quia etiam fidei constans immotaque virtus
 Littoribus fertur fulgida Threiciis.
 At si tantus amor vitae, sobolisque, piaequae
 Coniugis, et si quid linquere triste putas.

Non tamen hanc animam vestro retinebitis unquam
 Arbitrio, citior stat sua cuique dies.
 Omnia sunt linqenda, tamen sed viuere deinceps
 Nec capias, pulchro laudis honore furis.
 Gloria vos acuat vestra de gente Zerini
 Non moritur: virtus intereunte viro.

Aliud.

Zrinius hic situs est, cui non virtutis egenti
 Abstulit immeritam barbarus ense caput.
 Praemia, quae laudum meruit florente iuuenta
 Reddidit intrepida fulgidiora nece,
 Scilicet ut pacem patriae, legesque tuendas
 Consiliis, opibus, credidit, vtque manu:
 Pectore sic animam, forti profundere fidem
 Non dubitat patria depereunte suam,
 Sed tua (crede nihil) fortissime gloria Zrini,
 Flumina dum stabunt, stabit honore nitens,
 Et quae vita tibi est saeuis exempta periclis,
 Aeternos aderit, non moritura dies.

Valentinus Hellopoeus, Zixouius Hung.

Aliud.

Ut patria fortis pro legibus occubat Hector,
 Zrinius, interiit quoque noster.
 Verum Priamidae concedit gloria nostro;
 Nam patria hunc peritura peremit,
 Istius ad patriae est Ecclesiae, cuius amore
 Intrepidus sua fata subiuit,
 Nec tamen, obsessus quamuis occumbit inultus
 Innumeros quia perdidit hostes,
 Haud potuere Getae Sigethinam scandere ad arcem
 Hoc domito nisi vulnere primum,
 Hanc animam pater omnipotens coelestibus adde
 Spiritibus: bonae tuque viator

Dic, pia Zrini quam molliter ossa quiescunt,
 Dum litui Angelici reuocabunt.
 Occumbit miserum Zrinus in modum
 Si sors haec misera est, gloria quam facit
 Constanter redimendam
 Propter Christicolum fidem.

Ego Turca ferox sanguinea nece
 Fulgens canicie sustulerit caput.
 Orem, quam satis haud sit
 Ut multae lachrimae pient.

Non te prisca fides, hostibus integra,
 Non te magnanimum robur, et impetus
 Praestans motus, et ardens
 Virtus eripuit neci.

Herois solet haec conditio sequi
 Fati, quis volupe est pro patria mori,
 Ast vis parva pericli,
 Imbelles remouet viros;

Iussi mollitiem seu requiem senex
 Optasses tremulis artubus optimam
 Et nullam tibi curam
 Mouisset pietas, fides,

Nondum barbaricas corpore proprio
 Hausisses acies pestiferas minas,
 Sed mors haec, patriae quum
 Donasti, mage te beat.

Effoetus peperit laude carens senex
 Quos fructus patriae? cum sua cuilibet
 Instent fata viro, sit
 Hic fortissimus an piger.

Pelidae genitrix alma, Iouem prece
 Oravit, placidis tempora, saeculis
 Gnato, longa suo, sit
 Actutum annuerat pater

Longaeuus sobolis si steterit dies
 Obscurum faciet, si steterit breuis
 Aeternam generoso
 Gignet sanguine gloriam.

Felix ergo Comes Zrinie concidis
 Fato, te celebris gloria consecrat
 Quam virtute nitentem
 Laudans posteritas feret.

Valentinus Zizovius Vngarus.

Aliud.

Fortiter occumbens Zerinius ante Sigethum
 Praetulit infami libera fata iugo:
 Hos veterum virtusque Ducum sic occidit, eheu
 Pannoniae iacet hic Martia Nobilitas.

*Nicolaus Steinberger, Rector et inspector
 Scholarum Vratislaviensem.*

Epigramma, quo innuitur, Illustri Zrinio,
 ad propugnandam arcem Sigethinam, neque
 fortitudinem neque prudentiam defuisse,
 sed fortunam.

Nicoleos, toti notissimus orbi,
 In laudum summa fixerat arte pedem.
 Cum fera Sultannus dat belli signa futuri,
 Et cupit hunc solio praecipitare Ducem.
 Aduolat extemplo Pallas, natumque tueri
 Turcarum contra noxia tela parat.
 Iamque caput, galea, scapulas et pectora telis
 Firmabat, lateri cinctus et ensis erat,
 Et iam versabas arcus, laetusque bipennem
 Iractabas valida, Dux generose, manu.
 Cum Mauors, Zrinium Tritonia desere clamat,
 Desere. Quid? titulo fratris obesse cupit?
 Cui Dea: Nonne licet subolem victricibus armis
 Inseruare? anne tibi non socia arma fero?
 Desine, Mars iterum clamat, ratione nec ulla
 Inserere te coeptis foemina (quaeso) meis.
 Hic iam Threicii molimina foeda Tyranni
 Conteret, atque meo numine victor erit.

Aspicias quam mox Turcas Phlegetontis in undas
 Mittat et imposito quam pede castra premat.
 Stagnantem aspicias hostili sanguine campum,
 Atque trucidatos sanguis ut unda vehat.
 Heu, quasi bella mihi nunquam, Tritonia fatur,
 Visa forent, vanos fundis ab ore sonos.
 Ast ego quem genui, quem excepi mollibus vlnis,
 Quemque alui proprii sedula factis ope,
 Haud tibi committam natum: natone periclis
 Vndique vallato mater abesse queam?
 Ast aberis, nisi me vires et robor fallunt,
 Mars ait, armatum Nicoleonque capit.
 Hic trahit, illa tenet. Charissima viscera nati,
 Juppiter his, quid sic belligeratis ait.
 Tollite iurgia, nec fatis obstate, relicta
 Jam Zrinius terre viuet in arce poli.

Aliud.

Insigni pietate Duci, magnisque celebri
 Ausibus, obque suam (Scythice defendere ab hoste
 Si potest) patriam qui mortem vidit acerbam,
 Pieriae hunc tumulum Zrinio posuere sorores.
 Qui transis, Zrinii placide, dic, ossa quiescant
 Et pia posteritas illius facta sequatur.

Aliud.

Tandem, qui multos vita spoliarat et armis,
 Nicoleon vita barbara gens spoliat
 Et quia vita fugax, fragilique simillima vitro est.
 Occidit (heu) patrii firma columna soli.
 Ah quales gemitus, et quae venere querelae
 Pannoniae, hunc raperet cum Libitina Ducem,
 Ah quoties manibus compressis pectora planxit,
 Et quantum lacrymas combibit illa suas.
 Atque ait haec plorans: patriae decus atque leuamen,
 Ergo Bistonio caesus ab hoste cadis.

Ast ego quo posses Pyliam superare senectam
 Saepe Deo (heu frustra) vota precesque tuli.
 Et dixi: Zrinium superi servate benigni,
 Ille decus quo sit praesidiumque meum
 Seruate, atque procul crudelia pellite fata,
 Possit ut ad vestros ponere thura focos.
 Sed voto infelix heu defraudata secundo,
 Popitiumque Deum non habuere preces.
 Me miserum, ante etiam quoties sum passa repulsam,
 Verba mea heu quoties diripuere Noti.
 Sic nuper palmas pro meque meisque leuabam,
 Julia cum proceres concubueret tui.
 Ante Deos supplex et flexo poplite stabam,
 Contra Lippa tuos Marte furente Duces.
 Dum precor ecce perit Szolnok pereuntque celebres,
 Quos fuit gremio, Marte togaque viri.
 Et prius Oceani quisquam numerabit arenas,
 Oppida quam Getica quae cecidere manu.
 Quid loquor? aut quid ego lacrymans haec damna reuoluo?
 Quid lacerat populos gens inimica meos?
 Si merui, superi, tot acerba videre meorum
 Funera, cur cessant fulmina in arce poli?
 En ignes capio vestras, iam me date leto,
 Plus suo vix, potero (credite) ferre mali.

Joannes Csanadius Vngarus.

Aliud.

Qualis erat (ceu fama refert) Tiryntius heros
 In populis olim, terra Pelasga, tuis.
 Talis erat nuper virtute Zerinius heros,
 Cum faceret duri nobile Martis opus.
 Ille triumphatum monstris purgauerat orbem,
 Hic saeuo patrium miles ab hoste solum.
 Alcides Cacus, Lerneam sustulit hydram
 Nicoleos Scythicos pacis amore, duces.
 Ille Iouis proles, fuit hic a Rege creatus,
 Qui tenet imperio solis utramque domum.

Sed studiis inimica bonis quid Parca recusas
 Tangere, ut afflata liuor et ipse suo?
 Dum bene uterque parant virtutis praemia laudem;
 Monstraque iam populis ne metuantur, agant.
 Ecce repente cadunt: dispar sed forma pericli est,
 Nicoleos ferro tollitur ille rogo.
 Scilicet hoc meruit nostrorum summa malorum,
 Vt non mansura destituamur ope;
 Quosque animo nobis felices fingimus annos,
 Missa repentino fata dolore trahunt.
 Poesonis ergo nihil terra indulgeto querelis,
 Fortunae ut varias experiare vices.
 Sed, quae laesisti, placabis numina votis,
 Euenit irato nil tibi dulce Deo.
 Hoc ubi praestiteris; vitae melioris ad usum
 Mox pietas faciat non simulata viam.
 Si, nisi quae dederit, fraudes periuria, lites,
 Commoda nulla feres; comoda nulla feres.
 Ex his quaeso tui ne sis ignara, velisque
 Omnia constanti damna leuare fide.
 Huius et Herois qui Martia facta sequantur
 Optabis mecum voce precante Duces.

Joannes Budaeus Vngarus.

Aliud.

Si pietas, animus fortis, memorandaque virtus
 Eximio merito nomina laudis habent:
 Quem faciat clarum ventura nepotibus aetas
 Perpetuo Zrini nomine dignus eris:
 Quis tua gesta etenim memoret? quis praelia dicat?
 Acer et ad belli tempora aptus eras:
 Terror eras diti generi, sed aheneus illis
 Murus, quos pietas iungit et una fides.
 Dum petis arma armis inimicaque tela Getarum
 Niteris inuicto pellere Marte procul.
 Heu quoties nodis in vincla tenacibus actos
 Eripis, ac hostem vertere terga iubes?

Ergo per innumerae sinuosa volumina fraudis
 Atque vias caedis vita petita tua est.
 Sed tua vis robur, fraudem prudentia vicit
 Cedere nec Turco mens fuit aequa truci.
 Quid loquor? obsessum Solymani copia vicit
 Artis ubi validae moenia rapta iacent.
 Nunc caput auulsum membris habet hostis, at artus
 Terra tegit laceros, spiritus astra colit.
 Nil refert quali cecidit quis morte, piorum
 Saepe obitus solito tristior esse potest.
 Omnibus una via est metam properatur ad unam
 Quilibet hanc, viuis ni male currat habet.
 Ie gemit amissum gens Vngara, protinus hosti,
 Ni Dominus caueat, praeda futura fero.
 Ah quoties similem precibus petiitque petetque
 Zrinius in terris sit numerosus Amen.

Stephanus Csorba Debrecin. Vngarus.

Aliud.

Aurea dum virtus celebrabitur ore piorum,
 Dumque reget currus Phoebus in axe suos:
 Inclyte quadrifido Zrini tua curret in orbe
 Fama, triumphali conspicienda rota.
 Sed non innumeris ditio permensa diaulis
 Ardua subuexit nomen ad astra tuum:
 Non tumidi subito eneruata potentia Xerxis,
 Centum armatorum non quinque myriades:
 Verum extant lati patriae pro pace labores,
 Herculeae quantas vix subiere manus:
 Dum Mahometigenam Phlegetontion semina, gentem
 A patriis arces magne Zerine focis:
 Vitrici Scythicas dum disiciis ense phalanges,
 Atque Acheronteum mittis ad usque lacum.
 Nec vigor ante duae montisque manusque fatiscit,
 Quam mortem, explosa glande peremptus obis.
 Sanguinis ergo vomens riuos, cadis, atque, cruore
 Spargis humum patriae ductus amore tuae.

Hinc tua laurigeri merito praeconia vates
 Inelyte, certatim, Dux Nicolae, canunt.
 Nunc animo, emeritus ceu miles, in axe perennas,
 Nomen atra terris fama loquetur anus.

Jeremias Sartorius Pannonius.

Aliud.

Quid praeclara iuuat mirari facta Quiritum,
 Omnibus ante orbis sic celebrata focus.
 Non hi sunt ideo tum Martia castra sequuti,
 Ut decus hinc vero surgat in axe Deo :
 Sed tantum propriae sitiebant laudis honores
 Qua sibi, quae suis nomina magna parent.
 Non imitari istos vera cum laude licebit,
 Quae cadit in coetum Christe benigne tuum.
 Christiadam potius veros mirere triumphos.
 Solius ad laudem quos retulere Dei.
 Hinc etiam documenta potes pietatis habere,
 Quae fient vitae debita norma tuae.
 Zrinius en Christi cultor fidissimus, ingens
 Threiciae genti terror et horror erat.
 Pro grege proque Dei pugnabat lege, Tyrannus
 Turpis in haec ne quid iuris habere queat :
 Vtque Dei sanctum celebretur nomen in orbe,
 Et non imperium barbara turba tuum.
 Ergo addicte Comes Christo mirandus es ipse,
 Prae reliquis, quos fert Itala terra, viris.
 Tu pro laude Dei medios fers pectus in hostes,
 Inde pius, quod te rite sequatur, habet.
 Accipe coelestem rursus hoc tibi dante coronam,
 Florentem totos et sine fine dies.

Nicolaus Baticius, Pannonius.

Eiusdem illustrissimi Comitis
Nicolai Zrinii Epicedion, scriptum a Paulo Fabricio
Caesar. Mathematico, Med. D. et ordinario in
Academia Viennensi Professore.

Pro patria caram virtus effundere vitam
Tempore cum trucibus premeretur ab hostibus villo
Si fuit: (ut sorte semper fuit) vllius unquam
Inclyta non poterit pietas; non inclyta virtus,
Praeferri tibi Zerinae comes inclyte gentis.

Tantus amor patriae, fidei tibi tanta cupido
Praestandae, tibi tantus erat profligere Turcas
Ardor, ut hunc sola satiares inclyte vita.
Nam neque mouerunt te visque minaeque precesque
Vrgentis varie frangentisque omnia Turcae
Nec promissa salus, nec desperata salutis
Commoda moverunt animum, cum cuncta teneret,
Eripere et vitam, quae sola superfuit, hostis
Debebat ferus ille tuo trux ille potiri
Corpore si vellet tandem. Quae gloria talem
Quantus honorque tuam sequitur Comes inclyte mortem?
Virtutis solidae studium, patriaeque salutis
Cura, tibi mortem laudem simul illa perennem
Et talem peperit, quali te vincere nullus,
Vllius historiae victor queat, aspice fastos
Actaque Romani populi, tibi Curtius isthic
Forsitan est similis facta, sed caussa priores
Fert tua, si sacros reputabimus ordine libros,
Forte Machabaeo laus est communis Iudae,
Et simili facto tecum: sed quicquid et hoc est,
Obticeo dum quae restat possessio vitae,
In Christo aeternae tibi debita redditur, ergo
Hic tua fama tuo summam cum nomine laudem
Promerita est, memorique etiam nunquam excidet aeuo.
Diceris pius esse Comes; fortissimus Heros,
Non tantum patriae defensor et inclytus armis
Miles, magnanimus tutor, sed totius orbis
Christiadum. Coelo tandem fulgente receptus
Heroas inter, qui sanguine posteritati

Consuluere suo, quibus est seruare decorum
 Sic patriam visum, caperet ne moenia turpi
 Deditioe ferox hostis, qui rumperet omne
 Fasque, piisque bonis cum moribus omne fugaret:
 Heroas inter tales Comes inclyte viuis,
 Funestas qui Turcae acies atque arma furentis
 Saepe repressisti, aut vicisti, saepe fugasti.

Epitaphium.

Zriniae gentis Comes hic iacet inclytus ille,
 Pro patriam vitam qui dedit ipse suam.

Aliud.

**M. Caspari Sitniae Labac. Ethices in eadem
 Academia Professoris.**

Qui Mahometigenas pulsauit saepius hostes,
 Saepius et victis hostibus ibat ouans:
 Pro templis cultuque pio, pro pace fideque
 Arma ferens, Scythicos depopulatus agros,
 Insignem proprio peperit, qui sanguine famam
 Fama secuturis vix imitanda viris,
 Hac nimis angusta Zrinus tellure quiescit
 Qui pater armorum praesidiumque fuit
 Magnanimus merito, monstrant tot ab hoste triumphis,
 Testantur fidum mors, modus, urna, locus.
 Terra Liburna gemit, dolet Austria, luget ademptum
 Ipsum Europaeae nobile clima plagae.

Zrinus de se ad Procures Hungariae.

Hic ego qui iaceo virtute decorus et armis
 Barbarico oppressus Zrinus ense cado.
 Dum mihi vita stetit Turcas populatus acerbos,
 Incussi saevis hostibus ante metum.
 Multosque ex illis ad Tartara misimus hostes
 Donec corruerent arxque salusque mea.

At nunc auulsum trunco caput aspice nostrum,
 Dum vici toties, victus ab hoste cado.
 Sic erat in fati, nec enim fortuna secundis
 Auspiciis quenquam semper amica beat.
 Mors amat alternos belli casusque vicesque
 Victorique dedit saepius ille necem.
 Vos tamen exemplo Procere addiscite nostro
 Humanis nullam rebus habere fidem,
 Nos quoque florimus, nostra quoque gloria dextra
 Parta fuit primis inclyta temporibus
 Profuimus patriae, Turcasque explosimus armis,
 Defuit et regum gratia nulla mihi.
 Militis et studio cinctus feruente, solebam
 Aspera cum diris bella mouere Getis.
 Arx quoque nostra Szigeth natura atque arte valebat,
 Viribus ut nullis posse perire putes.
 Huc me contuleram, dum res stetit integra Regis
 Imperio, nostris forte daturus opem,
 Et iam canities, nostris quae sparsa nitebat
 Temporibus, docuit posse rogare rudem.
 Paruimus tamen, impositique accepimus una
 Officii regimen, sic moderante Deo.
 Interea fama est saeuum properare Tyrannum
 Threicio nostrum, littore ad exitium.
 Nec me, cum possem, se cedere velle periclis
 Concessit patriae iam pereuntis amor,
 Quum etiam pectus generosum, et conscia virtus
 Antiquum vetuit dedecorare decus.
 Ergo stat, casus quos vel Deus ipse dedisset
 Vel sors, inuicta sustinuisse fide:
 Intrepidus mortem opperior saevique timenda
 Caesaris exemplo spernere iussa placet.
 Atque utinam mihi par numero saeuissimus hostis
 Obuius ad durum Martis adisset opus,
 Nulla recusassem certamina, nullaque belli
 Proelia pulvereo continuanda solo,
 Viuida nam fuerat nostro sub pectore virtus
 Nec mala militibus spes animusque meis.

Tunc quoque, quem nostris populatum miserat oris
 Tentatumque animos, armaque nostra ducem :
 Vicimus, et fuso deleuimus agmine Bassam,
 Nec leuis est clades ista, Tyranne tibi.
 Ergo feruentes Solymannus duplicat iras,
 Euomat in nostrum virus ut omne caput.
 Obicibus portus struimus, stamusque parati
 Turribus, hostilem vim cohibere, cauis.
 Claudimur et forti cum milite rite tueri
 Moenia suscipimus, firma, fauente Deo.
 Obruimur numero, quot enim sunt sydera coeli
 Admouit nostris moenibus ille manus.
 Machina dat sonitum, crebris tonat ictibus aether,
 Sulphura labentem praeripuere diem.
 Saevior urget opus, factisque minisque Tyrannus
 Exemplo animos addidit ubique suo.
 Nec secus ipse meos muris valloque profundo
 Instruo, nec quicquam linquimus officii.
 Instruit ille acies, aditusque viasque requirit,
 Qua ratione viros moenibus excutiat,
 Inuadit precibusque minas regaliter addit,
 Turbaque in insultu tela globosque vomunt.
 Nituntur frustra, frustra pressantque volando,
 Culmina frustra aditus, et tabulata petunt.
 Consequitur clamor, strepitus, durique ululatus,
 Telaque missa manu plurima utrinque volant,
 Millia sub nostris ceciderunt plurima muris,
 Millia degeneri terga dedere fugae.
 Ter sunt conati summos conscendere muros,
 Ter quoque vis nostro Marte repulsa fuit,
 Instaurat toties pugnam, violentia duri
 Caesaris, et socios increpat ille suos.
 Sic contra, statione sua collecta iuuentus
 Expectat Scythici Martia tela Ducis.
 Illis dat robur pudor, et praesentia Regis,
 At nos pro vita cogimur esse boni.
 Heu mihi quam nullae prosunt sine numine vires,
 Heu mihi quam nemo fata suprema cauet.

Atterimur, iam iamque magis decrescimus aegri,
 Copia quae fuerat, parua minorque virum est.
 Debilitant socios, insomnia, cura, labores,
 Et metus et saeuae spes inimica meis.
 Quid faciant? manet una salus sperare salutem
 Nullam, nec praesens posse cauere malum.
 Tunc sic exanimus socios, vultuque pauentes
 Alloquor et verbis tristia corda leuo:
 Quid vos, o socii rerum spectacula turbant
 Tristia venturi turbat imago mali?
 Morsne adeo metuenda fuit (nam caetera saeuus
 Barbarus haud quicquam iuris habere potest)
 Ante tamen fugienda fuit, tolerare necesse est
 Infracto deinceps pectore quicquid erit.
 Nec frustra mutare malum conemur acerbum,
 Quin parere magis sit pia cura Deo.
 Vicimus, et Turcis dedimus fera bella, volenti
 Christo, nec cui quam sit quoque triste mori.
 Hanc misere vitam patriae donemus amici,
 Si modo post mortem patria salua foret.
 Aspice quam nostris inhiet saeuissimus hostis
 Moenibus, et nostram quam velit ille necem.
 Aut alacres bello decernere fortiter omnes,
 Atque opus est digna morte perire viro.
 Aut ignaua magis praebere necanda Tyranno
 Guttura, foemineaque occubuisse nece.
 Spes est nulla fugae, moriendum restat amici,
 Si modo laudetur, mors adeunda placet.
 Mors commune malum est pigris et fortibus, illic
 Vtilitas hosti, hinc gloria parta tibi est.
 Robora sed dextrae miseris solatia praestant,
 Si modo, quod victor defleat hostis, erit.
 Audiat haec procerum turba, audiat istaque miles
 Exemplumque illis quod moriamur erit.
 Nec vos degeneres, virtutum oblita tenere
 Pectora, vel media morte probate precor.
 Si qua super fuerit, genti iam iamque ruenti
 Posteritas, nostrum stabit in orbe decus.

Cetera fortunae instabilis non nostra putemus,
 Virtutem retine, desit ut illa tamen.
 Nec mors o socii totam mihi credite vitam
 Eripiet, melior pars super huius erit.
 Angelicis animam dextris ad sydera duci,
 Vox tua mentiri nescia, Christe, probat.
 Hinc iterum rediuiua venit volentibus annis
 Corporaque haec stabunt tunc reuocata solo,
 Quare agite o socii, nec nunc moriamur inulti,
 Caetera prospiciat pro pietate Deus.
 Talibus extimulo flagrantia pectora, bello
 Omnibus idem animus nil dubitare mori.
 Tunc genibus Christum flexis oramus Iesum,
 Ut caesorum animus aggreget ipse sinu.
 Oscula quin etiam socii, dextrasque vicissim
 Orantes veniam voce, fideque dabant.
 Scilicet insidias occultaque damna paramus
 Moenibus egressique obuia tela damus.
 Barbarus irruerat praedam laniare paratus,
 Non secus ac catulis orba Leaena suis.
 Consertaque manu petimus, petimurque vicissim,
 Sed numero pauci (proh dolor) obruimur.
 Deficimus tandem, medioque in milite septi
 Corruimus, plures et periere Getae.
 Hic finis virtutis erat, per praelia dextra
 Occidimus, nobis exitus iste fuit.
 Ipse ego suscepto iam vulnere saucius, ante
 Vix aegre spirans, captus ab hoste trahor.
 Nec mora anhelanti, nec enim mihi vita stetisset.
 Tollitur annosum vulnifico ense caput.
 Dulcibus atque humeris procul hoc auellitur, eheu
 Truncus in hac, illa stat regione caput.
 Nec tamen illa mihi turbabit gaudia deinceps
 Conditio, Christi quae sacra regna dabunt,
 Tempus erit si quidem, Christo restante requiret
 Cum Deus ex variis, ossa sepulta plagis.
 At mihi fors patriae miserabilis: haec quoque sola
 Causa mihi, mallet cum superesse fuit.

Hac prostrata iacet, turpi subiecta Tyranno,
 Et dat ad impuros vota coacta pedes.
 Tempus erat, quo Pannonicas exhorruit hastas
 Improbos, et petiit foedera nostra Getes:
 Tempus erat, quo vix patriis se finibus hostis
 Futuri, et potuit moenia habere domi.
 At nunc nostra tenet, nostris proditque superbus
 Moenibus, et victos fertque rapitque viros.
 Scilicet irato nihil est pugnare Tonante,
 Et scelera hoc tantum commeruere malum.
 Quae si non essent, vel si resipiscere nobis
 Extrema, Proceres, clade placeret adhuc:
 Nondum sera foret vitae emendatio, nondum
 Est breuior Domini, quam fuit ante, manus:
 Sic fatis extremum genti meruisse ruinam
 Et nobis pariter damna parasse semel.
 Reliquias seruate precor, patriaeque, piaequae
 Gentis, et iratum conciliate Deum.
 Mutua vos iungat concordia, cesset iniquus
 Liuor, et in partes factio saeua duas,
 Pectora sed solido iungantur amore videte,
 Conspirentque prius corda in amore Dei.
 Parcite subiectae plebi nec mole laborum
 Pressos ad durum cogite seruitium.
 Denique iustitiae memores pugnabitis ultro
 Nomine pro Christi, proque salute gregis.
 Nec dubitate Deum victoria cuius in aequo
 Arbitrio semper, statque caditque, ducem.
 Quod si parua manus pugnaeque assueta iuuentus
 Rara sit, atque impar hostibus innumeris:
 Quid prohibet Dominum angelicas demittere coela
 Turbas, aut etiam fulmina, saxa, faces?
 Aut armare statim pro vestra elementa, salute,
 Hostilesque adeo praecipitare viros,
 At si nulla super sanctae pietatis et aequi
 Cura sit in nobis, nullaque iustitia,
 Vltio iam veniet nimiumque propinqua ruina est,
 Impendent vestris quae quoque verticibus.

Frustra praesidium petitis, frustraue vicissim
Ad stolidi, o stolidi, foedera confugitis.
Foedera firma Deo primum placuisse putato
Caetera (crede mihi) commoditate carent.
Aspice, de nostris repetens exempla periclis,
Quid iuuet aduerso bella mouere Deo.
Aspice praesidii quam sit spes frivola vanis
Quam nil magnanimo pectore dextra iuuet.
Interea si quid patriae dum viximus almae
Profuerint nostrae praelia militiae:
Quos iuuat historiam nostrorum audire laborum
Dicite Zerini molliter ossa cubent.
Nomen in orbe bonum
Spiritus ante Deum.

*Valentinus Hellopoeus
Zixonius Hungarus.*

XVIII.¹

... : Juuenes bis quinque acerrima corda
 Qui se vindicibus cuncti vovere sub armis,
 Donec fata suae properassent debita vitae
 Victores, victique. Hunno placet isto volenti
 Conditio: obiicitur socio sociusque viro vir.
 SYNEY primus erat, praestanti corpore et armis,
 Nobile quem germen, maiorem nobilis ausus
 Reddidit, in quouis victrici sorte duello.
 Non gladius dextram armarat, non ferrea tela,
 Nec quae praecipites fundit penetralibus hasta.
 Puniceo sublimis equo: suspenderat arcum
 De more ex humeris habilem: cui iuncta pharetra
 Condensata suis riguit plus mille sagittis.
 Et super haec: „deni nos vouimus: iniice in aequor
 Saltus Turca: decem haec mox funera terra videbit
 Arcus erit meus, et tua quae dabo tela sagittae.“
 Risit Turca virum, quod sola dextra pharetram
 Presset: „tantum odium tibi vitae; age respice dura
 Robora quae libro: arcus aui nocet, hasta iuuentae
 Tantus Alexander fatalis robora ferri
 Nescis: contentus virgulto? haud pectore misso
 Aspicio galeam: seu quondam pertulit hora
 Qua messor nostras furiosa falce cohortes
 Strauisti inuicto Superanti robore; adesto
 Impaudus: vixisti aut indignissimus aura
 Vixero: te erepto Mars noster tutius ibit.“
 Hunnus ad haec nihil, aptato arcu mole sua stat
 Magnanimus. Laeua venientem discutit hastam
 Firmato pede. Jam cursum geminauerat hostis

Decem Hungari
 se decem Turcis
 opponunt, tan-
 dem victores.

Monomachiae
 armis imparibus;
 nam Alexander
 Syney Illustrissi-
 mi Domini Na-
 dasdy Capita-
 neus solo arcu
 Beegum Turcam
 armatum inter-
 emit prope Ves-
 primium.

¹ Nicolai Gabelmanni *Monomachiae Hungaro Turcicae* Carminum
 libri Duo cz. épopéaból.

Terque, quaterque latus pulsans, nihil omnibus actum est.
 Reppulit haud secus, ac coruum quem Tityrus alta
 Arbore furtiuo lapsu, vix non erat actum:
 Eripere inde dapes vel contactu omnia faedo
 Polluere, Harpyiam ventris quia fassus auara
 Proluuie, attolit se Tityrus: aura bacillum
 Vibranti cedit; clangore fugatus inani
 Coruus abit, raptim fugiens secat aethera pennis.
 Assaltu elusus toties crebro infremuit Thrax.
 Hastae innisus nodoso septemplicis orbe
 Ferri armat dextram. Non otia plura terebat
 Stando Hunnus: castigat equum, fugit ocior Euro.
 Turca citus sequitur: prendit similisque tenenti
 Verbera hiat: conuerso spicula dirigit arcu
 Hungarus a tergo, atque oculum certissimus arte
 Rimatur cassis cui partes aerea apertas
 Liquerat hausuro caelum: poliphemus oberrat
 Lumine iam cassus dextro, geminante dolorem
 Ferro, quod radice intus subsiderat alta.
 Casuro acclamant socia agmina. Victus acerbo
 Vulnere iam vindex furiosa mente volabat,
 Jam nixu ambiguo ad terram se fronte minaci
 Inclinabat, frustra tardo pondere inertem.
 Hungarus accurrit victor: totaque leuatum
 Sella praecipitem fulgenti corripit ense,
 Quem lateri accinctum toto capulo aureum habebat.
 Infelix, victoris praemium et vltimum herilis
 Fatum animi veniam vitae petit. „hoc Deus egit
 Hunne: meo capiti misero cum corpore parce.
 Sum tuus et tangit victoris gratia victum.
 Noui: es Alexander Syney qui nostra fatigas
 Arma: haud indignus tanti tolerare Magistri
 Martis opus: Nadasdy proles Martia: nostri
 Excidium Imperii: eheu arma futura tremisco“
 Hunnus ad haec: „Vitae sors aequa fecit virumque
 Conditione parem. Victoris gratia victum
 Non iuuat: et legum gentes reuerentia tangit
 Hac meus: et morere haud victum me gratia viuum

Seruaret tua: dixit; fulgenti abstulit ense
 Nudatum ferro caput: at sine nomine corpus
 Truncum sanguineis lacrimoso liquit in herbis
 Aspectu. I dextras iam nunc tentare viriles
 O miser! in socia multorum caede natabis
 Ecce natas! mox victori spolia omnia cedunt:
 Qua Beegum totis certissima signa notabant
 Campis. Stabat equus phaleris insignis et auro:
 Qui candore niues cursu supera uicit auras
 Multo picturatus thorax ferreus auro
 Lucebat: condens auri sub tegmine vestes
 Arte laboratas: qualis Sidonia Dido
 Incessit Tyria iuuenum stipata caterua.
 Quando virum Aeneam venatrix nescia fati,
 Connubio stabili vellet propriumque dicari.
 Victor ouans longam multo clamore salutem
 Audit: Io ter Io. Patria dignissima proles
 Dignus, qui tanti Ducis agmina fidus Achates
 Custodi socius pastori docta coronas.
 Unus erat toto ex numero, qui natus in armis
 Omne aeuum ferro triuit, viridisque iuuenta
 Terga fatigavit tormento hastaque volanti.
 Israel hic verus, si nominis omen habetur.
 Quid multis! medium solus processit in aequor,
 Bina manu duplici attollens nota arma sub auras.
 Dextra in nudus erat gladius: certumque sinistra
 Scloppetum tenuit, magna sit voce locutus:
 „Turcae: praedones patriae, bina arma videtis,
 Exeat ex vobis animus cui in pectore praesens
 Assueto sublimis Equo, corpusque recondat,
 Insutum ferro secum, armatumque caballum
 Inferat hastatus, distinctamque ordine ferri
 Clauam, cum gladio, ac quiduis librare placebit.
 Hic ego subsistam pedes, omni liber ab arte.
 Nudus, inops qualem certa in statione videtis.
 Dextra mihi Deus, haec DEXter qui diriget arma.
 Obstupuere omnes, tantam fiducia mentem
 Quod capiat, solumque virum tam ingentibus ausis

Hungarus Centu-
 rio pedes, Tur-
 cam equitem de
 vita certaturus
 rovocat.

Praecipue attonitus, versans in corde furorem
 Dirus Arabs haesit tacitus: „quod Numen agat res:
 Quid sibi tanta viri fiducia: cur pedes, hostem
 Armatum demens spatioso in rure moretur.
 Aut dolus: aut tanta frangenda audacia mentis.“
 Dixerat: assensu vocem omnis rasa probabat
 Turba: haerens oculis quem sors effunderet armis.
 Iamque magis bis terue suos geminauerat ausus
 Israel impatiens morae, et alta voce reposcens
 Hostem, stant cuncti mussantes, inter amicam
 Spemque metu dubii: nec quisquam ex agmine tanto
 Ausus adire virum, ac ferro decernere aperto.
 Iamque dies cursum expectata peregerat horae;
 Israel in campo spatiatum ad arma vocabat,
 Si quem vitae osorem ingentem effunderet hostis.
 Et rursus: „quaenam mihi standi finis? adesto.“
 Miles nemo fuit. Tandem omni ex ordine ductor
 Thracius erupit tumidus, quem plurimus egit
 Imo in corde pudor, tantisque superbia ceptis.
 Hic castigauit dictis sine nomine cunctos:
 „Huncceine vos stantes nullo certamine abire
 Permittetis? eat quid possit turcica virtus“
 Auditis socii: quanto vos improbus iste
 Cum clamore vocet: quanta (vix cernere possum)
 Laetitia plausuque, virum spatietur ad ora
 Nostra? hinc praestanti donabo munere, vestrum
 Qui congressus equo, illud durum vindice nostri
 Abstulerit caput ense, et acutae cuspidis hasta
 Praefixum attulerit, roranti sanguine largo.
 Paruaque nec maneat victorem gratia nostri
 Induperatoris, qui vultu digna benigno
 Munera, pro tanto officio, pro munere tanto
 Contribuet: medium te campi conice in aequor.“
 Multos mouit amor laudis pretiique parati:
 Sed ferri metus, ac variae ludibria sortis
 Reppulit: inter sese oculos atque ora ferebant
 Conuersa, haerentes taciti: quis talia praesto
 Ausurus, tandem vix toto ex agmine bini

Turca venire
differt.

Capitaneus cas-
tigat suos, ut
Hungaro metu
recusarent oppo-
nere.

Depictis in equis, magno se murmure tollunt.
 Hos dedit illustres, gestarum gloria rerum
 Expertos belli Iuvenes ac robore firmo:
 Quales piniferi ramis felicibus, alta
 Silua, inter corylos astant, humilesque myricas.
 Aut grauis incedit spatioso ventre caballus
 Lanigeras inter pecudes cum gramine pleno
 Hospitium, quamuis sera sub nocte requirunt.
 Conspexit laetus ductor geminosque futuro
 Lactans melle, alium qui viribus aptior, ire
 Iussit in obuersum fulgens conuertere ferrum.
 Tum vero pavor incessit iustissimus omnes
 Christicolae audacis iam nunc suprema timebant
 Fata viri: imparibus quod congregiatur in armis.
 Ipsemet inceptae autor conditionis iniquae
 Suspensos tenuit Turcas victoria, certis
 In manibus posita, ac dubia ludibria sortis
 Extremum casu inuiso paritura dolorem.
 Hos inter motus, hinc inde ruente caterua,
 Ecce locum densa fusi inclusere corona
 Cum Turcis famuli Christi: statione locati
 Diuersa: ah rerum facies ac tristis imago.
 Defigunt tellure hastas Hunni atque negabunt
 Ventis signa dari, gemino Iouis alite in auro.
 Constitit in medio laetus sanctissima vota
 Conduplicans sublato ad sidera pectore, binis
 Israel immissis manibus: cui Ductor amica
 Admonitu tali sedata est voce locutus:
 „Magnum chare mihi ante alios conaris, amice,
 Hostem quadrupedem expectans tantoque grauatum
 Pondere crudelis Turcae, at validissima mentem
 Spes addat forti, vigilantique utere sensu;
 Nam saepe humanos diuina potentia casus
 Exuperat, tacita nobisque allabitur aura.“
 Israel huic contra: „recti mens conscia facti
 Et praedulce decus, ter magnique unica Christi
 Gloria, me laetum tanta ad certamina cogunt.
 Gratia sola dedit vitam, mors iure subintrat.“

Vix haec. Altisono stridebant tympana cantu,
 Ac tereti claros tinnitus aere ciebant.
 It caelo clamorque virum, vocesque precantes :
 Israel obtutu rectos contorsit in hostem
 Vno oculos venientem, fixus mole sua stans.
 Turca illatus equo, primum vestigia legit
 Obliqua, hinc atque hinc gressu glomerata superbo.
 Etiam cornipedem calcaribus arsit acutis
 Qui leuis in campum totas accepit habenas,
 Quando hastam certis stanti intorquere lacertis
 Visus, sed dextra erranti Deus adfuit : alter
 Praeuisam certo spatio meritus et ipsam
 Excepit, celerique elapsus corpore, retro
 Cessit in obuersum multa reuolutus in herba.
 Obstupuere omnes, latus hastam hausisse putantes,
 Quam morsu tenuit vi intorsam terra profundo.
 Ille sed assurgens, notae non immemor artis
 Scloppetum validis acceptat viribus : atque
 Intendens silicem chalybi (mora nulla) rotato
 Eneruat digito, meritus lumine cursum
 Alterno, ac vomitu medium ructante cerebrum
 Perculit : ictus equo spatium furit omne pererrans :
 Solum vestigans autorem caedis : at alto
 Victus vulnere : prono pendens cernuus ore,
 Procumbit moribundus, magna feruidus ira
 Quod misero solidas neget ultrix dextera vires.
 Decidit horrisono, priuatus luce, tumultu :
 Qualis Carpatiis summis in montibus alta
 Pinus mordaci aut quercus cadit icta securi.
 Expansis ramis captant, quae plurima circum
 Astant ligna, ciet magnum nemus omne fragorem
 Voce resultanti illisum, multoque loquacem
 Sensu. Victor ouans supra caput astitit illi,
 Vagina gladium nudans, collumque rigenti
 Ferro, quaeque omni fulgebant corpore. Loris
 Belliger adductis sonipes (miserabile) adhaesit.
 Tristior, hinc tales dedit ore loquelas :
 „Impie num CHRISTUM speras nescire popellum,

Quem beat a primo exortu cum viscera matris
 Perrumpens misero vagitu prima salutata
 Lumina; non leuis est, mihi crede potentia sancti
 Numinis, ignari cuius vos nulla remordet
 Cura; en iam suus est animae locus inque supremi
 Iudicio series rerum est conscripta tuarum.
 Imparia arma tuli, spe Numinis: impar idemque
 Fecit in obuersas Mahometi fulmina turbas.
 Nec dextram ignores spoliatum lumine corpus
 Militis: hac ipsa miles te militem apertus
 Victor, sanguinea Martis nunc immolat ara.
 Sic fatus: dextro pressit pede corpus inhaerens
 Exanimum; ac gladio collum fulgente petiuit,
 Auellens humeris caput: ac praefixit acuto
 Ferro, horrens atro tabo guttaque fluenti
 Sanguinea: truncum repetenti tradidit hosti.
 Continuo altus equo victor spoliisque superbus,
 Hinc atque hinc totis sese ostentabat in agris:
 Attollens caelo tela inuida (trista venenum)
 Quae totos peragrant artus, imasque medullas
 Missa vorant: socium ulcisci subit ira peremptum
 Atque suas hostili a sanguine sumere poenas.

Hungarus Tur-
 cam truncat ca-
 pite.

XIX.

ODE II.

de

FERTILITATE — HUNGARICA.

Ad

*Magnificum Dominum Gregorium Horvath
aliter Stansith
Baronem de Gradez*

Generosum, Pium, Doctissimum, Benignum.

Augusta Tellus Pannonii soli
Diues: beato omne in gremio tuo est:
Facunda mater sumministrans
Omne, hominum quod amaret usus.

Auri sequaces aurea contines
Venas, ruunt argentea flumina
Plenis Cancris in metalla
Omnia das manibus repletis.

Res mira: nec seruasse fidem suam
Cernes metallum: ferrea robora
Natura opus (tantae est aquae vis)
Deurat: est Venus: omne cuprum est.¹

¹ In margine: Miraculum naturae oppido Schmelnitz ubi ferrum subito vertit aqua in cuprum.

Augusta tellus Pannonii soli
 Mater Ceres quam sic amat vnicam :
 Vt sola sis, qua tecta Diuae
 Des Cereri : hospitium perenne.

Nunquam fames cogit miserum virum
 Morsus in exilem Cererem parare
 Quadris repletis lauta mensas
 Fercula multa premunt gementes.

Robusta pingui farra solo seris
 Messem videbis triticeam : gemunt
 Nunquam boves suspensio aratro
 Longius : horrea cuncta plena.

Et quid celebrem te pater inclyte
 Te Bacche : quo non clarior omnibus
 Terris viges : tu solus inter
 Pocula laetitiae magister,

Est Aula Bacchi Creta : suas sibi
 Partes Iberus vendicat : hunc fugat
 Romanus : non Teuto silebit.
 Est nihil. Hungaria aula Bacchi est.

At belliger restat sonipes ferox,
 Qui militem sistat leuis arduum,
 In Martios campos volantem
 Belliger est sonipes : quid ultra ?

Torui bovis mirabere maximum
 Nullo latus spissis palearibus
 Crassum modo : quem prata condunt
 Mollia nescium herilis aulae.

Piscosus Ister : plaustra gementia
 Implet Tibiscus : quos neque concoquit
 Mortalis usus : Sauus adsit
 Drauus : en alma Thetys secunda.

Silwane cupresso viridi pater
 Dic quaeso terram, quam magis incolis
 Quam sic amas? tot ligna diues
 Sufficis: eue beatitudo.

Notos metit flores apis: ac fauum
 Dulcem premit tam sedula: nec suas
 Nescit latebras hic ferarum
 Multifidum genus optimarum.

Fructus egestas nulla: sed utilis
 Arbor suis pomis: croceos amat
 Felix odores: Timolus alter
 Quo melior neque pascit orbem.

Restant viri: restant homines sati,
 Quorum omne ferro conteritur pio
 Aeuum: ac Mineruae mollioris¹
 Multus honor, duo Castra seruant.

Hos inter excelsum caput erigit
 Carbunculus fuluo velut auro
 In circulo splendet: decorus
 GREGORIUS soboles Croata.¹

Salve Chori Dux Aonii sacri
 Septena signans ora sono: Dei.
 Totus: virorum stella: quot sint
 Quot fuerint, super astra viuus.

Ferro manus multo patre inclytus
 Armauit heros; impia Turcica
 Tot tela fatali repellens
 Robore Tu Patre natus illo.

¹ In margine: Marcus *Horváth*, aliter Stansich Baro de Gradeez et qui Turcam anno MDLV ab obsidione Szigetiana cupitaneus magnificus repulit.

Non oua sic ouis : aqua non aquis ;
Non lac fluens lacti simile est : Patri
 Ac tu tuo. Heroes virique
 Et Pater et Soboles decora.

Verum arma sunt diuersa, pater bonus
Duro manus ferro extulit igneas
 Ac molliori tu Mineruae
 Pialia das sacra. Phoebus alter

Augusta tellus Pannonii Soli
Salue, Dei te magna benignitas
 Dicauit : heu impurus hospes
 Qui loca turpat amoena praedo.

Quondam Dei te magna potentia
Expellet impurum : fuge Turcicum
 Monstrum, redibit diues Hunnus
 Ac placidis requiescet aruis.

XX.

Bevezetés.

Oláh Miklós esztergomi érsek költői pályája az ő vándorútjára, az ő valóságos *Wanderjahre*-jára esik, melyet a mohácsi vész után mint Mária királyné titkára, mint a fehérvári örkanonokság jövedelmeinek élvezője külföldön, főkép Belgiumban és pedig Brüsszelben töltött. E korszak esik 1527—1542 közti évekre. 1536-ban egyik levelében panaszkodik, hogy a költői foglalkozástól elszokott — iam a multis annis in desuetudinem veni —, de az Erasmus halála ismét kezébe adta a lantot, hogy elegiában keseregje el bánatát. Az alább közölt mintegy 70 költemény két korszakra esik: egy rész azon szellemi központ hatása alatt keletkezett, mely Mária királyné körül képződött, másrészt az Erasmus és ugyanez időtájt fivérének, Oláh Máténak halála okozta költői emótiók szülötte.

Oláh Miklós levelezését,¹ melyet az egyes költeményekre vonatkozó jegyzetekben lépten-nyomon fölhasználtam, Oláh költői egyéniségének méltatása szempontjából röviden érinti Kollányi Ferencz „Oláh Miklós és Rotterdami Erasmus cz. értekezésében (Új Magyar Sion 1885. évi folyamában), valamint humán törekvéseit is jellemzi Oláh Miklós cz. értekezésében (Katholikus Szemle 1888. évi folyamában); ugyanerről röviden emlékezik meg Sörös Pongrácz: Ötven év Oláh Miklós életéből (Katholikus Szemle 1903. évfolyam 422. és köv. lapjain) és Balogh Margit: Oláh Miklós Hungáriája cz. bölcsészet-doktori értekezésében (8. és köv. lapokon).

¹ Kiadta Ipolyi Arnold a Monumenta Hungariae XXV. kötetében az Esterházy-család kismartoni levéltárában őrzött kézirat alapján.

Figyelemre méltó *Noszkay György* bölcsészeti-doktori értekezése, mely *Oláh Miklós levelezésének művelődéstörténeti vonatkozásai* (Érsekújvár 1903) cz. alatt Oláh összeköttetését első sorban Erasmussal és azután a Mária királynő udvara körül keletkezett irodalmi körrel, az Oláh levelezésében előforduló holland és német tudósokkal, több fejezetben tárgyalja. Érdekes vonása ez értekezésnek azon kérdés vitatása: hogyan érthető a később oly szigorú és hajthatatlan hithűségű Oláhnak tagadhatatlanul meleg viszonya Erasmushoz. Nem ment a félreértéstől. Erasmus jellemét egyoldalú világításba helyezi, világtörténeti nagy jelentőségét nem bírja megérteni. De érdeme, hogy Oláh levelezésének a humanisták hizelgő és stilisztikai formalismusban leledző irányával szemben felismeri őszinte, igaz jellemét. Oláh költészetét alig érinti: tartalmát, úgy látszik, nem is ismeri. Az irodalmi kör tagjait sorra megemlíti, az Oláh pártfogásáért esengő tudósok törekvéseit jelzi, köztük költőkről is tesz futólagos említést, de egy pár sorral megelégszik (49., 51. lapon). Graphaeus, Nannius, Cranevaldus, Petrus Phili-cinus, Rescius, Ursinus Velius, Levinus Ammonius vagy műveiket ajánlják Oláh Miklósnak, vagy verseit magasztalják, javítgatják, kiadják.¹ Bizonyára az amsterdami könyvtárban lappanghat még egy és más adalék, mely ez irodalmi életre világot derítene. A verselgetésre vonatkozó hely (53. l.) Kollányi, Sörös Pongrácz észrevételein nyugszik.

De ez utalások és megemlékezések nem domborítják ki kellően Oláh költői pályájának jellemét. Az a gyűjtemény, mely a maga teljességében jelenik meg az új *Analectá*-ban, Oláhban a humanista költészet kiváló tehetségű képviselőjét mutatja be. A humanista hagyományok szellemében az elegiai versformát kedveli. Hangja nem emelkedett; képzelme nem erős; de nyelve tiszta és érzése őszinte, meleg. A humanista hizelgőkkel szembeállítva, Oláhban az előkelő felfogást látjuk. Kivált a Katzianer, az Ursinus és

¹ Oláh szerette volna költeményeit Alter Konrádnak ajánlani, de Rescius a költemények kiadója és Nannius (családi néven Nanninck) Jacobus Haloinusnak ajánlották. (Oláh lev. 598.)

a Rotterdami Erasmus halálára írott költeményei értékes darabjai a XVI. század latin költészetének. Fivére, Oláh Máté iránt tanusított nagylelkűsége, kinek javára örökségi igényeiről lemond, testvéri szeretetének megható mozzanata. Midőn e testvért elveszti, elegiája (66. sz.) szép visszhangot ad e szeretetnek.

A baráti szeretetnek igaz hangja szólal meg Kálnai Imréhez írott elegiájában (20. sz.). E versben maga jellemzi költészetét:

„Si quid in est nobis, quod multum exile fatemur,
Hoc furtim taciti me docuere libri.
Nulla igitur causa est, cur Jano conferar abs te
Pannonio, est cuius multus in ore lepor.“

Tehát elismeri, hogy Janus Pannonius csinját, kellemét utól nem éri, hogy ő könyvekből lett költő, tehát neki a költészet gyakorlatszámába ment. És ép az a különbség van közte és Janus Pannonius között: a mi a renaissance XV. századbeli üde, friss szelleme és a XVI. század tanult szelleme közt, mely a következő században még iskolásabb lesz.

Az Oláh-codexből fölvett egy pár darab e gyűjtemény végén épen nem meríti ki a codex tartalmának érdekességét, melyben az Oláh Miklós humanista köre összeadta a maga szellemi ajándékát a bőkezű pártfogónak. Külön méltatást érdemelne Istvánfy Miklós, kinek első írói kísérletei szintén verses alakban nyilatkoztak meg. Több vers van tőle, melyek külön kiadást és külön méltatást érdemelnének. E költői kör érdekes alakja volt Dalmata Tranquillus, kitől szintén közlök két költeményt; de felhívtam az Oláh-codexben foglalt többi költeményeire is dr. Havas Rezső figyelmét, ki a dalmata irodalom köreivel összeköttetésben áll és ki föl is használta a dalmát irodalomról írt értekezésében, melyet bemutatott a Tud. Akadémia I. osztályának 1905 október 9-én tartott ülésében.

AZ OLAH-CODEX¹ VERSEIBŐL.

1. *Cornelio Graphaeo Scriboni respondet de carmine ipsius
Bucolico Reginae Mariae praesentata.*²
Bruxellis Anno 1535.

Quae hi stridenti cantasti carmina lectro
Ingenio Mariae singula quaeque placent
Miratur latias Vatem superare Camoenas,
Quem Regina suum suscipit atque colit.
Itala iam ualeant (inquit) sileantque canora
Sistra, nec inuideant Castalidesque Deae.
Unicus hic noster superat, quaecunq̄ue probantur
Aetatis nostrae: carmina docta Graphaeus

¹ Egyetemi Könyvtár *H.* 46. sz. codexe. Leírását adja „A budapesti M. Kir. Egyetemi Könyvtár kéziratának czímjegyzéke“. Budapest 1889. I. rész 202—205. lap. A codex egyes iveri tévesen lettek a kötésbe fölvéve, az összetartozó részek kikeresésével és az egymásután megállapításával külön jegyzéket állítottam egybe, mely megtalálható a kézirati kötethez csatolva. Az egyetemi könyvtár igazgatójának, dr. Ferenczi Zoltán úrnak szivességéért, hogy a kéziratot huzamosabb ideig használhattam, e helyen is hálás köszönetemet nyilvánítom.

² Scribonius (Schryver) Graphaeus előkelő helyet foglal el Oláh Miklós barátai sorában. Jeles philologus és latin költő volt. Született 1482. Aelstben Flandriában. Antwerpenben tanult, tudományos és irodalmi érdemeinek révén az antwerpeni államlevéltár őrévé tették. Meghalt 1558-ban. Írt történelmi, földrajzi munkákat. Pásztor-költeményeket is adott ki „Sacrorum bucolicorum III.“ cz. alatt, melyeknek vallásos tárgya van. Oláh Miklós levelezésében (közli Ipolyi Arnold, Bpest 1875.) találunk egy levelet, mely 1535 decz. 1-én kelt Antwerpenben. Ebben többek közt így ír: Epithalamion Virginis Mariae augustissimae reginae dicatum (cum alia quaedam eius farinae illi addenda ad lunam reduxero) impressum curabimus, tibi que exemplaria quaedam mittemus. Világos, hogy a megígért Epithalamium Virginis Mariae-t, mely alighanem ugyanaz a Jöcher *Allg. Gelehrten Lexicon*-jában (IV. 443.) felsorolt három szent pázstorköltemény

Maxima bucolico diuum mysteria pangit
 Carmine: perpetua commemoranda die.
 Quare age qui vincis doctissima pectora Vatum
 Unice suaui loquam teque tuamque lyram.
 Quod fiet quando ruralia plectra relinquens
 Magnum regum forcias (sic!) factas canes.
 Suadet amor noster, Corneli candidus in te
 Quae fuerint laudi me tibi percipere.
 Plurima materies dabitur tibi magna canenti.
 Non deerunt Musae Caesaris acta tuae.
 Nam domuit Vastam Lybiam, Gallosque rebelles
 Europae dominus, mox Asiam adiiciet.
 Laudando rabidi, nobis fera proelia Martis
 Vates priscorum et te superare potes.
 Bucolicum Carmen cecinit prius illa Maronis
 Docti Calliope post canit arma Virum.

2. *Ad Villegam D. Georgii Episcopi Brixinensis Oeconomum Dominus Nicolaus Olahus. Jacobi Dani¹ nomine.*

Aeneam fortem sequitur dum fidus Achates
 Intrepidus subiit tristia quaeque loco.
 Phoenicis fruitur magni quum diuus Achilles
 Consilio fido tum fuit ille potens.

közül a *de nativitate Christi carmen pastorale*-val; ez adhatta az alkalmat Oláh költeményének megírására. Ugyane Graphaeus küldi a régi Róma topographiáját, melyről Brüsszelben beszéltek együtt. Megküldi 1535. júl. 27-én, Oláh egy pár nap múlva, aug. 1-én meleg szavakkal köszöni meg. „Huncque Olaum talem semper in te, et suos cognosces, qualem amor noster mutuos postulauerit“, mondja a többek közt, mi az Oláh és Scribonius közt szövődött barátságról élnék bizonyosságul vehető. Ugyane Graphaeusnak Rotterdami Erasmushoz írott epitaphiumait is megtalálhatni az Oláh-codex p. 234b —236b, valamint az *Oláh Miklós levelezésének* 586—588. lapjain. E verset, valamint a Scribonius Graphaeus verseit közli Ipolyi az idézett kiadásban 589—592. lapokon.

¹ Jacobus Danus, azon belga irodalmi kör egyik tagja, melylyel Oláh sűrű összeköttetésben állt. Előfordul e Danus az Oláh Miklós levelezésének Ipolyi-féle kiadásában mintegy harmincz levélben. Ville-gáról nem történik e levelekben említés.

Nestoris eloquium prudens Agamemnona divum
 Ornat, et euertit Pergama clara senis.
 Non fuit indecori dominis fidisque ministris
 Officium hoc gnavum: sed decus omne dedit.
 Tu quoque Villega dominum virtutibus amplis,
 Illustrem obseruas, suspicis atque colis.
 Sic non poeniteat te operis, non hunc quoque recti
 Consilii admissi seruitiique tui.
 Faelix (sic!) sorte tua dominus: sed tu quoque faelix,
 Qui Domini curam non sine laude gerat.
 Tempora quam longo, domini bona fama vigebit
 Et tua tantisper fama celebris erit.
 Quod ego conabor: si quid mea carmina possunt,
 Posteritasque omnis haec tua facta canet.

3. *De reditu Domini Georgii Episcopi Brixinensis. Idem.*¹

Gratulor aduentum faustum, clarissime Princeps,
 Quod remeas ad Nos, prosper, et incolumis
 Gratulantur reditum, juuenum laetissima corda
 Faelicem (sic!) Praesul cunctaque turba senum.
 In te multorum clarissima lumina vertis
 Primatum et monstras numen inesse tibi,
 Conspicuos mores, vultumque et mitia verba
 Miratur grauium quilibet ordo virum.
 Aetkereis tantus uigor est virtutibus, ut sic.
 Mortales rapiant ad sua vota uiros.
 Fac igitur vincas, Praesul ter maxime nostram
 Spem de te castis moribus: hisce tuis.

4. *De venatione Reginae. N. O.*²

Jam mouit Regina suos ad pascua gressus
 Et campos uirides deliciasque suas.
 Insequitur timidos lepores ceruosque fugaces,
 Et vacuum raro sustinet esse diem.

¹ Az Oláh-codexben a javító kéz teszi a czim elé: Idem.

² N. O. a javító kéz tette a czim után.

Saepe Diana truci uibrat venabula feros,
 Saepius at multo conficit ista feras.
 Non igitur temere hanc Mariam praeponimus illi,
 Sic illi haec praestat, uincit ut illa feras.

5. *Ad Franciscum à Burgundia. N. O.*¹

Te Francisce petit, felix Hollandia Erasmi,
 Extremam scriptis concelebrare diem,
 Laudibus illius, virtus uix indiget ullis,
 Patria sed uiuet carmine laeta suo.

6. *Responsio ode dicolos distrophos.*

Nec facile est, quod anice mones, ut carmina pangam
 In his Erasmus ut praedicem.
 Perdita namque opera est laudes iterare perennes
 Tam fuites pudet modos.
 Ponere in eximii cineres et funus Erasmi,
 Quem debet orba Hollandia.
 Hactenus admonitus: onus hoc melioribus opto
 His etsi opus nil extimo.
 Spirat adhuc virtus et uiuida scripta superet.
 A morte sese ut uindicent.
 Caelo Musa beat quibus est bene vita peracta
 Nec obstat ulla obliuio.
 Qui superis mixtus: caeca licet abditus urna,
 Vel sole clarius micet.
 Lumina quae poterint illustrare Batauos,
 Dotes suos si nouerint.

¹ N. O. utána jegyezve. *Franciscus à Burgundiáról két izben* tesz említést Oláh leveleiben. O. M. L. 588. és 603. lapokon.

7. *Ad Eundem Dicolos Distrophos, partim Heroicus, partim*

iambicus trimeter, Responso Domini Nicolai Olahi.

Sinceri est animi frater cordisque modesti,
 Tentare modice quae queas quam maxime.
 Qui tamen assequitur, scriptis laudes decorare
 Insignis et praestantis, haud turpe est viri.
 Ingens est pietas, cineres celebrare sepultos,
 Et quid pudoris est colas si maximos?
 Hoc potius semper claros ad sidera transfert
 Caeli poetas, dum student viros bonos
 Pro virtute sua, merito exornare decore.
 Francisce, non verere, barbiton tuam
 Ad laudes aptare pias et tangere Erasmi,
 Hollandiae qui dulce decidit decus.
 Insignes clari si non Agamemnonis artes
 Homerus aut Achilles esset ordine
 Complexus, minime possent praestantia facta
 Reges ducesque horum sequi nunc sedulo.
 Ipsa licet docti virtus iam viuat Erasmi
 Perenniter, nec sustinent foedam libri
 Perniciem: mortisque viam penetrare caducam
 Nam tanta erat virtus viri haec ut tuta sint.
 Attamen ipse tuum cunctis memorabile reddes
 Nomen, dum Erasmus, garrula canes lyra.

8. *Eiusdem R^{mi} Domini Do: Nicolai Olahi ad Franciscum
 Craneualdium¹ scribentem laudes.*

Reddita sunt Manibus praeclara poemata nostris
 Splendida, queis Caroli Caesaris facta canis.

¹ Craneveld Ferencz híres jogtudós, a mehelni tanács tagja, V. Károly tanácsosa; életének későbbi, 60 éves korában tanult meg görögül, Procopius *de aedificiis Justiniani*, Szent Basilius: *Homiliae* cz. műveit latinra fordította. Ugyanő Oláh Miklósnak küld két epitaphiumot (Rotterdami Erasmusról) 1536 szept. 10-ről kelt levél kíséretében. Válaszul Oláh Miklós elküldi a maga elegiáját és 3 epitaphiumot, mit Craneveld megköszön 1536 szept. 22-ről kelt levelében. Ipolyi: 582—586.

Scribis ut arbitrio cupias haec edere¹ nostro
 Tradere et aeratis effigienda tipis.
 His ego amice tuis monitus fidissime scriptis,
 Carmina perlegi terque quaterque tua.
 Multa licet celebres edant² monimenta poetae
 Non tamen haec illis inferiora puto.
 Caesaris ad viridem campum violisque refertum,
 Spirantes flores congeris atque rosas.
 Adde quod eximium formas in Principe vero
 Ingenium, ut bellum tractat et arma gerat,
 Praeterea numeras ut concilientur amici
 Moribus et claris concilietur amor.
 Quid placidam deceat pacem, per tempora cuncta,
 Virtutesque omnes cum pietate doces.
 Inseritur dulcis magnarum fabula rerum,
 Quas lepide veris condis et historiis,
 Sic resonat nitidi, ter Maxima Musa, Maronis,
 Sic cecinit versu Naso poeta suo.
 Clarus et illius numeris Octavius ille,
 Noster hic iste tuis sic celebratus erit.
 Quando igitur justus Caroli cantaris honores
 Natalesque lares magnaue facta simul,
 Desine cunctari et doctas prohibere camaenas;
 Quin procul hinc uolitent, multa per ora virum
 Caesaris ut meritas decorant sua carmina laudes,
 Nomine sic huius tu quoque clarus eris.
 Inclita si Caroli super aethera fama manebit
 Et tua crede mihi Musa perennis erit.

9. *In quaestorem Reginae Mariae.*³

Claudicat infelix⁴ debet cum soluere nummos,
 Claudicat minime dum rapit hos aliis.

¹ A kéziratban: aedere.

² U. o. aedant.

³ E pompás humorral írott epigramma czimében a javító kéz pótlása: *Mariae*. Hogy ki volt e pénztárnok, az nem fontos.

⁴ A kéziratban: infaelix.

Quum tamen ad furti crimen, turpisque rapinae
 Esse graui posset crure maloque pede.
 Di faciant semper pedibus procedat aduncis,
 Praeter quam dabitur quum sibi poena crucis.

10. *R^{mus} Dominus Do: Nicolaus Olahus, Do. Francisco
 ab Ujlak Episcopo Jauriensi.*¹ S. D.

Accipe gratanter nostros ex pectore versus,
 Candidulo missos: Graecanicosque modos.
 Sunt mihi nunc rerum per magna pericula curae
 Nec calamo desunt grandia scripta meo.
 Atque animus nullo viridi requiescit in agro
 Sed vaga, nunc turpi est mens hebetata situ.
 Nunc animo tristis patriae uersatur imago,
 Nostrorum et clades et grauis ira Dei:
 Tristia sollicitant duri nos somnia Martis
 Intimaque assiduus concutit ossa tremor.
 Palladis innuptae Charitum doctaeque Thaliae
 Munera: quod bene scis otia tuta² petunt.
 Quae quia iam rabies rapuit solamina belli,
 Carmina nostra feras barbariora licet.

11. *Nobilis Domina Clara ab Ujlak, sepulta Posonii Viato-
 rem et filium, Episcopum Jauriensem alloquitur. D. N.
 Olaho authore.*³

Si tibi fert animus sortem patriamque Viator
 Nosse meam: lecto carmine cuncta scies,
 Sirmica me genuit tellus gratissima quondam
 Regia quae fuerat dulcis Jache tua

¹ Ujlaki Ferencz györi, majd egri püspök (megh. 1554.), kivel Oláh több levelet vált és a kiról leveleiben megemlékezik. Hozzáintézett leveleit közli Ipolyi többször idézett kiadásának 26., 99., 100., 134—5., 151., 188—9., 557. lapjai. Első levele Linzben kelt 1530 jan. 15., utolsó Brüsszelben 1535 júl. 15. A levelek hangján a bizalmas barátság és meleg rokonszeny érezhető.

² *tuta* helyett a lapszélen *grata* olvasható. De ez voltaképe *emendatio in peius*.

³ A második kéz írta oda Oláh szerző voltát.

Hinc ego dum grati precibus deuicta fuisset
 Emigro et Pesti commoror urbe diu.
 Inclitus at postquam cecidit Ludouicus atroci,
 Thurcarum rabie cunctaque Marte ruunt,
 Huc me longaeuam pietas migrare coegit,
 Summa mei nati et figere hac urbe pedem.
 Ac uelut Aeneas grandaevum ex caede¹ parentem
 Filius haud aliter me extulit ipse pius.
 Et quamuis magnos fuerim perpessa dolores
 Ac celebris fugiens undique pressa² malis
 Attamen omne malum, luctus: pietate perenni
 Solabar gnati: qui mihi uita fuit.
 Id quoque laetitiae fuerat pars maxima nostrae,
 Quod licuit matrem Praesulis esse viri.
 At quam longa dies gravidos confecerat artus,
 Ipsa meum fatum, deprecor esse breuem.
 Audiit omnipotens longo et defessa labore,
 Consopiit membra, ac iussit adesse sibi.
 Quum uideas igitur nostri monimenta sepulchri
 Te quoque mortalem fac meminisse uelis.
 Et tu linque meum lacrimis rorare sepulchrum
 Atque oculos filii, pace grauare tuos.
 Nam quae nunc tumulus condit mortalia certe
 Extiterant: pia mens regna beata petit.
 Te uirtutis amor rapiat, mentisque pudicae
 Officiisque precor sis memor usque tui.
 Iustitiamque colas, sancta pietate refertam,
 Et te mundani non trahat aura soli.
 Qua Deus aeternus uoluit uenerariet: hic sit,
 Maxima cura tibi, relligionis amor.
 Viribus hanc autem placidae consistere mentis,
 Corporis: haud habitu splendidiora puta.
 Nec te poeniteat, miserum pauisse popellum,
 Caelitus est cuius tradita cura tibi.

¹ A kéziratban: *cede*.

² U. o. *praesso*.

Hic pastus fuerit, verbo diuinitus orto,
 Exemplo vitae corporeisque cibis.
 Singula quae dixi memori tu mente reconde,
 Immemor haud charae sic genitricis eris
 Et te promeritum, caelestia dona manebunt
 Iungerisque piis caetibus atque mihi.

12. *Epitaphium eiusdem dominae eodem authore.*

Hic tumulus dominae Clarae corpuscula condit,
 Quae fuerant fidei, cum pietate domus.
 Hâc animam pariter puram pietasque fidesque
 Transtulit ad sacri castra suprema poli.

13. *Aliud.*

Hic iacet insignis pietate et sanguine clara
 Cui dedit hoc virtus nomen et alma fides.

14. *Aliud.*

Hoc recubat tumulo: tam re quam nomine Clara,
 Viuentem fuerat quam uenerata fides.

15. *Aliud Eodem Authore Eiusdem Epitaphium.*¹

Ἐρμῆς ἰσάνεμος κοιλῶ κυλλήνιος ἄνθρωπος
 Ράβδον ἔχων χρυσὴν ἀγγελος οὐράνιος
 Ἐἶπεν τῷ Κλάρας ὑῖφ πολυδακρυόεντι,
 Ἐίλετο τὴν θανάτος, μοῖρα τε δεινοτάτη
 Τίπτε σὸ ὥς δακρύεις δεινῶς παρά μνήματι μητρὸς;
 Οὐ θάνεν ἀλλὰ βιοῖ ἀστεροέεντα βίον
 Ἦν δ' ἀγαθὴν ψυχὴν κόλπον προτὶ ὄλβιον ἤξα
 Ἄθανατόν Ζηγὸς δόμος ἐστ' ἀγαθῶν.
 Τὴν μὲν ἐγὼ αὐτὴν καιρὸς ποτε ἔρχετ' ἐκείνος
 Σώματι τῷ αὐτῷ κεύσομαι ἐνθάδ' ἄγων'
 Ὡς ὅτε σῶμα μετὰ ψυχῆς κάλα ἔργ' ἐπονοῦντο
 Ὀλβια τῶν μακάρων ἴσα λάβωσι βίων.

¹ A rendkívül hanyagul leírt költeményben számos ékjelzési hibát kijavítva adom a szöveget. Pl. a codexben: Ἐρμῆς, ἀνθρώπος, δακρυόεντι θάνατος, ὡς (= így), παρα, ὄλβιον, ἀθανάτον, ἀγαθῶν, αὐτὴν τῷ αὐτῷ, ὡς (= a mint), ἐπονοῦντο állanak.

Ezután következik a codex 7. lapján négy fordítása e versnek. *Craneveld, Burgundi Ferencz, Hipper András és Jacobus Danus* fordították le.

E fordítások közül álljon itt Hipper Andrásé, mint a mely leghűbb az eredetihez.

Adstans Mercurius vasto Cyllenius antro
 Nuncius e coelis aurea sceptru gerens.
 Ad Natum Clarae quum mors tulit impia tristem
 Et lacrimabundum talia verba refert:
 Quid miser heu ploras? tamquam sit mortua, si quam
 Non dubium est vita nunc meliore frui.
 Hanc ego transuexi iussus sic in aethera laetam
 Ad Iovis aetherei limina plena bonis
 Haec anima et rursus iungetur corpore per me
 Ultima cum uenerit Iudicis illa dies
 Hanc tunc pro meritis, pro condicione laboris
 Corporis et animae vita erit una simul.

16. N. O. *Ad Jacobum Danum*¹ *meditabundum.*

Quid tibi cum tacitus sedeas uenit optime Dane,
 In mentem tristem, quid tibi Dane venit?
 Nonne vides sponsam tacitam conducier ad te,
 Quae possit manibus terque quaterque premi.
 Candida quae valeat, circumdare brachia collo
 Mollibus et digitis tangere terga tua.
 Basia quae infigat geminis haerentia² labris
 Te foueat grato dulcis amica sinu.

¹ E Jacobus Danus Oláh brüsszeli baráti köréhez tartozik, kiről először Arnoldus Oridryus 1531 decz. 25-én kelt levelében tesz említést, mint a ki őt a görög nyelvi tanulmányokra nézve útmutatást kereső Oláh figyelmébe ajánlá. Tehát már ekkor bizalmas barátja lehetett. Sűrűn tétetik említés e férfúróól Oláh Miklós leveleiben. V. ö. Ipolyi kiadásának 178., 193., 203., 212., 223—4—5., 228., 271., 278., 354., 396., 399., 408., 415., 424., 428., 430., 432., 448., 487., 500., 507., 512., 565—7., 580., 594—7., 604—7. lapjait.

² A kéziratban: haerentia.

Amplexuque suo curas depellas inertes
 Et cupiat femori consociari femur.
 Margaris ecce tibi ducetur candida coniunx
 Nomine quae est pulchro pulchrior ipsa suo.
 Huius in amplexu tepido cum cumbere detur
 Quid tibi fortuna haec gratior esse potest.
 Felix qui poterit talem traducere vitam
 Coniugis atque suae munera perficere,

17. *Epicedium Pauli Bakyth per Turcas in conflictu decolati: anno 1527. prima die Mensis Decembris D. Olah authore.*¹

Angelus aetherea Gabriel demissus ab arce
 Eximii profert verba uerenda Dei:
 Non est cur oculos lachrimis oneretis amicos
 Pulsetisque graui pectora vestra manu.
 Aspicitis mutilum quod enim sine vertice corpus
 Auulsit caput hoc religionis amor,
 Quod pugnans fuerit Turca truncatus ab hoste
 Christicolae hoc opus est conspicuique viri.
 Degeneres animi pro me fera proelia nunquam
 Nec pauidae mentes Martis ad arma ruunt.
 Paulus hic intrepide subiit cognomine Bakyth
 Munia quaeque viri fortis et arma mea.
 Qui quamuis summa ceruice resectus
 Iam tamen hunc capiti consociabo suo.²
 Tristia vos igitur sinui date funera terrae,
 Occupat ast gremium spiritus ipse meum.
 Dixit: et ad superum Gabriel remeavit Olympum
 Officiumque suum grauiter exiquitur.

18. *Ad quendam: eiusdem.*³

Possible est iuuenum subito concedere fato,
 Viuere uix poterit tarda senecta diu.

¹ Oláh szerzőségét a javító kéz jelezte.

² A codexben *meo* áll, holott a helyes értelem *suo*-t kíván. A testi feltámadás alkalmával visszaadja Gábor angyal a levágott fejet.

³ A javító kéz toldaléka.

19. *Aliud: eiusdem.*¹

Possibile est juuenem ueluti decedere morte
 Vita senis trepidi sic breuis esse potest.

20. *Ad Emerici Kálnai L'ras Responsio R^m Do. Do.
 Nicolai Olahi. Anno 1536.*²

Non mea Phoebeae cinxerunt tempora lauri
 Nec mea Pegaseo est fonte leuata sitis.
 Nec memini dulcem quondam coepisse soporem
 Est ubi Parnassus Pieridumque nemus;
 Non etiam grauium turbata negotia³ rerum
 Unguibus a teneris otia⁴ laeta dabant,
 Ut talis possum qualem cupis esse poetam
 Et dare concinno Carmina compta stylo.
 Si quae etiam celebris quondam virtutis imago
 Haeserat ingenio non sine laude meo,
 Temporibus duris et desuetudine longa
 Excidit haec animo iam mihi tota diu.
 Namque animum mouit facies tristissima rerum
 Et strages Patriae maxima facta meae.
 Nec choris sociis durus Mars ille pepercit,
 Sed ualida strauit fortia⁵ corda manu.
 Non magis Aeneam Troiana pericula tristem
 Commorunt: quam me patria fracta mouet.
 Nec minus Andromache defleuerat Hectora coniunx
 Tessalicis, raptus dum traheretur equis,
 Quam mea consocios defflerunt lumina charis
 Totque feros raptus virgineasque neces.

¹ A javító kéz toldaléka.

² Kálnai Imre erdélyi főesperessel Oláh főként politikai kérdésekben vált leveleket. A hazai pártok állásáról, helyzetéről értesíti. Az Ipolyi-féle kiadásban az első levelet Kálnai írja 1527. nov. 13. az utolsót Oláh 1533. nov. 19-én Brüsszelből.

³ A codexben: negocia.

⁴ U. o. ocia.

⁵ U. o. forcia.

Errat ut Borea rigido depulsa phasellus
 Fluctibus in mediis: sic ego mente vagor.
 Haec igitur turbet grauius quum Lerna malorum
 Me docti quidquam scribere posse putas?
 Adde quod ingenio si quid superesse uideatur
 Hoc quoque, quod reliquum est aulica cura premit.
 Imbuit ingenium nostrum non Itala tellus,
 Graecia nec cultas praebuit¹ illa scholas.
 Non nostros etiam mores Germania finxit,
 Non urbs, quae *Gracchi*² nomine dicta fuit.
 Terra brabantia dedit nullos mihi docta magistros
 Gallia nec charites ingeniosa suas.
 Si quid in est nobis, quod multum exile fatemur
 Hoc furtim taciti me docuere libri.
 Nulla igitur causa est, cur Jano conferar ab ste
 Pannonio, est cuius multus in ore lepor.
 Si tamen ipse tuis pateris inscribere chartis
 Imparibus numeris carmina pauca dabo.
 Sibiricum³ scribis rerum meminisse mearum
 Queis et tu sociae non nihil addis opis.
 Usus amicitiae multus charissime suadet
 Alter ut alterius tempora dura leuet.
 Quid prome cyathos Bacchi siccetis amicos
 Pensata crebras, non secus ipse vices.
 Calpinus cum Forgacius mihi saepe recursat
 Sibiricusque animum possidet usque meum.
 Et Brodericus erit (quamuis de littore nostro
 Inuitus cessit) Praesul in ore meo.
 Nadasdina domus claro ut succreuit honore,
 Sic crescat rogito, prolibus aucta piis.
 Exhilarat mentem felix concordia nostram
 Conuictusque piae laetus amicitiae.

¹ E szót a javító kéz nyomán közlöm. Az eredeti szöveg hibás és érthetetlen volt.

² A codexben az egyik c javításkép fölibe írva a Gracchi-nak.

³ *Sibiricus*, ki volt e kedves öreg úr? nem tudni Bizonyára *Zsibrik* volt a neve.

Omnipotens superi quum me Regnator Olympi
 Restituet stabili Pannonioque solo.
 Spiritus ipse meus patria renouabitur aura
 Grataque prosperitas supprime omne malum.
 At vos o socii ueteres fidique sodales
 Auxiliatrices tunc mihi ferite manus;
 Ut mea prateteriti pensentur damna laboris
 Ocius et vestra destituantur ope.
 Dulcia tunc etiam laetae conuiuia Mensae
 Concelebrata suo mista lepore mihi.
 Splendenti phyalas gemma statuetis et auro
 Atque coronatum Bacchia dona merum.
 Tristia nosque olim passos meminisse iuuabit
 Tunc mala laetheis cuncta dabuntur aquis.
 Victus amicorum facilis sermoque disertus
 Atque sodalicium gaudia mille dabunt.
 Et mediis laetum dapibus paeana canemus
 Pulsantes pedibus terque quaterque solum.
 Excutient faciles nobis risusque iocosque
 Sibirici nostri candida verba senis:
 Qualiter ipse olim dulces transegerit annos
 Et gratas Veneris deliciasque suas.
 Sed iam tempus adest, cymbam subducere verto
 Ne subito in mediis deficiamus aquis.
 Et mihi fas nunc est primos percurrere cursus
 Coepimus et qualem iam properare uiam.
 Nec nostri rapide laxatis ora lupatis
 Carceribus missi dispatientur¹ equi.
 Quod tibi contigerit pulchra²: cum dote puellae
 Coniugii consors fida decusque tui.
 Lactes et excutio maestum corde dolorem
 Laetitiaequae manent plurima signa meae.
 Maximus ille Deus, celsae qui praesidet arci,
 Producat uitam coniugis atque tuam.

¹ A kéziratban: dispatientur.

² A lapszélén: *magna*. Én az eredeti szöveget jobbnak véltem és megtartottam.

Et faciat pulchra faustum te prole parentem,
 Quae mentis superet dotibus aucta patrem.
 Pampineis ueluti subiecta est uitibus ulmus
 Assiduo et floret culta labore viri.
 Dulcibus et nobis semper manet alma racemis
 Multiplicans fructus tempore quoque suos.
 Sic humeros fortes substerne ferendo
 Dulceque connubii disce subire jugum.
 Ac purum colito Dominae constanter amorem
 Ut multos crescat pignore casta domus.
 Ac ueluti turgent frutices florentis oliuae
 Sic Mensam soboles cingat amica tuam.
 Foelix qui poterit talem producere vitam
 Et grates meritas reddere rite Deo.

21. *Franciscus Creneualdius: consiliarius Caroli¹ Caesaris,
 ad Dominum Nicolaum Olahum.*

Haec utinam uerus vates cantauit Olahus;
 Libertas redeat pristina Pannoniae.
 Perfida Thurcarum toto pellatur ab orbe
 Barbaries: nullam docta tenere modum.
 Sic Caesar vincat, Christus sic regnet ubique
 Florent ut Pastor unus et una fides
 Tempora labuntur tacitisque aduoluimur² annis
 Quod fere praedixit Christus Amice vale.

22. *R^{mi} Domini Do. Nicolai Olahi ad Emericum à Calna,
 in die natalicio Gabrielis filii carmen elegiacum: petentem
 ut in eum diem Disticon faciat. Anno 1536.³*

Forte gemens nuper viridi consederam in umbra
 Cum fratris lachrimans funera maesta cano.
 Murmure ubi grato vitreus perlabitur amnis
 Exhilarans dulci tristia corda sono.

¹ Cranevaldról lásd fennebb a 8. vershez irt jegyzetet.

² A codexben: *aduoluitur* áll, a javító kéz a *t-t* áthúzta és felébe írta: *m*; a mint hogy tényleg kellett állnia.

³ Kálnairól a 20. sz. költemény jegyzete szól.

Incipit hic veteres cantu Philomela querelas
 Fronde sub umbrosa promere maesta suas.
 Hanc aliae streperam volucres ganitibus altis
 Argutae passim uincere quaeque studet.
 Luctibus inmodicis fessos tunc deprimit artus
 Occupat atque oculos lumina chara sopor.
 Iam screpitis curam fluuii vocesque canora
 Depulerant auium et repserat alta quies.
 Musarum placidus¹ cantus quum uenit ad aures
 Promittens lepido nuncia laeta sono.
 Hic ego percussus mira dulcissime uocum
 Sustollo corpus nisus utraque manu.
 Incertus maneam an fugiam formidine tanta.
 (Nam sanctum uisum est agmen adesse mihi.)
 Frigida cum teneor fuso per membra timore
 Tum cantu suaui mulceor usque melo.
 Sic igitur timida tacitus dum mente fatigat
 Sollicitumque animum maxima cura premit;
 Visus adesse mihi trepido Crinibus Apollo,
 Dextra manus cytheram, tela sinistra gerit.
 Huic comites fuerant Dryades: doctaeque sorores,
 Et laetus charitum (numina grata) chorus.
 Quid miserum dixi toties² urgetis amicum
 Carminibus laetis? hinc procul ite precor.
 Non mihi nunc cordi cytherae sunt laeta sonantes,
 Nec gratae choreae fratre obeunte meo.
 Omnia sunt certa discreta negotia³ rerum
 Ordinibus: cupiunt tempora quaeque sua.
 Nam statuit summus superi Regnator Olympi
 Quique suas leges, iuraque certa tulit
 Tempora discreuit miseris mortalibus ipsa
 Prospera nunc homini, nunc mala fata dedit.
 Illius arbitrio patulo moderamur in orbe
 Viuimus et nutu cuncti potente Dei.

¹ A codexben e javító kéz placidosra javítá az eredetileg helyes szöveget.

² U. o. toties.

³ U. o. negocia.

Desinite, est tempus, Musae Charitesque lugubres,
 Phoebe pater, cytharam tu quoque pone tuam.
 Arrisit querulo, blandum mihi Phoebus Apollo,
 Contractans digitis aurea plectra suis.
 Quid crudeli inquit gemitu tua corda fatigas?
 Et uitam luctu transigis hancce¹ tuam?
 Non ideo in nostrum nomen sacra verba dedisti
 Caetibus et nostris adnumeratus eras.
 Ut fratris² gelida sortem nunc morte soluti
 Iam submisso animo, sed meliore feras.
 Aspice ut immensum claro circumuehar orbem
 Lumine: praeproperis frugifer actus equis.
 Aduentuque meo producat semina tellus
 Lata: nec arboribus spes sua deficiat.
 Ut pariter fructus pereant et mitia poma,
 Frigore concreto: quae viruere solo.
 Omnia sic stabili ducuntur numine Dium
 Nec pilus justam decidit ante diem.
 In genibus³ Dium mortis vitaeque potestas
 Est sita; quos contra dicere nemo potest.
 Si tuus hic frater fato concessit iniquo
 Quid crucias luctu pectora maesta graui
 Fata Deum quemcunque ferant aduersa dolorem,
 Hunc animo intrepido quemque subire decet.
 Non caelestis homo tennas caelestia quaeque
 Non quae sunt animi singula firma putes.
 Dogmata quid sanctae prosunt Sophiae tibi, si non
 Illius aethereo te regis imperio.
 Quare age: iam teneros oculos desiste grauare
 Fletibus: et maestis parce rigare genas.
 Ruperunt rigidae fratris si stamina Parcae
 Frater ego tibi sum, tu mihi frater eris.

¹ A javító kéz nyomán; eredetileg: hance.

² A javító kéz nyomán; az eredeti *fratrem* helyett.

³ Az eredetit őriztem meg, a széljegyzetbe tett *manibus* helyett,
 mert hiszen itt az ἐν γούνασι θεῶν καίτε, ismert szólam fordul elő.

Sunt etiam veteres alii doctique sodales,
 Coniunxit dulcis quos tibi amicitia.¹
 Et verae studium Sophiae, moresque benigni
 Syncerusque mei cultus et acris amor.
 Quos inter Brodoricus² erit Praesul mea cura
 Doctrina praestans: moribus, ingenio.
 Vaydaque Maylatus,³ referens ab origine gentis
 Romanae stirpem hinc tu quoque nomen habes.
 Hunc noster sequitur Thomas Nadasdius⁴ ille
 Martia cui tribuit tela lyramque meam.
 Inter episcopus hos Gerendus⁵ ille disertus
 Nicoleos Erato quem cupit esse suum.
 Ille inquam teneros quocum transegeris annos
 Quique fuit studii fidus ubique comes.
 Ujlakiusque⁶ tuus, charitum dilectus alumnus
 Iaurini Praesul: maximus atque pius.
 Quid magni memorem fidum Turzonis⁷ amorem
 In te qui praestat religione, fide.

¹ A codexben: amicitia.

² Broderich szerémi származású hírneves történetíró; szerémi, majd pécsi és váci püspök, ki 1490—1539 közt élt. Oláh Miklós sűrfin emliti leveleiben. Halála után szép epitaphiumot írt, mely alább olvasható.

³ Mayláth István erdélyi vajda, ki előbb a Ferdinánd, utóbb a Szapolyai pártjára állott; de a Gritti elleni mozgalomban ennek élére állt. Grittit Medgyes bevétele után kézrekeríté, kivégeztette. Oláh Miklós 1535 jan. 15-én Gerendi Miklós erdélyi püspökhöz intézett levelében úgy emlékezik meg Majláthról, mint ellenségről, ki nem lehetne vajda, ha Gritti megöletése után Ferdinánd azonnal csapatokat küldött volna Erdélybe és e versben, alig egy évre rá, ily melegen emlékezik meg róla. A politika hamar összehozta és hamar elválasztá az embereket.

⁴ Nádasdy Tamás ez időben a Gritti elleni mozgalom következtében elszakadt Szapolyai Jánostól és Ferdinándhoz állott. Ezután fokról-fokra emelkedett, előbb országbiróvá, később 1559-ben nádorrá választatott.

⁵ Gerendi Miklós erdélyi püspök szintén részese volt a Gritti elleni mozgalomnak.

⁶ Ujlaki Ferenczről lásd a hozzá intézett vershez (10. sz.) írott jegyzetet.

⁷ Thurzó Elek (T. Elek) fényes pályát futott meg Ferdinánd idejében, mint ennek erős híve. Ez időtájt már országbiró volt.

Perlegius¹ (?) Musarum Albertus gloria florens
 Candida cui facies candidiorque animus:
 Nec te praetereo foelix Emerice tuorum
 Stemmata Calvinae spesque decusque domus.
 Is fuit a puero firmo tibi iunctus amore
 Et frater charus rebus in eximiis.
 Nam vos consocios fecit pietasque fidesque
 Unaque Regalis fouit utrosque domus.
 Cum tales habeas fratres fidos sodales
 Unius ob mortem siene dolere potes?
 At nunc quae referam, memori tu mente repone
 Auribus et placidis percipe verba tuis.
 Est locus Hungariae, Cereris sacratus alumnae
 Matthaeo² veteres hoc tribuere solum.
 Nitria cum vago celeri quem proluit unda
 Intrantes³ Histrum quisque fluorè suo.
 Cernitur hos inter rapidus cursus fluuiorum
 Emrici nostri Renduue⁴ uocata domus.
 Hanc etiam glebae centum renouantur aratris.
 Innumerisque boant pascua laeta bobus.
 Et crebris ouium foetus balatibus adsunt
 Cornibus et caprae proelia iuncta ciunt.
 Has ubi frugiferas, nuper diuerteram ad oras
 Musarum et charitum me comitante choro,
 Plumea Mercurius pedibus talaria nexis
 Adstitit et perfert uerba uerenda Iouis.
 O Tymbraeae pater claro qui lumine terram
 Lustras: et vatum pectora sacra regis,

¹ A codexben Perlegius fordul elő, elszakítva *Albertus*-tól. Nem más, mint *Peregi Albert* nádori titkár. Oláh Miklós levelezésében nem találtam meg a nevet; de közbejáró volt abban, hogy Gerendi Miklós erdélyi püspökké történt kinevezése után annak javait kapja meg Oláh Miklós.

² Csák Mátéról e földet Mátyus földének hívták. Erre vonatkozik e hely.

³ E mondat értelme nem világos. Alighanem az *Intrantes* írása téves. Lehet: *intransem*.

⁴ Renduue = Rendve község Bars megyében. E birtokról írja Kálnay első levelét 1527 nov. 13-án.

Et Iouis o Musae diuo de sanguine cretae
 Et Charites sanctis numina grata diis:
 Dirigite huc gressum celerem et pia tuta subite
 Calvini ac faustum condecorate diem.
 Huius enim coniunx clara de stirpe creata
 Enixa est puerum gaudia mira patris.
 Cui nomen Gabriel sacro de fonte tributum
 Fortiter ut tempus transigat omne suum.
 Fortis et ut crescat claris virtutibus auctus
 Fortia praeclari et facta sequatur aui.
 Iupiter armigeram celsa de sede Mineruam
 Huic puero altricem consociamque¹ dedit.
 Quare agite huc vestros properos nunc uertite cursus
 Et doctam infanti porrigite artis opem.
 Dixerat: et tectum laeti properamus amicum
 Ingredimurque piam limina nota domum.
 Vestibulum ante ipsum, quem maxima turba virorum
 Constiterat: dominum quisque manendo suum,
 Sericiis fulgens lanisque rapacis Iberi,
 Gallia quas dives, Anglia quasque dedit.
 Concertant cyathis et grato munere Bacchi
 Pulsantes² pedibus terque quaterque solum.
 Ingeminant famuli plausum famulaeque sequuntur.
 Et totum complent cantibus ultro³ diem,
 At domus interior pictis constrata tapetis
 Herbis et violis, floribus atque rosis.
 Spirabat gratum casiique et diuite nardo
 Ac thuris lacrimis et bene olente croco.
 Magnorum hic fuerat procerum generosa propago
 Quos Natalicius iussit adesse dies.
 Primates Dominae mixtim pulchraeque puellae
 Adstabant celebres virgineusque chorus.
 Aedibus in mediis mensae sternuntur onustae
 Bissenae dapibus, somniferoque mero.

¹ A codexben: consotia.

² A lapszéli javítást fogadtam el; az eredetiben: *pellentes*.

³ Az eredetít fogadtam el. Széljegyzeti javítás: *inde*.

Accumbunt iuuenes pariter Dominae proceresque
 Ut Baccho decorent laetitiaque diem.
 Adstat Calvinus gemmis insignis et ostro
 Et pateras manibus seruat utrisque duas,
 Praemia virtutis priscis donata diebus
 Mentorea¹ affabre pocula facta manu.
 Flectere equos etenim nunquam et frenare superbos
 Calvina melius nouerat ulla domus.
 Et teretes hastas gerere et concurrere telis
 Regibus hinc fuerat gloria magna suis.
 Hortatur claros socios, conuiuia laeta
 Praelibans, celebrent pocula plena mero.
 Ordine quem cuncti risu, plausuque sequuntur
 Conuiuiae et cyathos quisque bibere suos.
 Tendimus hinc castum Dominae stratumque cubile
 Candidulis violis purpureisque rosis.
 Ornabant thalamum cultu preciosa supellex
 Subtilique olim vela parata manu.
 Fulgebat rutilis gemmis viridique smaragdo
 Tota domus uinctis adplicitisque thoro.
 Et Lucina fauens dulcem spirabat odoram
 Atque suas dotes casta Minerua dabat.
 Accubat aurata ter pulchra puerpera lecto
 Infantemque suo lactat amata viro.
 Mox ubi conspexit nostros vel limina gressus
 Haec Lucina pia carmina voce dedit:
 „Iam tandem nostras grati uenistis ad oras
 Phaebe pater charitum Thespiadumque chori.
 Vestri est officii hunc pulchrum sacra numina natum
 Virtutum studiis iam decorare piis.
 Nunc ego muneribus propriis perfuncta redibo
 Est ubi caelicolum regia celsa Deum.“
 Haec ubi dicta dedit: superum transcendit Olympum
 Et natam crebro liquit in aede Iouis.

¹ Mentor, híres ötvösművész Kr. e. a IV. sz.-ban (Cicero Verr. 4., 18., 38.), innét Mentoreus-művészi (Propertius, Martialis).

Nos introgressi matrem ueneramur ephēbi¹
 Dicimus et puero haec verba benigna pio.
 „Salue puer salue multos victure per annos
 Atque olim proles o geniture bonos.
 Tu patri matrique tu ac spes maxima surge
 Augebisque tuam maximo honore domum.
 Omnigenaque tuos vinces uirtute parentes
 Omnis posteritas teque tuosque colet.²
 Et meritos patriae laudes ad sidera tolles
 Ac tua mortales fortia facta canent
 Tu nostros fili placidos imitabere mores
 Praemia semper erit sic tibi uera salus.
 Nosque pias uerae Sophiae monstrabimus artes
 Atque tuum semper vitae regemus iter.“
 Diximus: et uiridi uelamus tempora lauro
 Infantemque sinu Pallas amica gerit.
 Venimus hinc ad te querulum, tu percipe verba
 Nostra nec ingratis auribus inde tuis.
 Candide Musarum charitum nosterque sacerdos
 Linque tuum gemitum et luctibus adde modum.
 Turbatumque animum curisque ingentibus aegrum
 Fletibus immodicis parce³ onerare tuum.
 Mens etenim duris labefacta doloribus aegra est.
 Intimaque assiduus conficit ossa dolor.
 Quin posito luctu meliorem concipe mentem
 Carminibusque nouum concelebra puerum.
 Prospera sollicito decantes omnia cantu
 Augeat ut prolem tempus in omne suum.
 Sitque animus, cordi tibi sit praestantis amici,⁴
 Exprime laetitiae signa decora tuae.
 Sic fatus stimulum menti crinibus Apollo
 Adiicit et vatem me iubet esse pium.

¹ A codexben: *ephaebi*.

² A javító kéz után; eredetileg: *colit*.

³ Széljegyzeti javítás; az eredeti szövegben: *parte*.

⁴ A javító kéz által számokkal megjelölt szórend szerint.

Tunc ego caelesti perflatus numine Dium
 Maerorem¹ meritis tristitiamque leuo.
 Non aliter Zephyrus depellit nubila laetus²
 Quam luctum pellunt verba relata meum.
 Sicque nouum puerum multa impertire salute
 Meque dare haec laetum carmina pauca iuuat.
 Macte puer claris virtute parentibus orte
 Stemmata quem decorant nobilitantque patrum³
 Cresce charus placitamque attinge senectam
 Et longas numera numine dante dies.
 Aetates tuas cumula virtutibus amplis
 Omnipotensque Deus sit tibi certa salus.
 Virtutes hilari cunctas amplectere mente
 Moribus et castis crimina quaeque fuge.
 Sit tibi praecipue curae virtusque, fidesque
 Haereat atque animo relligionis amor.
 His tibi continget donis castissima coniunx
 Quae thalamum firmet maximo honore tuum.
 Et prolem patri dignam⁴ dulcesque nepotes
 Educet: ac fama sydera celsa petat.
 His Calvina domus multos florescet in annos
 Atque opibus crescet, diuitiisque⁵ suis.
 Prospera processus rerum fortuna secundos
 Ac tibi laetitiam⁶ et commoda multa feret.
 Denique fatales quando compleueris annos
 Et uitam Lachesis scindit acerba tuam;
 Sidereo Dium clarus statueris Olympo
 Praesentisque Dei numina trina coles.
 Chere puer claros supera pietate parentes
 Et tua clarescat semper adaucta fides.

¹ Javitva: eredetileg: merorem.

² Széljegyzetben; az eredeti *ventus* helyett.

³ A javító kéz nyomán, az eredetiben *patris*.

⁴ Javitva proles *dignas* helyett.

⁵ Javitva, az eredetiben *diuiciis*.

⁶ Javitva, az eredetiben *laeticiam*.

23. *Sub imaginem comitis Lucretiae de Cavalis:
eiusdem.*¹

Corporis effigiem solam depinxit Apelles
Non animi pulchras fingere quiuit opes.
Si quisset pingi pia mens in corpore casto
Conspicior hac una nulla tabella foret.

24. *Ad Jacobum Danum Arrusiensem R^{mus} Do. Do.
Nicolaus Olahus etc. Anno 1537.*²

Orta fuit pulchrae celebris discordia formae
Formosas inter Caelicolasque Deas.
Diuitias Juno nitidas, sapientiam Ἀθήνη
Promisit diuam: Tyndaridemque Venus.
At venerem praefert aliis Idaeus adulter³
Consequiturque Helenam praemia grata suam,

¹ Lucretia Cavallis vagy Caballis palotahölgy volt Mária udvarában, kiről mint befolyásos és köztisztelőben álló nőről sűrűn tétetik említés Oláh leveleiben. Oláhot kéri, hogy adja át üdvözlőket, dicsériki előkelő, finom modorát. Kiváló elméjére mutat pl. Gilinus kamarás, ki a milanói Sforza herceg titkára volt, egyik levelének e passusa: Res Turcicas intelliges de Lucretia nostra. (A levél Milánóban kelt 1535. máj. 30-án.)

E költemény czimében: *comitis* és *eiusdem* a második kéz toldaléka. Megjegyzendő, hogy e szép epigrammát Jacobus Danus lefordította görögre. E görög fordítás is le van másolva a mi codexünk 15. r. lapján.

² Danus Magnus Jacobus Jaspardus talán legkedvesebb barátja volt Oláhnak. Mikor Oláh görög tanulmányokat készül tenni, Jacobus Danus ajánlja, mint már meghitt cliens, Oridryus Arnoldot. Oridryus megküldi Oláhnak Hesiodus Ἔργα καὶ ἡμέραι latin fordítását (1531. karácsonyján). Érdekes mozzanat Oláh nagy tehetségének és szorgalmának jellemzésére, hogy Petrus Nannius már 1537-ben, tehát ép e költemény keletkezésekor Aischines *hütlén követségről* című beszédét fordíttatja. Petrus Nannius ezt is a Jacobus Danus leveléből tudja meg. Jacobus Danus Erasmushoz 1531-ben írott levelében magáról úgy nyilatkozik, mint a ki Oláhot ἐν τοῖς ἐλληνικοῖς ἔργῳ παιδεύω. Ez adatot Sörös Pongrácz közli: *Ötven év Oláh Miklós életéből* ez. értekezésében, mely megjelent a *Katholikus Szemle* 1903. évf. IV. és V. f. 419. l.

³ Paris.

Et tibi propositae quum sint tres dane sorores
 Delige: quam venerem praesuperare putes.
 Sic tibi Deliciae crescent, et candida virtus
 Ditabitque tuam Dulfus¹ abunde domum.
 O turgent ueluti dulces in vitibus uvae
 Ubera,² sic tumeant coniugis alma tuae.

25. *Per Eundem R^{mus} Do. Do. Nicol. Olahum Epitaphium Erardia Marcha Cardinalis Leodineus . . . 1538.*³

Hic quamuis fuerit diues et corpore magnus
 Atamen hunc tantum: nunc breuis urna tenet.

26. *Eiusdem ad librum Epigrammatum Jacobi Dani Arrusiensis Elegia.*⁴

I liber et rapidis uolita super aethera pennis
 Ac celeri cursu sidera celsa pete.
 Quando Deum sanctos superum satiaueris aures
 Laetitia⁵ et caelum moueris omne noua.
 Flecte dehinc cursum et mortalia corpora lustra
 Ac solidae terrae fertiliora loca.
 Voluarisque manu gratus placitusque libellus
 Et uolites rursus mille per ora virum.
 Nec te dispiciant lepidum Juuenesque senesque
 Nec querulae matres: virgineusque⁶ chorus.

¹ Dulfust Goclen löweni tanár ajánlotta Oláh figyelmébe. Vagynos ember lehetett, mi nemesak e helyből de a Goclen 1534. jan. 2-án Oláhhoz intézett első ajánlóleveléből is kitetszik. Oláhnak mint befolyásos embernek, mint Maecenasnak hire egész Belgiumba elterjedt. Olyanok is keresték ismeretségét, kiket nem az anyagi szempont, ösztönzött erre. Oláh tudását, szellemi fölényét becsülték, mint Delfus esete bizonyítja.

² A javító kéz az Ubera alá írja *Viscera*, mi durva, és helytelen. Valósággal *emendatio in peius*.

³ A lüttichi biborosra írt ez epigramma keltét a második kéz jegyezte föl.

⁴ Jacobus Danus iránti élénk vonzalmát Oláh e verssel is bizonyítja. Úgy látszik, Jac. Danus fölkérte ajánló sorok írására.

⁵ A codexben: *laeticia*.

⁶ *Virgineusque*, a javító kéz helytelenül az *usque* fölé *i-t* ír.

Plurima sunt etenim iucunda negotia¹ rerum
 Scripta tuis chartis: quae didicisse iuuant.
 Et variis etiam linguis conscriptus, id omnes
 Laetitia² magna laetificare potest.
 Vinc' igitur superaue senis monumenta Maronis
 Perpetuis annis: Pannoniique mei³
 Nec te corrodant tineae blattaeque nocentes
 Et turpes mures hinc procul esse uelim.
 Aeternamque tuo nomen conquire poetae
 Fac Dani uigeat nomen ubique tui.

17. *De cognomine Philippi Nigri Consiliarii Caesaris Caroli.*

Cur vox o hominum facilis cognomine Nigrum
 Non digno penitus te uocitare solet:
 Est aliud possis quo tu cognomine dici
 Candida cui virtus candidiorque fides.

28. *Ad Angelum Candianum Medicum Mariae Reginae
 rogatu et nomine Jacobi Dani R^{mus} Dominus Nicolaus
 Olahus etc.*⁴

Angele carminibus nostris celebrande canoris
 Cui medicinae artem magnus Apollo dedit.
 Corporibusque aegris tristes depellere morbos,
 Adsis ut celebrem facta decora tua.
 Languida namque tuo medicamine membra leuantur,
 Adflctisque piam suggeris artis opem.
 Qua inter grauiter dum pectora nostra iacerent
 Succurris medica mox mihi prosper ope.

¹ A codexben: negocia.

² U. o. laetitia.

³ Janus Pannoniust magáénak mondja. Látszik, hogy a XVI. században is mint a latin költők fejét ünnepelték.

⁴ Candianust, a milanói fejedelem udvari orvosát, Mária királyné hívatta magához 1534-ben, mint ez kitűnik Gilinusnak, Sforza Ferencz milanói fejedelem titkáránál 1534. júl. 31-én kelt és Oláh Miklóshoz intézett leveléből. Itt Gilinus megemlékezik arról a pazar vendégszeretetről, melyben Candianust az udvarban részesítették. Lásd: Oláh Miklós levelezése. 501. l.

Corpora non aliter clarus Podalyrius¹ aegra
 Curabat Phoebi numine et arte potens.
 Quam mihi reddideras igitur dum vita manebit
 Semper agam laudes Angele docte tuas.
 Nam potes et nostros inimicos pellerè tectis,
 Quae mihi sincero semper amore fauent.
 Ut tibi sint hostes proprio uix nomine noti
 Attamen hos calamo post recitare uolo
 Moribus iilorum foedis quid spurcius unquam?
 Quid spurea vita turpius esse potest?
 Nonne uident tota ut miseri contentur in urbe
 Hos illis merito uita nefanda² dedit?
 Et tamen arrodunt alios ceu dente canino
 Atque efflant omni turpia uerba loco.
 Quemque suos mores summa est sapientia³ nosse
 Ante pios socios quam lacerare uelint.
 Si non cessarint uerbo irritare superbo
 Turpibus et linguis rodere quemque suis,
 Et mihi vim mentis rigidam iaculator Apollo
 Armaque cum telis docta Minerua dedit.
 Perficiam ut toto indecores celebrentur in orbe
 Et populis cunctis fabula digna sient.
 Sic paenas scelerum meritas Deus ipse rependet
 Et uitio⁴ linguae praemia digna dabit
 Has stabulis aegras pecudes tu longius arce
 Ne uitient⁵ puram peste repente gregem.
 Ergo tibi summae sint nostra negotia⁶ curae
 Margaris ut fiat te faciente mea
 Et tibi non deerunt credito suffragia fida
 Olahi nostri⁷ qui tibi iure fauet.

¹ *Podalyrius*, a Homeros által említett hírneves orvos. A nevet a lapszéli jegyzet helyesbiti; az eredeti kéziratban: *Polydarius* áll.

² A kéziratban: *nephanda*.

³ U. o. *sapiencia*.

⁴ U. o. *uicio*.

⁵ U. o. *viciant*.

⁶ U. o. *negocia*.

⁷ U. o. vastagon, más színű tentával átjavitva; eredetileg uestri állhatott, de már nehéz kiolvasni.

Sic erit ut facias pulchra me prole parentem
Si fuerit nostro uincta puella thoro¹

29. *In Maledicum quendam, Meretricarium et Ebriosum
Nicolaus Olahus mense februarii Anno 1538. Bruxellis in
Brabantia.*²

Improbe quid garris totam cantate per urbem,
Heu facinus vitae iam patet omne tuae.
Quam nihil improbitate vitae³ scelestas
Atque malo ingenio spurcius esse potest.
Nam nullam pateris⁴ castam penetrare puellam
Ad foedas aedis hospitiumque tuum.
Quin spurco Veneris cogas seruire furori
Turpiter et spolies virginitate sua.
Virgineamque pubem multo furibundus Iacho
Deturpas manibus dedecorasque tuis.
Inque lupanari multas uersaris in horas
Atque meretricios⁵ quaeris habere iocos.
Hinc tibi morbus edax faedatos occupat artus
Et male corruptum perfide corpus olet.
Nec mirum si arcana tuo concredita cordi
Expuis: et soleas heu uiolare fidem.
Obruta namque calent Bacchi tua membra liquore
Et ratione bona mens tua tota caret.
Es magis Aeolio semper mutabilis Euro
Flatibus: et Zephiri nimbi ferique Noti.
Saepe tibi coeli bibulo visuntur aperti
Horridaque hinc Martis spargis adesse mala.
Quando igitur multis vitiis⁶ obnoxia vita⁷

¹ Úgy látszik, Oláh kedvéért Jacobus Danus leendő nejét is gyógyította ez a Candianus. E vers Jac. Danus háláját fejezi ki.

² A költemény keltét a második kéz jegyezte föl.

³ Az eredeti vitae helyett a javító kéz nyomán.

⁴ Pateris a javító kéz nyomán; az eredetiben poteris.

⁵ A javító kéz után, az eredetiben meretricium.

⁶ Az eredetiben: viciis.

⁷ Az eredetiben: mala, széljegyzetből vettem át, mint helyeset.

Sit tua nec turpi flagitioque¹ uaces,
 Cur famam frustra laceras constantis amici
 Et rabido mordes quemlibet ore virum.
 Magna fuit virtus propriam cognoscere vitam
 Saepe malis nocuit garrula lingua viris.
 Haecne erat illa fides quam te seruare ferebas
 Proderet ut pectus credita cuncta tuum?
 Ast arcana tuae fides non omnia demens
 Credita sunt: mores nam patuere tui.
 Pectoribus doctis latitant quam plurima quae te
 Excrucient miserum tempore saepe suo.
 Nunc uides tota digitis monstrarier urbe
 Cunctisque ut scelerum fabula laeta sies?
 Pauperior cum sis Iro³ tamen usque superbis
 Ex misera patris futilis orte domo
 Et cum sis solitus turpem producere vitam
 Proh scelus erga omnes scommata sicne iacis?
 Praemia digna tuis scelerate rependes
 Si qua fides superis vitiis et³ adhibenda Deis.
 Adueniat tempus quo tu cum foenore multo
 Promeritam poenam suppliciumque dabis.

30. *Ad dominam Marchionissam uxorem Domini Comitis
a Nassouu. N. O.*⁴

Annosi colitur virtus memorandi Catonis,
 Quod didicit linguam Graecia docta tuam.
 Quid mirum si id praestiterit sapiensque senexque
 Omnia nam cultum perficit ingenium.
 Laude viros princeps superas doctosque senesque
 Quod iuuenis linguam foemina utramque colas.

¹ Az eredetiben: flagicio.

² *Irus* koldús Homerosnál. A renaissance korban a koldúsok typusa.

³ *Vitiis* és *et* szókat én javítottam a versmérték kiegészítésére.

⁴ N. O. második kéz jegyzése. A nassauai gróf nejéről e dicséretet Oláh ép akkor zengte, midőn maga is egész szenvedélyvel adta magát a görög nyelv tanulására.

31. *Ad Eandem nomine Ja: Dani.*¹

Redde meos versus Princeps si reddere non uis
Inclita: virtutis praemia digna meae.

32. *Sub imagine Julii Caesaris.*

Caesaris effigies haec dictatoris Juli
Cui dedit attonitas Gallia tota manus.

33. *Sub imagine Augusti Caesaris.*

Caesaris Augusti uiuam tueare figuram
Maxima cui placidae gloria pacis erat.

34. *Graecum Epigramma Posidippi, aut Cratetis Cynici
in Latinum per Do: Nicolaum Olahum Versum.*²

Quamquis aget vitae cursum? cententio³ magna et
Actio saepe forum multa tenere solet.
In domibus curae uariae durique labores
Agrorum et pelagi sedulus usque tremor.

¹ Ja. Danus költeményeit maga Oláh látta el ajánló verssel. E tréfás epigramma humanista-módon sürgeti barátja megjutalmazását.

² E fordítás, valamint a kéziratban ezt követő (Hesiodi carmen de vitio et virtute) sikerültnek mondható és Oláh Miklósnak a görög nyelvben való jártasságáról szép bizonytságot tesz. Egyébiránt e költemény az Anthologia Palatina ed. Dübner-Cougny Paris 1864, 1872, 1890. IX. fej. 359. epigrammja, ily czímmel: ποσειδίππου, οἱ δὲ Πλάτωνος τοῦ κωμικοῦ, Hugo Grotius gyönyörű fordítását közlöm, hogy fordításunk értékének mértéke legyen:

Quod vitae sectemur iter? fera plena molestis,
Litibus: insedit morbida cura domos.
Rure labor multus, multusque in fluctibus horror,
Qui peregre vivunt, his et habere metus,
Et nec habere dolor: tum ducta conjuge semper
Anxius, invita coelibe solus eris.
Qui pater est satagit: vivit non suauiter orbis.
Aetas est juvenum stulta, vieta senum
Nil igitur satius quam nunquam cernere lucem,
Vel, modo conspecta luce, repente mori.

³ A kéziratban: contencio.

Si quid habes peregre rerum, mox undique terror
 Incumbit, si egeas cor tibi triste manet.
 Duxeris uxorem? maior te cura remordet;
 Si fueris caelebs? iam male solus eris.
 Pondera sunt proles, infaelix uita sed orba
 Sunt iuuenes stulti, decrepitique senes.
 Optio si detur, genitum non esse iuuabat
 Aut subita natus morte domandus eras.

35. *In praefatione Athilae, siue descriptionis Hungariae ad
 Lectorem carmen.*¹

Si nihil nostro est lepidi gratiae libello
 Anxia me grauius scribere cura uetat.
 Mens etenim duro patriae confecta periculo
 Torpet: et est longo nunc hebetata malo.
 Nec mea doctiloqui coluerunt arua Catones
 Huic sterilem messem terra relicta tulit.
 Haec mea quum cernes gracili contexta Minerua
 Splendidiora neges Aulica pensa dare.
 Fontibus haud semper placidis Parnassia Musa
 Aut Heliconiadis Regia prata rigat.
 Non tersus loquitur comptas Ptolomaeus ad aures
 Describens radio quicquid in orbe fuit.
 Non etiam celebris lepidi facundia Crispi
 Non tibi uel Trogus maximus ore sonat.²
 Nec gratum resonat Patauina natus in urbe
 Liuius: ingenio splendidus, arte potens.
 Sed qui Castalium parco bibit ore liquorem
 Et quem non gremio docta Thalia fouet.

¹ Oláh Miklós Hungáriája csak halála után jelent meg. Kiadta először *Bél Mátyás*: Adparatus ad Historiam Hungariae, Pozsony 1735. Az *Attila cz.* történeti munkájával együtt adta ki Kollár Ádám Bécsben Trattner Tamásnál 1763-ban. A fenn olvasható 18 pár verset is közli a kiadás és pedig a keltet is jelezve a következőkép: Bruxellis XVI. Maii anno CIOIOXXXVI. Három helyen eltér a mi kéziratunk szövegétől.

² *sonat* helyett *tonat*.

Et cui non studii requies: sed multa laborum¹
 Sollicitique fuit temporis anxietas.
 Nomina sed prodat calamus quod barbara noster
 Scilicet haec scythica voce referre iuuat.
 Si dederō nostris Romana uocabula rebus
 Non bene conuenient nomina cuique loco.
 Sic sua dum multi condunt monimenta Latini
 Non nisi barbaricae barbara uerba sonant.
 Materiam tribui tantum, qui docta requiris
 Scribere me multo cultius ipse potes.
 Si quidni est mendae topicis ignosce precamur
 Nam procul a Gethico littore cymba mea est.
 Quum dulces repetam portus patriosque penates
 Singula tunc referam candidiore fide.
 Interea magni precibus deuinctus amici
 Haec tibi nunc subito qualiacunque dedi.
 Nam licitis² docuit votis parere potentum
 Quae magni nobis ponderis instar erant.

36. *Ad Iacobum Danum.*³

Turturis in morem solitus garrere fequenter
 Mutior es factus piscibus undiuagis.
 Cum streperas lingua soleas superare cicadas
 Iam nunc demiror cur tua lingua tacet.

¹ *laborque laborum* helyett.

² *Licitis* helyett *iustis* áll. Ez utóbbi változat jobb is. Oláhnak *Hungáriá-ját* művelődéstörténeti szempontból feldolgozta *Balog Margit* egy bölcséletdoktori értekezésében, mely megjelent 1903-ban.

³ E kedves versnek megvan a maga háttere. Damianus Vissecanus Gandból 1531 júl. 22-ről kelt levelében megemlékezik *Jacobus Danus* fecsegő természetéről; „*Jacobum Danum tuum (citra offensam dixerim) me relegare in Acherontis abyssum, quem dii deaeque omnes perdant cum sua confidentia, atque scurrilitate eundemque apud nos tesseram fregisse tibi pesuadeas*“. Oláh Miklós levelezése 223. l.

37. *Ad G. E.*

Sunt tibi quae Rythmis constant non omnia carmen
 Id numeros certos continet atque pedes
 Legitimis carmen pedibus numerare necesse est
 Atque suos uerbis, iungere rite modos.
 Non bene concinnat¹ cytharam cytharaedus aduncam
 Qui citharis neruos iungere non sapiat.

38. *Ad comitem Christophorum.*

Omnia concepto cessant animantia foetu
 A coitu, sed equa et foemina sola coit.

40. *De quodam medico.*

Cur medicinae artem stupidus uersusque fateris
 Cum non sis medicus sed mage *σκατόφαγος*²
 Maiori primus tumidum depone galerum,
 Sic tibi condignus restituetur honor.
 Nonne tibi ingenui constant praecepta Catonis
 Qui dare et optatum reddere salue iubet.
 Cumque olido incedas grauius barbator turco
 Nec tamen exuperas corde nec arte caprum.

41. *De Tripudiis Brugensium nocturnis in festo eorum die.*³

Nunc plateae cunctae resonant haec plausibus altis
 Et cantus reboant dulcis Iache tui.
 Festus nunc agitur caetus, concurrite ciues
 Qui cupitis grato sumere laeta die.

¹ A javító kéz a *concinnat* fölé irta: *concordat*; de az eredeti szöveg jobb.

² A kéziratban *σκατόφαγος* áll, mely érthetetlen szót a lapszélen találtam kijavítva. *Σκατόφαγος* előfordul Aristophanes Plut. 706. sorában.

³ Brügge éjjeli (alighanem farsangi) ünnepét zengi meg Oláh.

Laetantes quatiunt juuenes ex ordine terram.
 Virgineusque canit carmina grata chorus.
 Adsitis pueri laetamque capessite noctem
 Iam crebris splendent sidera lampadibus.

42. *Trijambicum.*

Breuis voluptas tristitiam¹ longam parit
 Et laetitia² cursus dolorum parturit.
 Nec ulla res quieta fit mortalium aut
 Firmis pedibus haerere perpetuum potest.
 Dum vivimus subiecta fit vita omnibus
 Periculis, afflictionibus, malis
 Sed morte soluuntur pericula omnia
 Dum spiritus coelum petit: corpus solum.

43. *R^{mus} Dominus Nicolaus Olahus in Persona Jacobi
 Dani: Anno 1534.*

Ipse ego qui fueram multis edoctus ab annis
 Hebraeis, Graecis Ausoniisque notis,
 Non male continuum studiumque operamque locavi
 Auxit enim ingenium docta Minerua meum.
 Saepe uocor Mentis gratus conuiua potentum
 Ut Bacchi celebrem condecoremque diem.
 Dulcibus et viduis charus tenerisque puellis
 Assideo, ut moneat, languida membra calor.
 Hinc uocor Idaliae Veneris, Phoebique sacerdos
 Et conuiua hilaris, conbibo candidulus.
 Homine quo bibulos supero juuenesque senesque
 Et quicumque uolet vincere victus abit.

44. *N. O. Carmen.*

Non tibi sit curae quid de te quisque loquatur,
 Sed sceleris ne quid dicere uire³ queat.

¹ A kéziratban: tristicia.

² U. o. laetitia.

³ Alighanem: scire helyett tcllhibából került ide ez értelmet-
 len szó.

45. *Epitaphium Gerardi Muhlerd.*

Hic pietatis honos sanctae patrique decoris
 Gerardus Muhlerd fama corusca iacet.
 Virtutem coluit viuis: sophiamque perennem
 Caesareas leges Pontificumque simul.
 Huius ab ore viri praedulcia verba fluebant
 Eloquioque sua clarus in urbe fuit.
 Munia, dura licet, quaeuis legatus obibat
 Integer: et toto pectore purus erat.
 Consilio hinc meruit, Caroli secreta Monarchae
 Tractare et querulae dicere jura plebi.
 Nunc premit exiguum marmor praecordia tantae
 Virtutis: pia mens regna suprema colit.

46. *Ursinus antequam praecipitaret se in Danubium.
 ad Logum.*

Imperat illudens misero periura marito
 Faemina: siqua potest improba utrumque facit.

47. *Responsio Domini Nicolai Olahi ad Ursinum.*¹

Non tibi praecipitem misero consciscere mortem
 Fas fuit: uxor erat perfida, dura, licet.
 Socrati magno Xantippe garrula coniunx
 Imperat: ille tamen temnit utrumque malum.
 Coniugis obstreperae referam quid patris Iobi
 Verba proterua nimis? pertulit ille tamen.
 Ducit ad astriferam tolerantia longa malorum
 Ad Stygiam ducit mors uiolenta viam.

¹ Ursinus Velius, Ferdinánd király fiának nevelője; hírneves latin költő és történetíró, Oláhhal szívélyes levelezésben állott. Kiválóan érdekes Oláhnak 1532 márcz. 10-én Brüsszélből kelt levele, melyben Ursinus Velius kérésére emlékezetből felsorolja a Mohácsnál elesett kiválóbb embereket. 1538 máj. 5. a Duna hullámaiban lelte sírját. Némelyek a nejével való viszály miatti elkeseredésből elkövezték öngyilkosságnak, mások balesetnek tulajdonították. Szerintök a gondolataiban elmélyedt férfi véletlenül esett bele a Dunába. Történeti munkát írt a pannoniai dolgokról. E munkája érdekében kért adatokat Oláh Miklóstól.

48. *Ad Adamum Carolum secretarium Regis Romanorum Hungariae et Bohemiae etc. Ferdinandi.*¹

Carole praecipuos inter numerande sodales
 Ingenium cuius Phoebus Apollo colit.
 Te mihi conciliant charites doctaeque sorores
 Et Latiae² cultrix casta Minerua lyrae.
 Principis et nostri sublimia tecta potentis
 Ac socio semper munere culta fides.
 Haec etenim claros titulos nomenque duobus
 Illae animi nobis contribuere bona.
 Munera Pierio mittis quae sparsa liquore
 Grata tuere mihi foedus amicitiae.
 Pectoris ille tui candor, mentisque pudicae
 Haerebit cordi, tempus in omne meo.
 Officiis igitur paribus certemus uterque
 Atque animis pariter Carole docte piis.
 Continuis caeptum scriptis renouemus amorem
 Et Charitum faustum perficiamus iter.
 Hoc erit, ipsa tuis manibus dum scripta feretur
 Litera: grata mihi dum mea saepe tibi.
 Quum justum dabitur tempus, studiumque, fidemque
 Regi commendes, officiumque meum.
 Et vates aulae, doctissima pectora nostra
 Quos verus nobis conciliauit amor
 Nomine fraterno multa impertire salute
 Ne nostri semper non meminisse uelint.

¹ Oláh Miklós levelezésében nem fordul elő Adamus Carolus neve; de ugyancsak e codex 22. lapján egy verse van Oláhnak, mely megköszöni az Ursinus Velius epitaphiumait, melyeket számára megküldött. Ferdinánd udvarában Ursinus Velius balesete mély benyomást tehetett.

² A kéziratban: Laciae.

49. *Ad Eundem cum fratris Epitaphio.*¹

Accipe funereos gemitus et flebile carmen
Haec obitum fratris Pagina scripta canit.

50. *Ad mulierem imaginem ferentem.*

Foemina quo defers mutum sine nomine truncum?
Haec quando vixit cuius imago fuit?
Haec fuerat dulcis facies mihi grata mariti.
Aedes adporto pignora grata meas.

51. *Aliud.*

Foemina quid portas? chari simulachra mariti,
Quid tibi vis illis? pignus amoris erunt.

52. *Pallatium Cardinalis Leodiensis: loquitur.*²

Cur me³ miraris sublatis hospes ocellis
Gloria sum magni Praesulis ipsa mei.
Europae supero ueluti pallatia⁴ cuncta
Aequae mei virtus principis alta petit.

53. *Ad Carolum Adamum, qui misit Epitaphia Ursini.*

Gratia magna tibi Carolo debetur Adamo
Palladis eximium quod mihi mittis opus
Castalidumque pios numeros ex fonte rigatos
Accultae nimium carmina docta lyrae.

¹ Oláh Máté, Szászváros királybírója, Oláh Miklós fivére meghalt 1534 jún. 4. A mi codexünkben 31—43. lapok azon elegiákat, epigrammákat és epitaphiumokat tartalmazzák, melyeket ez alkalommal Oláh kiváló barátai írtak.

² A *loquitur* más kézírása.

³ A kéziratban tévesen *ne*, áthúzva, fölibe írva *me*.

⁴ U. o. pallacia.

Ursinus quamuis fato concessit iniquo
 Attamen ingenio uiuet amice suo.
 Sublimis magno semper celebrabitur orbe
 Ister dum celeres in mare fundit aquas.
 Sydera dum coeli tenebras splendore fugabunt
 Atque uehent solem dum Phaetontis equi
 Dicitur ut pontus tenerae sub nomine Helles
 Ursini nomen non secus Ister habet
 Hic ubi Fernandi stat Regia celsa potentis
 Extulit et comptum pulchra Vienna caput

54. *Ad Calnay: N. O.*¹

Caenatum uenias charumque inuise sodalem
 Et legito frater carmina nostra precor.

55. *De Joanne Koczianer interfecto: idem.*²

Sanguinis innocui fuerat qui effusor acerbus
 Nunc meriti poenas: suppliciumque dedit.
 Sic agit humanis diuina potentia rebus
 Ut vitium paena penset ubique pari.³

56. *Logus de Joanne Koczianero interfecto.*

En iacet hic solido positus sub marmore latro,
 Cui dedit horribilis nomina saeua *catus*,
 Transfuga, deceptor patriae, fideique relictor
 Perfidus: et Regis proditor ille sui.
 Fugerat ante truces effracto carcere paenas
 Post tamen has propria caesus in arce tulit.

¹ N. O. a másik kéz írása.

² Kaczianer haláláról Logus verse kapcsán bővebben szólok.

³ A kéziratban *grauis*, a lapszéli javítás: *pari* jobban kifejezi az epigrammatikus fordulatot.

57. *Ad eum quisquis haec scripsit responsio.*¹

Quid iuuat o nimium miseris cruciatibus actum
 Nomine crudeli iam uocitare catum.
 Vocibus et manes diris onerare sepultos
 Tartareos petulans mox aditure lacus.
 Crudele est numeris sensu lacerare carentes
 Vellere et extincti membra sepulta viri.
 Non meritum exactum pensas, sed imagine falsa
 Duceris et casum scindis acerbe viri.
 Non haec Christicolae docuit servator Jehsus
 Longe alia ast nobis dogmata sancta dedit.
 Ut ueniam lapsis placitam: requiemque precemur
 Aeternam: cunctis quam dabit illa dies,
 Quam dabit illa dies, vitiis quum soluimur atris
 Sontibus et poenas quum dabit illa graues.
 Desine criminibus corpus lacerare sepultum
 Et Laruis saeua bella mouere manu.
 In melius referas semper mortalibus aegris
 Attulerit quidquid ultima quaeque dies.
 Sic memor o propriae mortis, fatigue futuri
 Et dicas: rogo: hic² molliter ossa cubent.

58. *Epitaphium Stephani Broderici, episcopi Ecclesiae
 Vaciensis mortui septima mensis Nouembr. anno Dni
 1539. per D. N. Olahum.*³

Hac iacet inclusus gelida Brodericus in urna
 Cui decus et nomen pulchra corona dedit.
 Phoebus in aethereo donec clarescet olympo
 Dum tenebras densa Cynthia clara fugat.

¹ Kacziánér haláláról e megemlékezés Oláh nemes lelkületére vall. E verset volt alkalmam a dr. Récsy Viktor *Logus-tanulmányainak* kapcsán magyar fordításban bemutatni az Akadémia egyik felolvasó-ülésén.

² A kéziratban *hinc* fölé írva találtam a helyes javítást.

³ Brodarich István, II. Lajos kancellárja, ki a mohácsi vész történetírója volt, 1539-ben halt meg. Oláh szerzőségét a második kéz jegyezte föl.

Semper erit Stephani virtus: doctrina perennis
 Sancta fides: probitas: et pietatis amor.
 Pontificis sacro uixit decoratus honore
 Cuius in officio sedulus usque fuit
 O foelix claros patriae qui uidit honores.
 Illius ast cladem cernere non uoluit.
 Dum nullam potuit nostris adhibere medellam
 Hisce malis: subito migrat ad astra poli.

59. *Epitaphium Jo. Alexandri Brassicani Juris consulti.
 per eundem.*¹

Brassica cui nomen dederet, vitamque salubris
 Eripere hunc fato Brassica non potuit.
 Hoc igitur frigidum recubat sub marmore corpus
 Viuit his animus quae monimenta dedit.

60. *In diem Pascae anni 1540. idem D. Olahus.*²

Salue sancta dies nostrae spes firma salutis
 Quae reseras atri carceris alba fores
 Tu nobis Christo stabilem surgente salutem
 Promittis: soluens lucida claustra poli.
 Rumpitur³ immanis nunc dira potentia Ditis
 Et caeli per te ianua clausa patet.
 Primiciae Christus nostrae surrexit Ihesus
 Tale trahet post te caetera membra caput.

¹ Brassicanus, Erasmus meghitt barátja, Oláhnak már 1529-ben egy szolgát ajánl, mint az Oláh 1529. máj 28-án Znaimból írt válaszból kitetszik. A névvel való etymologiai játék kedvelt foglalkozása volt a humanista költőknek. — *per eundem* a második kéz följegyzése.

² *Idem D. Olahus* a második kéztől ered.

³ Az eredeti kéziratban *soluitur* áll, de én a lapszéli javítást fogadtam el.

60. *In mortem Gabrielis Calnay, filii mei spiritualis septima die mensis Martii Anno Dni 1541.: Olahus.*¹

Eheu quam subito filii vitalibus auris
 Surriperis: nondum prima iuuenta uenit.
 Quid filii nomen frustra Gabrielis habebas
 Tam cito si coeli raptus ad astra fugis.
 Deseris in luctu patrem matrisque relinquis
 Perpetuas lachrimas, tristitiamque³ grauem.
 At quia stelliferi summus regnator Olympi
 Sic uoluit: vana est: nostra querela nimis
 Salue perpetuumque uale sanctoque fruare
 Numine: te foueat vita beata precor.

61. *In P. S. inuehitur D. Olahus.*²

Perfide mordacem linguam faucesque scelestas
 Contine, et insontem rodere parce virum.
 Prodideras olim Dominum fidumque propinquum
 Prodere non meritum me quoque turpe paras.
 Tempora sed uenient nostris placitura diebus
 Quum sceleris poenam suppliciumque dabis.

62. *Ad Emericum Calnay, qui cerasa dono miserat, certabatque sua meliora esse. N. Prosemkii cerasis. D. Olahus.*³

Lucillum poteris missis superasse cerasis,
 Cur non Nicoleum uincere jure potes?
 Dulcia quum Alcinous conseuit in arbore poma
 Sed meliora tuus fertilis hortus habet.
 Quare Nicoleum pomis me iudice uincis
 Palma triumphalis nunc tibi jure⁴ datur.

¹ Kálnairól a 20. sz. költemény jegyzetében volt szó. Kálnai fiának keresztapja lett Oláh. E gyermek születésére írta a 22.sz. alatt közölt költeményt. *Olahus* a második kéz följegyzése.

² *Inuehitur D. Olahus* a másik kézből ered.

³ *Certabat* — *Olahus* másik kézből ered.

⁴ A javító kéz írta az eredeti szöveg *rite* szava alá.

63. *Ad Gasparum Theslerum Trimontanum Didascalum
Cremniciensem. Responsio R^{mi} Domini Nicolai Olahi.*¹

Gloria sycelidum Gaspar non parua Dearum
 Magna juuentutis spesque decusque bonae.
 Non est cur referas nostro pro munere grates
 Exiguo: mentis respice nota meae.
 Munera quod reddas castae praedocta Mineruae
 Exhilarant animum quae mihi missa meum.
 Laetor: et ex animo cupio tibi semper adesse
 Nec tua te fallent uota reterta fide.
 Illa Caballino prompsisti fonte liquorum
 Carmina: quo doctus spargere compta soles.
 Non mihi, si pulchram phialam viridemque smaragdum
 Mittas quam carmen gratius esse potest.
 Est igitur dignas cupiam cur reddere grates
 Pro numeris ipsis Dulcis amice tibi.
 Pasce precor teneros Juuenes turbanque uirentem
 Ingenuis studiis moribus atque piis.
 Sic erit exacti merces condigna laboris
 Omnibus ex nobis donaque iusta feres.
 Misisti Carmen pariter: nunc carmina mitto
 Accipies aliquid quando aliud dederis.

64. *Ad Hubertum Leodium R^{mi} Domini Do. Nicolai Olahi
Responsum.*²

Dulce decus Charitum non sunt Huberte mearum
 Quae laudas in me carmine digna tuo.
 Pectoris ille pius candor virtusque probata
 Se profert rupto carcere sponte foras.

¹ Thesler Gáspár körmöczbányai tanitónak *carmen* εὐχαριστικόν cz. versére válasz e költemény. Thesler, úgy látszik sanyarú viszonyok közt élt és Oláh támogatásában részesült. Egy rövidebb költemény követi Thesler eme költeményét, melynek kelte tájékoztat a szóban forgó költemény kelte felől is. Ugyanis ez áll: Pridie Nonas Januarias a partu Virginneo M: D: X: L: III.

² Lüttichi Hubert Frigyes palatinusnak titkára küldött Oláhnak egy saphói versszakokban írott költeményt, melyből álljon itt a két utolsó versszak:

Et tamen hic animus gratus: semperque suavis
 Ingens quae nobis gloria mente datur,
 Odi animum fuco tectum: mentemque trilinguem
 Candidus ast animus gratior esse solet.
 Me tibi devincis tali pro munere frater
 Perpetuum feriens foedus amicitiae.
 Quod mihi gratentur Phoebus: doctaeque sorores
 Et reduci data plectra mouere manu.
 Atque Deae iam nunc ingrata silentia rumpant
 Et tua concrepitet Barbitos illa iacens.
 Quas illis referam tanto pro munere grates
 Et tibi pro officio, laetitiaque¹ pares
 Comprecor, ut daret Musis et Apolline digna
 Et tua iam resonet perpetuaque lyra.

65. *Ad Deum pro pace inter Caesarem Carolum et Franciscum, Galliae regem inita Gratiarum actio N. O.*²

Sancte Deus pelagi, terrae coelique creator
 Ignea qui nutu sydera firma tenes,
 Cuius ad arbitrium: magno sol candidus orbe
 Praelustrisque citis Luna mouetur equis;
 Dulcia frugiferae nutris qui senima terrae
 Mortalesque tua qui pietate foues,

Quisque sic Musas repetit uolentes
 Nostri ad Oláhi reditum canendum
 Tota quo non inmerito superbit
 Jazygum gens.

Imo se Pannonia magna iactet
 Et suum causa meliore dicat
 Cum sit antiquo satus e suorum
 Sanguine Regum.

¹ A codexben laetitiaque.

² E versben a paviai csatára van vonatkozás, mi eldönti e költemény keletkezési korát. Ez a madridi béke után (1526) iratott; mert I. Ferencz a páviai csatát veszté el V. Károlylyal szemben, hol maga is foglyul esett.

In cuius manibus sanctae sunt foedera pacis
 Et rabidi Martis tela cruenta nimis:
 Quo referam dignos merito tibi munere grates?
 Ter sanctum numen concelebremque tuum?
 Promeritus nobis referunt mala crimina poena
 Nostra tuaeque ferunt iusta flagella manus.
 Ceu duro grauium plectuntur verbere patrum
 Pro uitii¹ nati criminibusque suis.
 Corda premis multis vitii sic nostra referta
 Iam dedimus poenas, te flagitante graues.
 Tristia post laetos tribuisti tempora soles
 Et claros iterum nube cadente, dies.
 Sic variare suas diuina potentia cursus
 Clementemque solet sic aperire sinum.
 Frendebant rabidae gentes, populique feroces
 Et Mauors toto saeuit orbe fures,
 Tetra suam nuper rabiem Mahomaetica proles
 Fudit in Austriacum Pannonicumque solum.
 Morte Ludouici haec capiunt incendia vires
 Queis dedit accessus factio nostra truces.
 Non nobis fuerant cordi tua dicta superbis
 Diuinum Imperium non ita stare diu.
 Regibus hinc dedimus Regni diadema duobus
 Quam nihil hac (heu) re saeuus esse potest,
 Nam uelut infaelix magnas discordia rumpit.
 Sic vires minimas, verus adauget amor.
 Hinc nostrae fuerat fato data causa ruinae
 Fertilis et late depopulatus ager.
 Heu meminisse dolor: quanto lacerata cruore
 Hostibus innumeris sunt tua membra Deus.
 Hinc homines tetram caedem fouere maligni
 Qui sunt immensi fons et origo mali.
 O crudelis amor lucri, mortalia corde
 Quo rapis: et uexas ambitione graui?
 Tu subuertis opes claras, ingentia Regna
 Es² quoque pestiferi causa futura mali.

¹ A kéziratban: *viciis*.

² A kéziratban *Et-böl* javítva a második kéz által.

Pullulat e gremio turpis contentio,¹ bellum
 Odia, contemptu, iurgia faeda tuo.
 Nec sinis aethereum demens cognoscere patrem,
 Iustitiam² veram, et cum pietate fidem.
 Tu facis eximios armis concurrere Reges,
 Mortalesque animos sub tua iura uocas.
 Extitit hinc summi nuper certamen honoris
 Illinc Franciscus, Carolus hinc steterat.
 Splendida labentis qui sunt duo lumina Mundi
 Queis victas hostes saepe dedere manus.
 Hos post Papiacam pugnam . . .

Foedus et ut pactum toto duraret in aevo
 Constaretque bonae pectus amicitiae,
 Laesa Leonorae firmasti pectora Diuae
 Connubio Regis Caesaris atque tuo
 Haec annos viguit Regum concordia plures
 Et steterunt pacis foedera sanctae pie.
 Occupat at postquam cupidam malesuada libido
 Regnandi mentem Regis et Imperii,
 Foedera complacitae pacis uiolata fuere,
 Oritur hinc bellum, perniciesque mala.
 Itala nam tellus gelido concussa timore
 Contremittit: et multo est sauguine sparsa virum.
 Viribus his Regis, non moenia celsa resistunt
 Non arces fortes; ullaque firma domus.
 Culmina praecipitem subeunt excelsa, ruinam
 Aequanturque humili, tecta superba solo.
 Non tua templa, Deus, multis uenerata diebus
 Tuta fuere quibus parcere mite fuit
 Sed sacris passim magnae de sedibus urbis
 Atque locis aliis, diripiuntur opes.
 Nulla fuit ratio, nullum discrimen amici
 Et fratris chari gratia nulla fuit.

¹ A k eziratban *contencio*.

² U. o. *iustician*.

Caedibus intereunt saeuis, non pauca virorum
 Corpora: et effuso, terra cruore madet.
 Caesaris interea tantae tolerantia cladis
 Exsuperat¹ mentem, tempus in omne piam.
 Cogitur hinc turmas equitum coflare sequentes²
 Sisteret ut feruens Marte potente malum.
 Accurrunt subito, genuit quos Itala tellus,
 Germanumque solum, quos et Iberus alit.
 Erumpunt ueluti densae de rupibus altis
 Prae dulcique sonant murmure semper apes.
 Atque racematim aduolitant violisque rosisque
 Nunc illuc: nunc huc: florea rura petunt.
 Sedibus ex variis densim sic multa virorum
 Millia, concurrunt Caesaris aere³ cita.
 Auspiciisque bonis, Caroli pia signa sequuti
 Unanimes cuncti, cognita castra petunt.
 Tempus erat vernum: siluis frondentibus aptum
 Guttуре quo patulo dulce queruntur aues,
 Floribus et uiridis campi renouantur amoenis
 Quo violis fragrat, per iuga dulcis odor.
 Tum Caesar populos armis, belloque potentes
 Conuocat et Caesaris iungere castra iubet.
 Militis impigri fortes nunc sustinet artes
 Nunc clari peragit, munia cuncta Ducis.
 Non magis inuictis humeris fulgebat in armis
 Pelleus minime cui satis orbis erat,
 Quam terris Carolus Librae spoliisque petitus
 Splendebat Caesar: dum sua castra locat.
 desunt alia! . . .

¹ A kéziratban *exuperat*.

² Lapszálon a második kéz: *superbas*, elfogadható.

³ A kéziratban *arte*. A lapszéli javítást fogadtam el.

Oláh Máté szászvárosi királybíró halálára írott versek.

Előleges megjegyzés.

Oláh Máté, Miklósnak édestestvére, Szászvároson halt meg 1536. jún. 4-én. Oláh Miklós irodalmi és politikai barátai egész halmaz részvétlevelet, elegiát, sírverset küldtek Oláh Miklós nagy fájdalma enyhítésére. E versek mind egy albumba voltak egybegyűjtve. A kézirat 31—43. lapjait foglalják el az egykori album-lapok. E részvétnyilatkozatokat Petrus Nannius külön ki is adta nyomtatásban. Úgy látszik, hogy e kéziratit anyagot őrizi meg az *Oláh-codex*.

Petrus Nannius praefatiója igen érdekes. Visszatükrözi Mária királyné udvarának humanista szellemét. Mária Oláh Miklóssal latin nyelven társalkodott. Nassaui Henrik özvegye még udvarába is bevitte a latin beszédet. Az udvarhoz tartozók Oláh Miklósnak a Rotterdami Erasmus halálára írt elegiáját ép ez időtájt magasztalták. A váratlanul történt haláleset alkalmából a belga humanisták viszonzásul a királyné hirneves kancellárjának fejezték ki részvétüket e kedvelt költői formákban. Első darab:

Nicolaus Olahus et Franciscus a Burgundia ad Lectorem.

NICO.

Cantator fueram nuper qui mortis Erasmi
Jam chari fratris funera maesta cano.

FRANC.

Ille potitus erat clarae praeconia famae
Quod studii uindex praesidiumque fuit.

NICO.

Huic fortuna uices belli seruavit honestas
Par tamen ambobus gloria pacis erat
Qui quoniam uitam placidi duxere beatam
Gloria nunc summi pascit utrosque Dei.

Az Oláh Máté halálára írott versek felsorolását adjuk Oláh Miklós széles irodalmi összeköttetésének feltüntetésére:

2. Nicolai Olahi, Pannonii Transsylvani in mortem Mathaei fratris, elegia.

3. Idem in diem obitus fratris hendecasyllabum.

4. Idem in praesens seculum ode dicos distrophos.

5. Franciscus Craneveldius utriusque iuris doctor Caesaris Caroli consiliarius.

6. Idem: egy görög epigramma és annak magyar fordítása.

7. Franciscus a Burgundia.

8. Idem inducens Mathaeum alloquentem Nicolaum fratrum. Ode dicos distrophos.

9. Nicolaus Olah eodem carminis genere respondet fratri Matthaeo morienti.

10. R. D. Nicolao Olaho thesaurario Albensi Archidiacono Strigoniensi, serenissimi Ferdinandi Rom. Regis etc. et Mariae Reginae a secretis et consiliis Petrus Nannius S. D. Egy rövid ajánló levél után következik maga a költemény. A költemény után fejezi be levelét néhány sorral, melyekben nagy dicsérettel emlékezik meg Oláh *Atilla et Hungariae descriptio*-járól. E levél kelte: Louanii nona Februarii MDXXXIX.

11. R. D. N. Olaho Pannonio etc. Cornelius Graphæus Scribonius. S. P. D.

12. Adrianus Vielus Secretarius Caroli Caesaris.

13. Idem ad Viatorem.

14. Daniel Mauchius secretarius Reverendissimi D. Georgii Archiepi Valentini.

15. Jacobus Danus Arrhusiensis, görög distichonok.

16. Versum per Franciscum Craneveldium.

17. Liuinus Crucius Enonimus Jambicum dimetron.

18. Franciscus a Burgun., inducit Mathaeum Olahum de se loquentem.

19. Nicolaus Nicolai Grudius Caesareae Maiestatis consiliarius et secretarius.

20. Franciscus a Burgundia Carmen Galliambicum.

21. Isembertus canonicus Sancti Andomari saecularius serenissimae Mariae Reginae.

22. Laurentius Sellirius, illustrissimae Principis D. Christinae Ducis Mediolani a secretis.

23. Jacobi Dani ad R. D. Nicolaum Olahum Thesaurarium Albensem Archidiaconum Strigonien. etc. Saphicum et Adonium.

24. Epitaphium Clarissimi viri Matthaei Olahi, per Adolphum Briardum.

25. Idem de eodem.

26. Aliud per eundem.

66. *Nicolai Olahi Pannonii Transsylvani in mortem Matthaei fratris elegia.*

Tecta precor Musae et uatis miserescite vestri
 Et charites maestum concelebrate diem.
 Tu quoque qui gaudes, laetis citharoedus Apollo
 Carminibus, nostram parce sonare lyram.
 Et quaecunq; meis faustissima numina rebus
 Fauistis quondam, nunc procul esse precor.
 At tu sola tuos tristeis Elegia capillos
 Solue et me miseris coge subire modos.
 Nam magno crucior pressus sine fine dolore
 Et mea languescens pectora torpor habet.
 Occidit o animae fato pars altera nostrae
 Altera quae superest uicta dolore iacet.
 Siccine uos hominum iuuenilia corda sorores
 Laniferae iustam scinditis ante diem?
 Quae tanta a superis uobis concessa potestas
 Ut liceat ualida cuncta necare manu.
 Haec ego sed lachrynis tacita dum mente reuoluo,
 Irascor grauibus iam leuis ipse diis.
 Omnibus est etenim miseris mortalibus aequae
 Obuia mors atra, et stat sua cuique dies,
 Quam nec opes Croesi possunt superare superbae
 Nec regum fortes herculeaeque manus.
 Haec rapit ad tumulos infantia corpora tristeis
 Et matres querulas semper amara facit.

Surripit et pueros nequicquam aetate uirentes,
 Tartareosque atrox cogit adire Cacus.
 Florida cum primum nobis aduenerit aetas
 Mox Stygiae Lethes imminet usque timor.
 Despicit hanc etiam frustra generosa iuuentus,
 Quum uitam sperat uiuere Nestoream.
 Tempora dum nostros subeunt complentia vires
 Atropos abrumpit mox sua pensa colo.
 Iam lentis graditur pedibus quum curua senectus
 Morte quid innisa certius esse potest?
 Nil igitur tutum est miseris aetatibus usquam
 Nec quicquam firmi uita caduca tenet.
 O durum nimium, nunquam et placabile fatum,
 Cur uitae cumulas tempora dura meae?
 Nonne satis fuerat socios iugulasse paternos
 Atque inferre meis maxima ubique mala,
 Et charam grauibus patriam uexare periculis
 Hostilique simul uertere cuncta manu.
 Quin etiam proprias foedares funere sedes,
 Eriperesque mea lumina chara domo?
 Tristia sed quoniam possunt non fata leuari,
 Cur uana petimus numina dura prece?
 Non esset Priami sedes, si uota ualarent
 Diruta sed staret regia celsa senis
 Nec Paridis caesum manibus defleret Achillem
 Diua suis Nymphis concomitata Tethys.
 Sed¹ quia non possunt flecti mala fata precando
 At maneant gemitus haec pia signa mei.
 Flete igitur socii maestumque leuate sodalem.
 Structasque iam lachrymis spargite busta piis.
 Ferali tumulum fratris cumulate cupresso,
 Et duro lapidi, talia verba date.
 Hoc ego qui iaceo quondam Matthaesus in antro
 Olahus, rector, praeses et urbis eram.
 Maiorum genuit me Transalpinia tellus,
 Stemmate praeclaro at hic uelut hospes eram.

¹ A széljegyzetből vettem föl, mint helyesebbet; az eredetiben: *Et*.

Dum fratris reditus miro producor amore,
 Interea uitam mors rapit atra meam.
 At te non pigeat properantem dicere, salue
 Aeternumque uale, molliter atque cuba.

67. *Idem in diem obitus fratris hendecasyllabum.*

O Lux maesta mihi meis maligna
 Rebus, nonne pudet tuas patentes
 Fauces, et lue pestilente rictus
 In me uertere propriosque amicos.
 Ut primum patrium solum focosque
 Saeuis adficeres malis dolosque
 Vafros insidiasque necteres, et
 Nunc hos, nunc alios meos propinquos
 In cladem sineres abominandam.
 Heu (crudele nefas) agi rapique
 Postremo, misero meo sodali,
 Et fratri mihi maxime fideli
 Vitam surriperes licet caducam,
 Hinc, duris cruciatibus meorum
 Vexares animum et meam quietem
 Turbares lachrymis perennibus, sed
 O Lux atra mihi meis maligne
 Rebus iam precor abstine seueris
 Heu a morsibus anxiisque damnis.

68. *Idem in praesens saeculum.¹ Ode dicolos dystrophos.*

Quod unquam erat, quod saeculum nocentius?
 Quae dira pestilentior
 Erat lues? quae poena saeuior Stygis
 Domusque Ditis impii.
 Te saeculo hoc nefario?² quod est genus
 Te nunc ueneris dirius?

¹ A kéziratban következetesten: seculum.

² A kéziratban itt: nephario, az utolsóelőtti sorban helyesen

Quis Colchidos uirus precor ueneficae,
 (Aut Herculis poenas truces)
 Crudelius quondam putauerit? quod aut
 Erinnyis, aut Megaera, tam
 Crudele bellum in intimis precordiis
 Mortalium conseuerit,
 Quam tu scelestum saeculum atque perfidum
 Et uocibus dignum malis?
 Hinc italos heu obruit eques impius
 Fines, pias uastans domus,
 Hinc Thurcicae gentis ferox crudelitas
 Nos Pannonos o dirutos
 Et uiribus fractos nimis iam pristinis
 Exterminat, propter ducum
 Et principum discordiam, Christi fidem
 Sanctissimam colentium.
 Hinc hostium classes utrorumque aequora
 Vexant maris, praedonibus
 Plenae medullis uirus hinc haeret latens
 Nostris iniqua dogmata
 Mores iniquos imbuunt et impios,
 Nostras ob haec respublicas
 Heu dissipant, bellum, fames et odium.
 Iam charitas refrixit et
 Regnis in omnibus latens discordia
 Adfert bonis periculum,
 Sanctam quietem surripit, tollit, necat
 Hoc seculum tam perditum.
 Sed quo rapit me nunc animus Olympicus,
 Cur me potius haud defleo?
 Matthaeus unicus periit frater meus,
 Aetate uiuens florida.
 Partim dolor me retinet, partim quoque
 Laetor, quod euitauerit
 Hoc perfido et nefario nunc saeculo
 Mores suos corrumpere.

69. *Epitaphium Erasmi Rotterdami per N. O.*

Oláh Miklós félbeszakadt költői munkásságát Erasmus váratlan halálának hatása alatt újból megkezdte. A nagy férfiú, ki iránti bámulatát sokfélekép magyarázták, részint a protestáns eszmék iránti vonzalomnak, részint a nagy latin stílista iránti tisztán irodalmi hódolatnak, váratlanul elhunyt és ez esemény Oláhra mély benyomást tön. Írt latin elegiát, melyet a hízelgők, Mária királyné udvara nem győzött magasztalni és írt egy görög síriratot is. Oláh ki is adta költeményeit Ruthgernél 1537-ben. A költeményekhez Nannius a magáéit s egy más költeményeit is hozzáadta. A verses füzetből Oláh 100 példányt kapott, mint ez kitűnik a kiadónak Ruthgernek Oláh Miklóshoz 1537. dominica laetare napján írott leveléből. E gyűjtemény bizonyára bennfoglaltatik a mi kéziratunkban. Az eredeti görög epitaphiumot nem sikerült megtalálnom, de közölhetem a Craneveld latin fordítását, melyet igen érdekes levél kíséretében küldött meg. Ugyanis e levélben két javítást ajánl, melyek tényleg a görög szöveg javítására szolgálnak. E levél Mechlinből kelt 1536. november 20-án.¹

Conditur hoc tumulo corpus sapientis Erasmi,
Atqui animam coelum possidet aethereum,
Funus et hoc merito totus lachrimabitur orbis,
At pia caelestis gaudia coetus agit.

70. *Elegia ad sepulchrum Erasmi Rotterdami.*

Bevezetés.

Ez elegiát Oláh Miklós viszonzásul küldi Craneveldhez, Károly császár titkárához, az ő általa küldött két epitaphiumért. 1536 szept. 16-án kelt ez elegia mellett írt kísérő levél, melyből megtudjuk, hogy Oláh Miklós már évek óta nem írt verset és most az Erasmus halála szólal-

¹ Oláh Miklós levelezése; közli Ipolyi Arnold. Budapest 1875. 595. 1.

tatta meg újra latin Múzsáját. Közlöm ez elegiát az Oláh-codex szövege szerint, melyet jobbnak itélek, mint azt, melyet Ipolyi adott közre az *Oláh Miklós levelezése cz.* többször idézett kiadványában 582—585. lapon. Ugyanitt található Cornelius Graphaeusnak hat költeménye ugyan-csak Erasmus haláláról.

Sollicita si mente cupis nouisse viator,
 Frigidus hic cuius deprimat ossa lapis:
 Siste gradum celerem, nostramque attende quaerelam,
 Spe potiere tua, tu modo siste pedem.
 Ut reor audisti diuinum nomen Erasmi,
 Quo nihil hic noster notius orbis habet.
 Is iacet hac tristi collapso corpore tumba,
 Spiritus at laeta vescitur Ambrosia.
 Ingenii specimen magnum puerilibus annis
 Praebuerat cunctis non sine laude viris;
 Florida quum membris teneris¹ adoleuerat aetas
 Tunc animi vires exeruere caput.
 Crebris huius erat studiis operosa iuuentus,
 Dedita dum voluit Biblia sacra manu.
 Ut sapienti animo creuit mentemque virilem
 Induit, hoc primum sidus in orbe fuit.
 At pede cum tremulo subiit veneranda senectus,
 Perspicuum mundus non capit ingenium.
 Quae minuit vires mentis prouector aetas,
 Omnia in hoc uno fertiliora dedit.
 Cur animi referam claras ex ordine dotes?!
 Nullius has certe lingua referre potest.
 Sic celsa virtute viros praecelluit omnes
 Sidera ceu coeli sol superare solet.
 Omnia sic pure transegit tempora vitae,
 Exemplum felix praestat ut ipse tibi.
 Plurima sunt horum monimenta fidelia testes,
 Pectore quae sancto scripsit et ingenio,
 Haec domini referunt uultus simulachraque uiua,
 Ingenuos mores egregiamque fidem;

¹ Ipolyinál *tenera*.

Haec rectum monstrant ad summa cacumina cursum
 Astriferi coeli, regna parata bonis.
 Si causam quaeris quare mea lumina fletu
 Et lachrymis rorent? Accipe pauca precor.
 Caesar in occiduis ageret dum victor Iberis
 Carolus hic mundi¹ qui tenet imperium,
 Magnanimisque soror Flandros cautosque Brabantos
 Imperio iusto consilioque regit,
 Tunc Basiliae pio sedem seruabat Erasmo,
 Nomine quae regis sic vocitata fuit.
 Iungebant animos nostros virtusque fidesque,
 Suadebantque simul viuere deinde mori.
 Mutua de variis hinc venit epistola rebus
 Aedes ad nostras nunc reticenda mihi.
 Magno etiam Regina fuit deuincta fauore,
 Huius coelesti scilicet ingenio.
 Haec feruenti animo magnum cupiebat Erasmus
 Cernere et usque simul verba referre sacra.
 Tam gratum cunctis igitur mea littera, quando
 Et mouet et magnis sollicitat praecibus.
 Ecce suum reditum fuerat iam iamque futurum
 Pollicitus, chartis pluribus ipse suis²
 Atque etiam puri reticenda silentia cordis,
 Adscripsit digitis multa notata mihi³
 Jamque parabat iter socios inuisere charos
 Natalesque lares et sibi dulce solum;
 Inuida sed Lachesis fatalia stamina rupit,
 Athropos et pressit fila resecta manu.
 Quae non potuit conceptum absoluere votum,
 Sic volente dea et sic statuente deo.
 Propterea vexor magnis cruciatibus, et qui
 Solabar maestis, ipse ego tristis ago.

¹ *mundi*, javitva az eredeti *modo*-ból. Iyolyinál is helyesen áll *mundi*.

² *Ipolyinál mihi*.

³ *Ipolyinál suis*. A két sorvég fölcserélése idézte elő az eltérést. A kézirati hagyomány jobb.

Ergo erit ista dies atro signanda lapillo,
 Quae tantum nostro dempsit ab orbe decus.
 Fundant heu maestos elegos, sacer ordo, poetae
 Flete simul Musae Pieridesque deae!
 Occidit ille senex claris celebratus Erasmus
 Eloquiis patrum, decidit orbis honos.
 O nimum felix essem, si fata dedissent
 Cernere viuentis lumina chara viri!
 Quid iuuat at lachrymis nostros augere dolores
 Tundere immiti pectora nostra manu,
 Stamina cum filent tristes scindantque sorores
 Obscuris pariter conspicuisque viris!?
 Nec datur iniusti quemquam transcendere fati
 Limina, namque hominum stat sua cuique dies,
 Quare age, quisquis ad hunc tumulum vestigia tendis¹
 Lector, supremum haec verba benigna refer:
 Salue perpetuumque vale praelustris Erasme,
 Civibus aethereis adnumerate, vale.

71. *Epitaphium eiusdem per eundem.*

Non fuit insignis praestantior alter Erasmo
 Hoc Desiderio sole sub aethereo;
 Siue quis ingenii rarum perpendat acumen,
 Numinis afflatu quo decoratus erat;
 Seu quis iudicium cordato in pectore rectum
 Iustitiamque viri et cum pietate fidem.
 Omnibus is toto fulsit virtutibus ore,
 Viuere dum parcae sustinuere deae.
 Virtutis tantae sunt docta volumina testes,
 Quae scripsit summi non sine voce dei.
 Conditur hoc tumulo corpus quod talia viuens
 Ediderat, mentem sed tenet ipse polus.

¹ *Ipolyinál tendes.*

72. *Aliud eiusdem.*

Jussu Pontificis Pauli cum doctus Erasmus
 Concilio patrum gestit adesse sacro:
 Tunc Deus omnipotens superas transuexit ad auras,
 Coetibus ut diuum redderet aethereis.
 Concilio Pauli poterunt tua scripta probari:
 Viuere te mecum malo, ait ipse Deus.

73. *Aliud eiusdem.*

Non Desiderio, sed fato est functus Erasmus,
 Et tamen amborum nomine nunc gemimus.

74. *Carmen R^{mi} domini Pauli Abstemii Episcopi Transsylvaniens.*

„Odia qui nimium metuit regnare nequibit.“¹

75. *Ad Caesarem Maximilianum Tranquillus.*²

Humanis frustra contendis Maxime Caesar
 Viribus a capite horrendum depellere Turcum,
 Quem Deus ob populi scelus, immanemque trucemque
 Carnificem immisit, semper qui cote cruentes
 Exacuit gladios nostris ceruicibus instans
 Donec ad interitum redigat vestigia Christi.

¹ E mélységes sort, mely Rochefoucauld bármely szellemes mondásával kiállja a vesenyt, érdemesnek tartám közölni, habár csak Seneca Thyestesének egy hasonló gondolatát öltözteti hexameteres formába.

² E költeményt, mely a XVI. századbéli magyar panaszos énekek hangját, felfogását híven tükrözi vissza, *Andronicus Tranquillus Parthenius* írta, ki Dalmata néven fordul elő ugyane codex egy másik költeményének czímében, született Dalmáciában a XV. század végén. 1520. tájt Lipcsében tanult. egy *oratio exhortatoria contra Turcas* cz. beszédet írt. Egy más műve *de laudibus eloquentiae*. Írt latin verseket is. Löwenben jutott Erasmushoz. Ez időtájt ismerkedett meg vele Oláh Miklós is.

Sed tamen euicta Diuini numinis ira,
 Mutato ingenio populorum lumine vitae
 Omnia prosternes, quae nunc horrescimus audax
 Barbariaeque cadent percussae Herebique¹ phalanges.

76. *Alphabetum aulicum*.¹

Aulae eadem est omnino fides, quae mobilis aurae.
 Blanditur, sed post mordet ceu Scorpius aula.
 Consiliis raro melioribus utitur aula.
 Dissimulet regnare diu qui poscit in aula.
 Exulet integritas, probitat et candor ab aula.
 Ferre moram atque iram frenare docemur in aula.
 Grande sophos ridere bonos censetur in aula.
 Horrent vera loqui cupiunt qui nescire in aula.
 Inuidiam qui ferre nequit discedat ab aula.
 Kyrie qui senuere canunt eleison in aula.
 Languent virtutes, scelus omne at regnat in aula.
 Muneribus mentes hominum capiuntur in aula.
 Nugas aula leues, et fumos vendit inanes.
 Otia quisquis honesta cupit descedat ab aula.
 Porta Herebi in terris aula, et tua Tantale poena est.
 Quaestus adulari et mentiri est primus in aula.
 Rara auis in toto est vere pius aulicus orbe.
 Synceris et simplicibus vae semper in aula.
 Turpe senex et inops quando incolit aulicus aulam.
 Vitae difficilis methodus bene dicitur aula.
 Xante retro ibis erit quando constantia in aula.
 Ydra aula est capitum multorum horrenda venenis.
 Zenones fatui sunt atque Trasones in aula.

¹ Ez a szellemes gúnyvers az Oláh-codex 170r—171r. lapján fordul elő azon versesoportban, mely a codex 142. lapjától 222-ik lapjáig terjed, szép kerek, egyenletes betűkkel van írva, kezdődik Dalmata Tranquillusnak *Precatio Tanquilli ad Deum* cz. versével és végződik Ebernek Oláh Miklóshoz intézett költeményével. E költemények közt vannak Istvánffy Miklós versei, köztük egy nagyobb szabású költeménye.

Az anonyim szerző lehet Istvánffy Miklós, de lehet Oláh Miklós is. Festhette egy elkeseredett perczében az udvari életet ily szomorú színekkel.

77. *Ferdinandus pius de se ipso.*¹*Joannes Sambucus epitaphiuma.*

Hic ego Ferdinandus iaceo, dum coniugis ossa
 Demoror et functae gaudia mille fero.
 Non immatura sum raptus morte, perennis
 Qui vitae sensi munera uiuus ego.
 Hoc scio, si rigidam potuissent sumere nati
 Formam, non alio contegerer lapide.
 Sed quia fatalis nos semita ducit inermes
 Corporis existet putrida gleba Deo.

78. *Epitaphium Caesaris.*²*Authore Tranquillo.*

Aspice regnorum dominum imperiique potentem,
 Quem modo vix tenuit tellus, exhorruit unda,
 Hunc brevis urna capit; stultos deponite fastus
 Mortales miseri, quorum neque nomina restant.

¹ Zsámboki János történetíró (1531—1584.) Ferdinánd történetírója, írt néhány verses elegiumot és epitaphiumot is. A mi codexünkben az itt közölt versen kívül előfordul egy nyolcz soros görög epigrammája is és egy hosszabb latin epitaphiuma.

² Andronicus Tranquillusról már fennebb szóltunk. Itt megjegyezzük, hogy ugyanő egy nagyobb költeményt is írt Ferdinándról, melynek czíme: *Caesaris Ferdinandi 25. julii. Viennae morientis mandata ultima, authore Tranquillo Dalmata.* Előfordul kéziratunk 181r.—183v. lapjain.

INDEX.

| | Pag. |
|--|------|
| Praefatio | 3 |
| I. Propositum quoddam factum coram rege Hungariae, falso Francisco Petrarchae attributum | 5 |
| II. Francisci Petrarchae Ecloga secunda quae inscribitur Argus. | 14 |
| III. Boccatii Eclogae III—VI. | 21 |
| IV. Ceruini (Aelii Lampridii) Oratio funebris in Regem Matthiam | 42 |
| V. Ceruini (Aelii Lampridii) Epistolae ad Regem Ladislaum | 46 |
| VI. Ceruini (Aelii Lampridii) Carmen ad Regem Vladislaum . | 78 |
| VII. Ceruini (Aelii Lampridii) Annunciatio Virginis Deiparae ad Regem Vladislaum | 80 |
| VIII. Ceruini (Aelii Lampridii) Carmen Ad Regem Vladislaum | 89 |
| IX. Ceruini (Aelii Lampridii) Funebris oratio in Sorgium auunculum suum | 95 |
| X. Ceruini (Aelii Lampridii) Epistolae ad episcopum Varadiensem | 112 |
| XI. Philippi Beroaldi Bononiensis Epistola ad Philippum Gyulanum Pannnonium | 120 |
| XII. Carmina in Regem Mathiam minora | 123 |
| XIII. Antonii Gazii: De tuenda et propaganda viridi ac florida iuuenta libellus, editus et praefatione instructus a dr. Victore Récesey | 125 |
| XIV. Silesii Logi Carmina ad res Hungaricas pertinentia, edita per dr. Victorem Récesey cum praefatione praemissa . . | 237 |
| XV. Maximiliani Transyluani: De Moluccis insulis atque aliis pluribus mirandis, epistola ad Reu Cardinalem Saltzburgiensem (MDXXII) | 276 |
| XVI. <i>De Capto Zygetho</i> , carmen heroicum Christiani Schesaei, excerptum ex opere, quod inscribitur Ruinae Pannonicae libri IV. etc. Witenbergae Anno MDLXXI. | 299 |
| XVII. Carmina in laudem Nicolai Zrinii excerpta partim ex codice Bibliothecae Capituli Strigoniensis in collectione Bathyaniana | |

| | | |
|--------|---|-----|
| | Cat. X. Sect. 4. a. conseruato, partim ex opere quod inscribitur: De Sigetho Hungariae propugnaculo a Turco Anno MDLXVI obsessio et expugnatio, opusculum consecratum Virtuti et immortalitati Ill. et No. D. Nicolai comitis e Zerinio Vitenbergae MDLXXXVII | 321 |
| XVIII. | Fragmenta ad bella Turcica pertinentia ex eodem codice Bibliothecae Strigoniensis excerpta | 357 |
| XIX. | Ode De fertilitate Hungariae ad Magnificum Dom. Georgium Horvath, aliter Stansith, Baronem de Gradez, ex eodem codice sumptum | 364 |
| XX. | Carmina Nicolai Olah, archiepiscopi Strigoniensis et quaedam alia ex codice Reg. Universitatis Hungaricae Budapestinensis H. 46. signato excerpta | 368 |

PA
8118
H8A32

Hegedus, Istvan
Analecta recentiora

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY
